

102

Victor: Dialect. lib. 3 pag. 794.

Cic. in libris de natura Deorum, quatuor quaestiones explicat, quarum prima est An sit Deus: Altera Quid sit Deus. Tertia: An sit generalis prouidentia, q̄ ad omnes creaturas pertinet: Quarta An sit specialis prouidentia, quae refertur ad genus humanum ✓ An homines sint Deo curae.

Mich: Neand. in Comp. Rhet.

Cicero in libris de Nā Deor: primo disputat an sit Deus. secundo quid seu qualis sit Deus: Tertio qui effectus, quid agat an procurationem habeat rerum human.

EX BIBLIOTHECA
CAR. MORGENSTERN.
2431.

Cic.



Hieronymi Wolfij
Admonitio. in progym:

Iniqui et temerarij mihi uidentur insectatores profanorum autorum, ob errores de Natura et Voluntate Dei. Nam si uere consideres, commiseratione sunt digniores. Illud quidem nostri officij erit, Deo immortales agere gratias, et gratum animum perpetua obedientia et summissione animi testari, quod Euangelij lucem diuinitus patefactam habeamus: absq; qua si esset: etiam Principes Theologorum, in ijsdem tenebris uersarentur, quibus occaecati philosophi, in multos errores et deliria inciderunt.

Mel. Adami in vita Betuleii: Scripsit et eruditos commentarios in libros Ciceronis de officiis, de amicitia, et senectute, in paradoxa et de natura Deorum.

N994
c. 69
avel. Lips.

XYSTI BETVLEII AVGVSTANI IN M. T. Ciceronis libros III. de Natura deorum, & Paradoxa, Commentarij, multa acuaria eruditione referti, nuncq́ primum in lucem editi.

Acceßit locuples rerum & uerborum in ijs memorabilium Index.

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio ad quinquennium.

BASILEAE, PER IO. *annem Oporinum.*

Bibliotheca Universitatis Dorpatensis.

Frid: Mentz Vestu: CIƆIƆCCVIII. Lips: C. Morgenstern. 1793. Halis

3403
i51703592

AD INGENVVM IVVENEM IO. LVCAM VVELSERVM, PATRIcium Augustanum, Xysti Betuleij Augustani, lucubrationum suarum in libros M. T. Ciceronis de Natura deorum,

PRÆFATIO.

MIRVM non fuerit, Io. Luca ornatissime, si pium lectorem ipsa inscriptio ab horum librorũ lectione deterreat, & ob id ipsum hosce nostros conatus reprehendat, qui bonas horas in hisce nugis malè collocare uoluerim. Quid, inquiet, in media ueritatis luce, studio te in istas caligines, omni errore refertas conijcis? Verebar, inquam, ne cum illis numerarer, qui tenebras magis quàm lucem amarunt. Quid stultius, quid magis temerarium, quàm summam Dei bonitatem in ijs quærere scriptis, in quibus si qua de rebus diuinis cognitio inest, ea adeò est exigua, tenebris ita sepulta & obruta, ut difficulter aliqua scintillula ex tam atris errorum caliginibus tibi reluceat. Fateor hoc quidem ingenuè, atq; ita sanè & ipse multo tempore sensi: atq; ita experiundo quoq; comperi: idq; semper obuiam erat, quod, ipse salutis & lucis, autor apud Ioannem Euangelistam uerissimè protulit· εἰ τὸ φῶς, τὸ ἐν σοι σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; Sed cum apud Paulũ legerem, τὸ τοῦ θεοῦ γνῶστον φανερὸν ἐν αὐτοῖς εἶναι: fretus bonitate illius, qui iuxta eun-

Iohan: 3.

Matth. 6.

Rom. 1.

1 Cor. 4

dem Apostolum, illuminat etiam ea quæ tenebris inuoluta sunt, fretus inquam lumine uero, quod spiritus diuini beneficio per bonam uitæ partem, cùm ex lectione, tum prædicatione quoq; ueritatis, mihi affulserat. Sperabam diuinum illud iubar in his tenebris ita fulsurum, ut sine offensione, transitu per hæc facto, me ad luculentas doctrinas reciperẽ. Nec spes me fefellit, atq; adeò, ut me, periculo semel facto, deinceps multo tutius in omni scriptorum genere, hoc est, tam Babylone quàm Aegypto uersaturum confidam. Libidinem istos libros euoluendi mihi peperit lectio Lactantiana, quem autorem in phrontisterio nostro enarrare iussus, scholijs etiã nostris explicare uisum fuit. Videbã inquam Lactantium, uidebã Augustinum hos libros diligẽter euoluisse, mihiq; quasi uiam præmonstrasse, qui annotatis passim errorũ diuerticulis, expeditiorem istam mihi peregrinationem fecerunt. in qua tantum operæprecij fecisse me puto, ut nullæ deinceps errorum ambages à iusto me ueritatis tramite seducturæ facile sint. Huiusmodi præsidijs uideo Eusebium, Cyrillũ, Theodoretũ, & alios huius ordinis scriptores Ecclesiasticos apud Græcos, ueterum non philosophorũ modò, sed Theologorum quoq;, quos uocant, & poetarum scripta, sua lectione ita tuta fecisse, ita secura, ut piorũ quisque non sine offẽnsa modò, sed etiam cum fructu aliquo ijs se committere possit. Quis Iuliani Cæsaris blasphemijs Cyrillo fortius restitit? quis Græcorum, Aegyptiorum, Phœnicum, Phrygum, Atlantiorum theologorũ errores melius detexit, quàm Eusebius?

Lact. et Augst. legerint Ciceronis libros de Nat. Deor.

Quis

Quis factionum in Ecclesia Christi ex gentilium scriptis enatarum errores potentius retudit, quàm Epiphanius, qui lucis Euangelicæ face instructus, errorum hæreticorum caligines non detexit modò euidenter, sed etiam aut omnino, aut maiori ex parte dispulit: cuius præsidio pòst Augustinus certamina sæpe grauissima aduersus uana dogmata sustinuerit. Non opus est, ut nostratia commemorem, quæ nostra secula plurima ediderunt. Atq; ita prorsus sentio contrà, istos qui (pio fortè zelo) profanos autores è Christianorum scholis profligatos uolũt, longè à sano iudicio aberrare. Multo nanq; rectius ab ijs explicantur, qui cœlesti philosophia imbuti, & lumine diuino illuminati, iam inter Euangelicam serenitatem, & philosophiæ gentilitiæ nebulas sincero iudicio dijudicare nouerunt. Deus bone, quàm periculosum est, sextum Aeneidos, aut undecimum Odysseæ ijs committere, qui antehac uanitatibus huiusmodi inuoluti, sæpe grauissimos & pernicioſos errores amplectuntur, in hunc modum ratiocinantes: Gentilium sic poetæ sentiunt, quur non potius Christiani, cuius contrarium ex diametro statuere debebant. Illorum è manibus isti libri extorquendi sunt, tãtisper dum ex sacris oraculis ueritatem edocti, naturam & ingenium apiculæ induant, melinde, nõn aranearum instar, uenenũ pernicioſum, extrahunt. Sic ingenuè fateor, istos Ciceronis de Natura deorum, & de Diuinatione libros, nõ quibuslibet lectoribus committendos esse, sed ijs duntaxat, qui ex Paulina philosophia didicerunt, omnes Sapientiæ the-

Etiam profanos scriptores à Christianis legi posse

Ciceronis libri à quib. legendi.

Coloss. 2

sauros in Christo reconditos esse. ijs inquam, qui iam intelligunt, quænam prophanæ gentium doctrinæ cum Christi doctrina sint coniunctæ, quæ pugnent, aut dissideãt. Varia sunt apud philosophos de finibus bonorũ & malorũ dogmata, uariè à Cicerone per quinq; libros disputata. Sed Lactãtius noster quodã loco ad examen illas opiniones uocat, quàm lõgè quisque à uero aberrarit, quãúe propè quisq; ad uerum accesserit indicãs, tandẽ quis uerus finis sit pronunciat. Sunt qui putãt Stoicos proximè ad Orthodoxam doctrinã accedere, quod fortassis in quibusdam de uirtutib. dogmatis concesserim. Atq; in his etiã de Nat. deorũ libris de Prouidẽtia Dei Stoicus præclarè disserit: sed Deum immortalẽ, quàm bellè illius errores ab Academico detegũtur? Verùm paulo pòst ille ipse quàm uanus adparet, dum disserit, utrũ dij rebus humanis consulãt. Hoc enim quartum disputationis membrũ est. tertiũ siquidẽ (nempe, utrũ Mũdus prouidentia deorum regatur) prorsus, ut uidebitur, deficit. Necdum possumus planè, ex ijs quæ extant, conijcere, cui parti Cicero potissimum astipuletur, quod tamen in alijs quæstionibus plerunq; manifestè intelligitur. Et quanquã Augustino in Stoici partes magis inclinare uidetur, promittitur tamen sub finem, in alium diem disputationis huius instauratio, seu integratio, in quam fortè Cicero meliorem, pro more, partem sibi reseruaturus erat. Quod tamẽ nescio, fatone iniquo exclusus, an alijs occupationibus præditus intermisit. Ex priore sanè de Diuinatione libro anim. aduertimus, autorem nõ ulterius in his esse

Ciceronis sententia incerta

esse progressum. Est in his libris singularis quædam eruditio recondita, qua uidelicet Physicis demõstrationibus uniuersitatis miraculum, templumq; adeò cunctipotentis contuẽdo admiratur: in quo, si quid est apud Gentiles τοῦ θεοῦ γνωστὸν, clarè deprehenditur. Hic enim quicquid in æthere admiratione dignũ est, quicquid in inferiori mundo, in meteoris, in mari, in terris contemplationem meretur, quicquid in utroq; oculos nostros ad conditoris admirationem adtollit, summa quadam eruditionis solertia, solitaq; eloquentia in legentium conspectu ponit: ut beneficijs diuinis ingratissimus adpareat, cuius animus hisce scriptis non ad gratitudinem primùm, deinde ad harum rerum studia erigatur adtentior. Vnde sequatur, ut boni consulant, & facilius ignoscant Platoni, Aristoteli, Ciceroni, & alijs qui ex uetustate meliores in hoc toti fuerunt, ut ex creaturis creatorem cognoscerent: & quicquid indagãdo cognouissent, ad cæteros mortales transfunderent. Fateri necesse est, eos uiros singularia Dei instrumenta fuisse, per quæ mortalium pectoribus suam diuinam maiestatẽ innotescere uoluerit. Suo hi officio perfuncti fuere sedulò. Vtinã gratis animis hæc beneficia cõplectamur. Superarunt aliquanto hi uiri mortalium conditionem. Interim tamẽ nescio, an per omnia probare debeam illorum institutum, qui ex hoc genus autoribus catholicã de Diuinitate, de S. Trinitate, de Christo, de fato doctrinam statuere, & in uulgus docere conantur. Concesserim his aliquid de hoc cœlesti lumine tanquam per nebulas affulsisse. fieri tamen non

Rom. 1.

De dicatio.

Matth. 6.

2 Tim. 2

potest, quin (quia caliginosa sunt) multis erroribus sint inuoluta. Has autem lucubrationes cũ in uulgus emittere statuerem, Ioannes Luca suauissime, tu mihi primus occurrebas, cui eas nũcuparem, ut qui à primis annis, meis auspicijs ita es institutus, ut ueræ sapientiæ initium, timorem Domini iudicares, & in primis regnum Dei quærere assueueris, minimè ignarus, iuxta Do. Christi promissũ, reliqua inde felicius successura. Ita, inquam, ab ineunte ætate hactenus cùm à me, tum ab alijs optimis studiorum tuorum ducibus es edoctus, ut persuasum habeas, cœlestem philosophiam solam esse, quæ sciat omnia reliqua studiorum genera (ut Paulino uerba utor) ὀρθοτομεῖν, & sano iudicio de cæteris rebus dijudicare. Inuertunt ordinem naturalem, qui censent neminem idoneum diuinæ philosophiæ candidatum esse, quin prius humanæ sapientiæ erroribus imbuatur. Mundis omnia munda sunt. Mundities uerò iudicij ex liquidissimis doctrinæ Christianæ fontibus haurienda est. qua tu pro modulo tuo imbutus, rectè iam ciuilia, quibus operam dare minimè infeliciter cœpisti, prosequeris. Nõ dubito Ioan. Luca ornatissime, quin hanc nostram lucubrationem, (ut omnia nostra soles) boni sis consulturus, cum ab eo proficiscatur, qui te semper ut ex animo dilexit, sic instituit fidelissimè præceptis saluberrimis. Non fuit alia mihi hactenus occasio, qua uel amorem erga te meum testatum redderem, uel benignissimis honestissimæ genitricis tuæ meritis gratum animum ostenderem. Vale, Augusta Rhetica, communi nostra patria. 20 April. 1550.

Abderitica mens, prouerb. 92
abrogare legem 348
Academia, Academici. 57.58.95
Academicorũ ἀναλογία 3.4
ἀναλύφη 359
Acãthus & Cercophus an idem 318
Acherontis parentes. 293
Achillis natales 301
Achor deus 79
τοῦ ἀγαθοῦ significationes 278
ἀγνιστροειδῆ 55
ἀδιαίρετα 53
Adonis 336
Aegyptiorum superstitio 61.62
Aegyptijs dies pro anno supputatus 320
L. Aemilius Paulus. 269
æquilibritas 46
aeris etymologia uaria 202
aeris typus 130
ἀγοραῖος & Iuno 65
ἀιδὶς definitio 18
æsculapius antea Epius nominatus 324
æsculapius barbatus. 67
æsculapius quem ad uitam reuocarit. 326 & 327
æsculapius unde nomen sortitus 325
æsculapij ætas 172. effigies 140 mater Coronis. 325. parentes incerti 324
æstus maris quantus. 279
ætates humanæ 151
ætatum hominis distinctio 13
æetes 319
αἰθὴρ Aristoteli quid. 140.206
æthræ nomine quid significetur 231
αἴθουσις 17
αἰῶνες 19 αἰὼν eod.
Alabanda 309
T. Albutius 73
alcamenes 69
alcmæon 22
alexander quando natus.

tus 191
alites et oscines in quo differant 266
Amare quid 93
ambrosia 85
amicitiæ fines tres 93
ammonius Iupiter arietinis cornib. fingi solitus 67
amphiaraus. 308. quando uixerit 100 eius mors 101 sacellum eod.
anaces, siue ἄνακτες qui appellati 315
ἀνάγκη 39
ἀναθυμίασις 284
anatomes diuisio 72
anaxagoras Clazomenius. 116, eius de Deo sententia 22
Anaximenis de rerum principio sentētia. 21 (ead.
anaximādro sidera dij
andreas Vesalius 250
ἄνηβοι 12
ἀνέφηβοι 13
anienes duo 312
animæ motus duplex. 134 tres partes. 130
animi ἐτυμολογία 283
animi fusio 38 uis diuina 29. 30
annus à Iulio C. institutus 15
annus uertēs, siue maximus 157. 161
ἀντέρως 335 (8. 11
antiochus Ascalonitas
antisthenes physicus cognominatus 30
anxurus quare dictus Iupiter 67
ἄπειρον, ἀπειρία 23
apis rex 63 bos 64. solis nomine colitur 317
apidis cultus, & historia 62 63 inde
apollo cur dictus. 115. 118
apollo imberbis 67. Nomius 327
apollinis arcus 78 inde. eius epitheta.
apollodorus. 75 (eod.
ἀπομνημονεύματα 111
appiani locus 354
aprilis mensis Veneri sacer 192
Aqua caloris sui nihil habet 126
ἀράχνη 233
in Aram cōfugere, prouerb. 279

aranea-

aranearum solertia. 233
arati interpretes 210
ἀρχεῖα. archiua 348
archilochus, & nata ab eo prouerbia 360
archimedis sphęra. 201
arcti uastitas 218
argos nauis 225
aristeus, Nomius, Agreus, idem 299
aristei quatuor eod.
aristo Chius 34
Aristophanis locus 71
aristoteles luxuriæ insimulatus 74. item ueneficij. eod. ὀψοφάγος, παιδεράστης eod.
arrianus historicus. 209
arripere 61
arteriæ 256
artis definitio 261
artiū duplex differentia 113
Asclepiades Aesculapij nepos 326
ἄσωτοι. ἀσωτία 352
assumere 61
atomorum assertores. 53 inde
atomorum figuræ. 54. 55. motus triplex. 56
atrei fabula 343 agnus eod.

B

Baccæ quarum arborum 241
baiuli 75
bellona 65
beneuolus trucidator, prouerb. 6
beruurtz 238
Boccatij error 337. 321
boum cultus apud Aegyptios 63. 64
βοῶπις Iuno 68 (264
βοῦς ἐπὶ γυρὸν, prouerb.

C

Cabirorum cultus 91
C. Cœlius Antipater.
cærula auis 69 (106
cæruleus color eod.
calata comitia 109
Calatinus Regulus. 269
calchas uates 102
calistus & Arcadis fabula 211
calor naturæ, quàm frigus, amicior 125
calor, nisi etiā humor accedat, nihil generat 124
caloris cōmoda & incommoda 125
campsace Alexādri pellex 60

canis

canis uomitio 236
canum fides 264
capitolinus Iupiter Opt. Max. dictus. 67
capitolium unde dictum eod.
caprotina Iuno 65
caprij nomẽ dubium. 332
Carneades Academicus 267 qualis disputator 282
carneadis facundia. 282 modestia 6
cartilaginis substantia 257
cassandra diuinatrix. 103
S.Castalio 275
καταλήψεως modi 82
catulus Luctatius. 356
L.Cecilij Metelli facinus 269
cẽtauri Nubigenæ cur dicti 310
cerberus 294
Chæredemus 59
chærestrata eod.
charon Noctis & Herebi F. 294
chartophylacia 348
charus à χάρις 93 aut à carus eod.
χασματίαι 116
chimæra 84
chiron centaurus 228
χωρίον quid 241
chrysippus 279. summus dialecticus. 120
chrysippi 38
κικαβαὶ. κικαβᾶν 68
Cicero Cæsaris monarchiæ iniquior. 8
cicero patriæ linguæ studiosus 341
ciceronis lapsus 108
ciceronis locus 341. 351
ciceronis pręceptores. 8
ciceronẽ Stoicos coluisse, licet Academicum 8.15
κινύσεις 118
cinnæ mors 356
circe 319 Circeium. 206
circuitus 25
cisippus 76
Cleanthis apophthegma 35
clepere 343
κλίμαξ καὶ ἐπαγωγὴ 134
clitomachus atheos. 53

clysteris usus 237
κνώδαλα 80 (293
cocytus unde natus.
cœlum extremus globus Stoicis 204
cœlum Saturni pater. 28
cœli castratio 175
cœli nominis uariæ significationes 205
cognitio sui, ueræ sapientiæ initium 3
cometes nunquam in occidente apparet. 118
cometes unde dictus. 117
concessio Oratoria. 146
concoctionis definitio 125
concordiæ templa. 170
concretio 57
continentiæ exempla. 268
Cõradus Gesnerus. 31
coquus Medici famulus 261
cor omnium partium corporis primũ generatur 255
cor uitę fons. 77. et sanguinis eod.
cordati qui 253
cordis definitio 253. etymologia 252
cordis uentriculi, eorumq; nomina 253
κόρη 257
corinthus Græciæ lumen 360
corona 95
corpus solidum triplici dimensione constat 166
corporis humani constitutio mira. 122. 256
sine Cortice narê, prouerb. 340
coruncanus 87. 273
coryphæus 49
κόσμος 207. 208
cottæ humanitas 273
κρικοειδῆ 55
crysippus 75
κριτήρια 43
critias atheos 53
critolaus 361
crocodili oua diuinationis uim habent. 242
crocodilorũ apud Aegyptios cultus 80
κρόνος unde dictus. 177
cupido primus cuius filius sit 334

cupidi-

cupidines plures 338
curitis Iuno 65.67
κυανὸς auicula 69
Cybelę sacerdotes.127
κύνωψ herba 236
κυνόσουρα 212
κυρίαι δόξαι 69

D

Damius atheos 52.53
deciorum mors 276
delius natator, prouerb. 59.60
delus, antea Asteria dicta 290
democritus ληρόκριτος. 75.γραφεύς eod.
democriti atomi 54. 53
dentium ordines tres 246 eorumq; officium ibid.
deus ex sacris literis cognoscendus 196
deus mens infinita.22. inde. mūdi anima 25.naturę dominus & autor 15
deus mundo mixtus, & mundus ipse Platoni 17
deus propter se colendus 88
deus spiritus & νοῦς.27
dei finitio 17.197
dei forma nō quærenda 29.35
dei negatores philosophi qui 50.51. inde
deorum colendorum tres formæ 56
deorū nomina trifariam posse exponi.34
deos figura humana non constare 64
dij Adscriptitij Romanorum 286
derogare legi 348
deserta causa, disciplina, &c. 6
δία cur Iouem appellent 41
diagoras atheos 50
διαλογισμός 346
dianæ epitheta.78. nomina uaria 328
διαστολὴ & συστολὴ, quid Galeno 254
digestionis gradus. 249
δίκταμον 23
δίνη 25 δινεῖσθαι 56
δήμητρα 41
diodorus Stoicus 6.7
diogenes Babylonius 42. Smyrnæus, atheos 52

dioge-

diogenis de rerū materia opinio 25.26
dionysius Taurus, & ταυροκέφαλος, & βουκέρως dictus. 329. item σαβάζιος dictus, & σαβακὸς 331
dionysij cognominū rationes 329
διοσκούρων progenies. 315
ditis nomen unde ductum 133 (47
diuinatio ἀνύπαρκτος, diuinatio unde dicta. diuinādi ratio.276 (48
dolus malus 350
doli progenies 295
domicilia 77
drusi mors 355
duellius uicit Carthaginenses 268
δημήτηρ quasi γημήτηρ. 184

E

ἐγχειρεῖσθαι 18
εἴδωλα 25. εἴδωλον 218
εἰδυία mater Medeę.307
εἱμαρμένη 39.41.47.276
elementa pro dijs habita Empedocli.24
elementa quibus qualitatibus conueniant, quibus nō. 129
elementa σώματα ἁπλὰ 200
eleusine 89
Empedoclis de elemētis opinio 24.181
Ennij Medea 350
ἔννοια 44
ἔνθειοι uates 48
ἐννὼ cur Iuno Lycophroni 65
Epaphus 63
ἔφηβος 12.13
epicharmi sentētia.138
epicuri atomi 54.56. hortus.73.obscuritas.60.uomitus.74. 75
epicureorum de humido falsa opinio.
ἐπιγλωττίς quid.248(144
Er Pamphylius 58
erechtheus quantopere cultus 308
ἐρήμη δίκη, ἐρημοδίκιον 6
erichthonij duo 336
erinnyes 303.unde dictæ 304
ἔρις καρτερόμυθος.297(70
error tolerabilis qui.
etesiæ uēti qui. 243. aquilones anniuersa
ἠθοποιεῖσθαι 38 (rij.244
ἐνάζειν 331

Eu-

Eubuli Medea 342
euerriculum 350
euhemerus atheus 51 89
euripides atheos 52
euripidis Phaeton. 352. item Medea Ennio expressa. 351. itē Theseus eod.
ἐξέφηβος 13

F

Q. Fab. Maximus cunctator 269
fatum & necessitas an idem 39. 47
faunus. Fauna 98. eorundem monumenta 277
fauni unde dicti 98
felis apud Aegyptios cultus 81
feriæ Latinæ 13
Fides iusticiæ fundamentum 6
fides mala. 349 bona. eod.
fidei ædes 169
Fluminib. aliquid numinis inesse putatum 311
fluuiorū infernalium Mythologia 293
Fortuna quibusdam uitrea 339
fortuna cur sedens picta ab Apelle 339
fortuna suis cuiusque moribus fingitur. 271
fortunæ uarius status. 339
furiæ malorum conscios insectantur 304
fuscina 78

G

Galenus pius interpres 281
gallus Cratander 36
ganymedes Hebæ suffectus 86
gargetianus hortus. 73
γαστέρος καὶ κοιλίας uaria significatio 248
γενεὰ 19
Genuino mordere, prouerb. 244
Gigantes qui 193
Glaucopis cur Minerua 68
globus extimus ipse Deus 163
τὸ γνῶθι σεαυτὸν cœlitus delatum 343
γοργωπὸς 68
Grāmatophylacia. 348
gruū trāsmigratio. 236

S.Gry-

S. Grynæus 157
guilhelmus Xylander 229
gustatus, γεῦσις 257
ἁμωσγέπως 130

H

Hebe Iunonis F. 85. ἥβη 12. pubertatis dea. eod.
hecate 302. 303. 342
ἡγεμονικὴ. ἡγεμονικὸν 38. 131
helenus uates 103
ἑλικὴ 212
helluones. helluatio. 352
helueticus pastor siderū obseruator. 209
ἥφαιστος 40
ἥρα Iuno cur dicta 41
Heraclitus σκοτεινὸς. 59. 60. 283
heraclides Ponticus. 31. eiusdē locus. 180
hercules Aegyptius. 289 Libycus & Indicus idem. 290. Tyrius eod.
herculis à Diagora cremati historia. 50
herculis interitus. 287
herculis matris nomen 289
heroes deorum amici 268
hesperidum nomina. 298
hesperus Iapeti F. 298
ἑστία 187
Hippocentauri 96
ἡνίοχος 218
hirquitallire 13
Homerus sapientissimus, & sanctissimus dictus 134
homines dijs quibus proximi 285
homines singuli singula numina 171
honoris ędes & uirtutis. 170
ὅσιον 88
humores quatuor. 123
ὕαδες unde dictæ 219
Hydri partes Coruus & Crater 229
ὕπαρ 48
hyperionides Titan, φαυσίβροτος, & φαεσίμβροτος 317
hypocrisis 5
ὑπόληψις 43
hypsipylea, quæ & Lemnus 92

I

Iacobus Scheggius. 134
Ialysos, Rhodos 318

Ianus quare bifrons.185
Iunonius 132
Ibis auis Theuti dæmoni sacra 79.237
Ibidum diuersitas 79
Ichneumon Aegyptijs cur coli solitus 80
ἰδέαι 44
idololatrię cõtagio. 90
Ignem quis primus excuderit de silice 126
Imagines 25
impiorũ duo genera.4
impubis 13
Inachus rex 63
incursiones 25
ἰνδάλματα eod.
india cur duas ætates habeat 242
india ἰφάτη αἶα 243 (23
infinitas ἄπειρον, ἀπειρία.
informare 38
ingenui qui 301
internundia 16
inuidentiæ parẽtes.295
Ioachimus Camerarius 316
Ioannes Brodæus 316
Io. Honteri uersiculi.70
iosephus Apis nomine cultus 63
Irenæi locus 50
Iris Thaumantis & Eletræ filia 309
ἰσονομία 46
Iuno, aer 181. αἰγοφάγος. 65. βοῶπις. 63. Caprotina. 65. ἥρα. 41. 182. ὁπλοσμία. 65. Iouis soror & coniunx, 40, 181. Magna. 66. Regina, Bona. 67. Moneta. 304.
iunonis simulacrũ. 65. 66. Sacra eod.
iunones quatuor. 64. sospita, Lanuuia, Curitis, Argiua. eod. et 65
iupiter Ammonius. 67. Anxurus. eod. barbatus, & imberbis. 67. Capitolinus, Opt. max. 67. Cretẽsis, διὸς κταῖος, λυκαῖος 314.
iupiter pro æthere 35
Iupiter, qui & Iouis in nominatiuo 179
Iouis barba, frutex 67
iouis cognomina. 41. epitheta. 79. fulmina. 115
iouis Olympici templum in Elide 334.
iouis secundi quatuor
ioues tres. 313 (filiæ. 316
iusticiæ partes 88
iuuentus. ἥβη 85

L (295

Labor noctis nepos.
Lactantij locus 31
lacus regillus 97
Laertij locus 27
lanuuina Iuno, lanuuium op. 64. 65
latoria lex. 349 (tia. 274
lælij oratio. 291. sapientia 92
lẽnus Vulcania. 92. fulminum officina. 321 magna deũm mater 92. etiã Hypsipylęa dicta eod.
lẽnius cur Vulcanus. 92
Leocorium 309
leontium, λεοντίας, λεοντάειον 72 (lex. 349
letoria, siue lectoria
leges ueræ quæ 34
Leucippi atomi. 53 (305
leucothea, dea Matuta
liparæ insulæ. calidissima terra 126
liberi plurali numero etiã pro unico filio.
lituus 108 (173
loquentia 95
lubentina dea 171
lucina quare inuocetur à parturiẽtib. 191
lucullus Ciceronis 9
luna quasi lux aliena. 190. Latonia & Plutonia coniunx. eod.
lunæ hebdomades. 153 Schemata 154.
lysonius 313
lyceum 57

M

Magi Persarum 43
μαντικὴ 47. 48. 49
marij mors 356
mars Adonidis αὐτόβρεως 335
martis etymologia. 184.
Marliani locus 340
medea Enniana 342
medicinæ commendatio. 260. eius auctor- μιλλίφιβος. 13 (res. 326
mentis ædes 169
mercurius quintus Aegyptijs Theuth. 324.
mercurius Trismegistus 324
mercurij quinque 322
mercurij rigẽtis & flaccescẽtis figura 91
μισοντέριον, μισάραιον 250
mesopotamiæ fertili- μιτακόσμια 16 (tas 243
μητρὰ, uulua 248
metrodori duo 72

minerua Corifasia. 337 hippia eod.
Minerua unde dicta sit 185
mineruę cognomina & cultus 68
mineruæ plures 336. quinque 320
minores qui iurecon sultis 13
momi repręhẽsio. 343
monogrammi. 61,166
mopsi duo 98
morbi unde 244
mors multiplex 284
mortis causæ naturales 284
mortis deus Dites. 296
Morisotus 291
moses bouino simulacro Aegyptijs cultus 63
motus triplex 143
mundus an natus 18
mundus animans. 136 eadem ratiõe, qua conditus est, regitur 123
mũdus cur dictus. 119
mũdus globosus. 20. 146. 149. hominis causa creatus. 137. 263
mundus Platoni deus 17
mundi basis, Deus. 312
mundi definitio 263
mundum nihil generare Lactantio. 124
de Mũdo liber an Aristotelis 83
mundi an infiniti. 46
ex Musis qui nati. 302
μυκτὴρ 233
myrtoum mare 360
myrtili mors eod.
mythica religio nugatoria 44

N

Natura, à nascẽdo. 14. inde
à Natura argumentũ ualidissimum 4
natura instrumẽtum Dei 197
natura quomodo rebus insit 281
naturæ definitio 165
naturæ lex 33
naturæ uocabulũ. 281 an in Deo locum habeat 14
nectar 85
necessitas et fatum an idem 39. 41. 47
nepa 217. 228
neptuni cognomina. 68. 68. 69. 78. 79. tridens. eod.
neptunus unde dictus 182
neruorum ortus 255
nilus Apis nomine cultus 63
nili exundantia 242
niobes fabula eod.
niobes liberi 341
nominis fictio, & inde risus cuiusmodi. 76
nox. 130. eius typus. eo.
noctuæ Palladij sacræ. 68
ὄικημα 74
olere Academiã, lucernã, &c. prouerb. 57
ὄλυμπος 179
ὄνειροι διῶν ἄγγελοι 299
onomatopœia Gręcis magis quàm latinis concessa 45
opinio stabilis 96
quod Optimũ, etiam nobilissimum 273
ὀφιοῦχος 216
ὀψοποιητικὴ 260
oratores qui 95
de Orbis interitu opiniones 232
orcus 292
ὀρέξεις 241
orphei natales 301
orphica sacra 332
ossium διπλοῦ σύνθεσις. 254
ostentum, portentum, &c. quid differãt. 116
ostentorum duo genera eod.
Ouidij locus 84

P

παῖς 13
pallas cur Pallãtias. 338 & galeata 77. 78
pallas Neptuni F. 68
pallas πρόνοια dicta. 16
palladis epitheta. 78. si mulacrum. eod. (78
palladiũ cœlo lapsum.
παλιγγενεσία 33. 345
palmaris 18
παλμὸς 126
Pamphilus Platonicus 58
Pan cuius filius 323
panisscus 292
παράδειγμα 136
Parcæ unde dictæ 297
parmenides 23. 24
παρήλιος 318
pasiphae unde 306
patrimonia, res fortuitę 345
peducęus. Peducea rogatio 348

penates, penetralia. 188
πεπρωμένη 47
perseus, siue Perses philosophus 37.38
petri Appiani antiquitates 67
Pfaffi Callēbergēsis historia 50
phædrus 73
φαισύλη 220 (datus. 357
phalaris tyrannus lau
φλέβη 256
φαντασία. φαντάζειν 38
φάσματα 117
pleiadū nomina. 223
philo Academicus. 7.11
Ciceroni synchronos 86 (3
philosophię definitio.
phlegethō Cocyti f. 293
phthas Aegyptijs Vulcanus 320
phurnuti error 325
phrynes exemplo Venus Coa picta 60
φυσικαὶ δυνάμεις 199
physiologia. 18.19 (tes. 5
pietas inter iustitię par
pinna. Pinnophylax.
pisist ati mors. 357 (234
planetę quibusdā tantum quinq;. 156. eorum cursus. 70. situs
& ordo 15
plantarum uigor 239
plātationis modi. 240
platonis de Dei sentētia 26. de elemētis. 133. de mundo 16.17
platonis ὄρυς, Speusippo adscribi 31
platonis incōstātia. 26
plauti locus 347
plectoria lex 349
pleiades 222. earū situs 223
πλεύμων 75
plinius Ciceronis locum explicat 162
plinij locus 73.346
plutarch. locus 19
Pluto 183
poetæ cur ciuitate exclusi 193
pomœrium 111
portæ iecoris quid. 251
portunus 182
ποσειδῶν 41
possidonius Rhodius. 8.93. 200
præfationum philosophicarū Ciceronis eadē ferè hypothesis 1
præsultor 49
priapus Venere pro-

creatus

creatus 336
Procyon nō idē quod Sirius 229
prodicus Ceius 89
πρόληψις 43.44
πρόνοια 16.48
προνοίας templū in Delo 195
proserpina Græcū ne an latinum 183
proserpinę raptus μυθολογία 184
protagoras baiulus dictus 75
protagoras sophista. 51
atheos 52
puber 13
pulmonis appellatio infamis 75
puluis, mathematica studia 149
pylæa ins. θεῶν τράπεζα. 301
pyrausta. pyraulis 81
pythagoras quatenus ab esu carnis abstinuerit 359
pythagoræ ænigmata & symbola 59
pythagorę de Deo sententia 22.23

Q (128

Qualitatū dispositio.

R

Ranæ uenatio ex Oppiano 235
recta uiuendi ratio in quo consistat 262
quod Regit, eo quòd regitur, est præstantius 145
regnorum diuisio 181
religio Aegyptiaca uana 286 (culum. 6
religio fideimutuę uin
religio quid 88
religio et superstitio in quo differāt. 194 (44
religionis tres species.
religionis uerę initiū. 3
religionē falsam potuisse etiā Ciceronem impugnare, uerā inducere non item. 71
ῥῆκται 116 Rhesus. 302
rhodus τρίπολις nominata et κορκαφίδης. 318
rogatio. rogare legem. 348 (174
de Romuli apotheosi.

S

Sabazia 331
sacerdotes σαβοὶ qui. 331
salmoneus 201
salutis templum 170

ſamothracij dęmones. 91
ſamothracum myſteria 90
σανυίδωρος pro Antidoro 75.76
ſapæi 92 Sarapis. 63
ſaturnus filios ſuos deuorat 178
ſaturnus nihil aliud, quàm ſol 176
ſaturni motus 158
ſaturnũ cœlo pulſum eſſe quid 178
ſatyri unde dicti 177
ſcæuola Pont. 87.274
Scheggius uelut alter Themiſtius.141.eius epiſtolæ pars 141
σχήματα 25
τῶν σχημάτων τὰ γένη. 148
ſcientia remota à iuſtitia, calliditas eſt.279
Scipionis Africani mors 354
ſcipiones duo 353
ſcylla 83.84
ſeculum 19
ſecula quatuor poetarum 264
σέλας unde dictus.225
ſenectus unde 284
ſenſus quid 17
ſenſus διανοοῦνται τῇ ψυχῇ 256
ſequi. conſequi 15
ſerapio Scipio 273
ſerapis idem, qui & Apis 62.63
ſeriphus, eiuſq; obſcuritas & ſterilitas.70 71 (80
ſerpentes uolucres. 79
ſeſelis herba 238
ſeriphiæ ranæ, uulpeculæ, lepuſculi, &c. 70
ſidera animantia Platoni 28.138
ſidera an in æthere.163
ſiderum eſſentia incerta 139
ſiderũ nomina.209.158
ſigillum, ἄγαλμα 69
ſimilitudinis prouerbia 61
ſimonides 49
ſinties 92
ſitella 83
Socrates cur cicutã bibere iuſſus 44
ſocratis infractus animus 271
ſocratem unũ Deum credidiſſe 30
ſocratica doctrina in moralibus magis, quàm naturalibus. 18
ſocratici philoſophi in diuerſas familias diſſeminati 9. 10
ſol præſtãtiſsimus deorum 138 (152
ſolis annus magnus.
ſolis epitheta 139
ſoli equus ſacrificari ſolitus 30
ſoli quatenus diuinitas attributa 30
ſolem terra maiorẽ eſſe probatur 206
ſoles quinque diuerſis prognati parentibus 316
ſolonis lex de bobus non mactandis. 266
ſomniũ mortis frater.
ſophiſtæ 95 (298
ſophiſtæ & ſophiſticæ uocabulũ olim honeſtum 52
ſorites 71
ſoſpita Iuno 64.
τὸ σφαιροειδὲς forma abſolutiſsima 136
σφυγμὸς 125
ſpecillum 326
Spei ædes 304
ſpeuſippus, eiuſq; ἔργα 31
ſpicus antiquà pro ſpica 218
ſtellę cuius naturæ 231
ſtellas quaſdã falſo uocari errantes 156
Stoici unde dicti 32
Stoici unitatẽ deorum aſſerunt 197
ſtoicorũ de anima doctrina 131
ſtoicorum duo principia 196
ſtoicorum ignis 284
ſtomachus, cibi uia. 247
ſtratagemata Polyæni. 277
ſtrato phyſicus dictus. 32 (527
στρόγγυλον τρόπημα quid.
ſupra infra, pro ſupera infera 214.
συμπάθειαι 287.
σύγκρισις 57
ſynephebi comœdia.11 12
σύνθημα 69
ſyria & Aſtarte eadem, quæ & Derceto, & Ops aliis dicitur 335
ſyriapis 63

ſyrij piſcem ueneran-
tur 285
σύστημα 261

T

Tabularium.347.tabu
lina 348
Tela duo Ouidij quid.
335
tellus dea 29
tempeſtatis ædes 311
tenebra ſingulari nu-
mero 297
tenedij Tenem colunt.
286
terra pro dea culta.28.
inde
terræmotus ſpecies.115
teſtamentorũ tria ge-
nera 109
teſtudinũ genera qua-
tuor 241
Theodorus Atheos.50
51.pòſt etiam θεὸς di-
ctus 51
theophraſti librorũ ali
quot interitus 32
theotimus à Zenone
interfectus 73 (127
thermæ unde calidæ.
theſei parentes 300
θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν.138.ζῶον ἀΐ
διον 143
θεοῦ nomẽ hominibus
conuenire 30
θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλοῦσι.
270
θεῶν ἀγορὰ 16
θόλος 239
thyas & Thyone eadẽ.
332 (bendum.333
thyades per υ an ι ſcri-
thyeſtis inceſtus 342
thyo eadem quę Seme
le 332
θυτήριον, θυμιατήριον 227
timocrates 86
Tireſiæ fabula 99
Tireſię ſenectus.100.&
mors eod.
Tõſillæ in hominibus
quæ in ſue glandu-
læ 247
trabes pro trabs 351
τραχεῖα ἀρτηρία 247
τραγίζειν. 13.τριαινοειδῆ 55
trieterica ſacra.333. ubi
celebrata 333
triones 212
τροπαὶ 155
τροφὴ 252
trophonius Boccatio
Tryphonius 322
trophonij antrũ, pro-
uerb. 308
tropicus Cancri χειμερι
νὸς 151

tubu-

tubulus 53

V

Valẽtini hæreſis.19.34
Q.Varius 356
uenę unde dictæ 255
uenęemulgẽtes quę.252
uenus Aeneę adeſt.270
uenus altera, ſpuma
procreata 176.334
uenus Coa.60. ἀναδυο-
μένη.eod.Magna.334
Vergilij locus 35.40
ueſta.29.Iani uxor.186.
una ex penatib. 187
ueſtæ templum 187
uictoriolæ 358
uictoriæ templum.171
uiſum habere.11 (us.92
uirtute nihil amabili-
uirtutes heroicæ diui-
næ 268
uitæ humanæ gradus.
13
Vlyſsis ad inferos de-
ſcenſus 288
uocis ſpecies 259
uoluptas quæ & Volu
pia 171
uoluptas ſummũ bo-
num Epicuro 85
uoluptatis typus 36
uoluptatũ diſtinctio.
35.36
uomica unde 346
upis pro Vlpis legen-
dum 328
urtica marina 359
οὖς βοιώτιον 120
uulcanię inſulę Hephę
ſtiades dictæ 322
uulcanus Aegyptiacus
320
uulcanus cur ἥφαιστος, &
ignis.40. Volicanus
340.Lemnius.92.cu
ius filius ſit, dubita-
tur 321
uultus animi inter-
pres 258

X

Xenocrates περὶ θεῶν 31
xenophanes 25
xerxis ob impietatem
clades 87
Xyſti Betuleij in Hõte
ri Coſmographiam
annotationes 70

Z

Zeno Epicureus 73
Zenonis in Heſiodi
Theogoniã & Ho
merũ cõmẽtarij.34
zenones duo 49
zenonij Stoici 32
ζῆνα Iouẽ cur dicant.41
zoroaſtes magorũ in
Perſis autor 43

FINIS.

XYSTI BETVLEII AVGVSTANI IN M. T. CICEronis de Natura Deorum librum I. Annotationes.

PRÆFATIONIS ARgumentum.



Præfationum, quas Marc. Tullius libris philosophicis præmisit, eadem propemodũ hypothesis est. Reddunt enim rationem, quare Cæsarianis temporibus ad studium philosophiæ se cõtulerit. Hæc uerò præfatio præterea hoc quoque commune cum aliquibus habet, cur Academicos potissimum sequatur. Quædam habet peculiaria, quæ mox in totius præfationis dispositione conspici coràm poterunt. Eam enim ita ob oculos posuimus, ut diligenter contuenti sine negotio adpareat. Redditur autem ratio negotij suscepti, & defenditur id rectè honestéq; fieri, & ad communem mortalium uitam pertinere. & ob id uersatur in statu qualitatis.

SCHOLION.

Cap. I.

CVm multa.) Respicit ad eam philosophiæ definitionem, quæ petitur à partibus. Nempe philosophiam esse rerum diuinarum atq; humanarum scientiam: quam Lactantius noster, aliquo loco tanquã inutilem reijcit: uel potius, si ea rata sit, eos minimè fuisse philosophos, qui sibi hoc non arrogantes, nullam prorsus rerum diuinarum scientiam habuerunt.

Brute.) Nam hunc alicubi philosophum exercitatissimum nominat idem Cicero. Et perobscura.) De hoc in præfatione dictum est. Ad agnitionem animi.) Quia τὸ γνῶθι σαυτὸν cœlitus descendit. Et ad moderandam religionem.) Si homo intelligit se diuinitus suam habere originem, se ad imaginẽ conditoris creatum, fieri non potest, quin ad uerum illius cultum, natura duce feratur. Sed & illud ueræ religionis est initium, si intelligamus, quanta dignitate exciderimus, quàm nihil nostris poßimus uiribus, quàm miseri simus, ni diuina bonitate subinde fulciamur. Si uerò simus ἀνόητοι, ἄνευ τῆς μετανοίας, ad nostri cognitionẽ, quæ ueræ sapientiæ initiũ, et potißima ueræ religionis pars est, nunquã perueniemus.

Tam uariç.) Atq; ob hoc ipsum hæc de natura deorũ quæstio, non ullum in philosophia locum habere potest, si philosophia studium sapientiæ est. nam sapientia non fluctuat, sed stabilis est, & firma, nec sibi ulla parte dißimilis. Adde, si philosophia est cognitio rerum diuinarum & humanarum, nemo ignorat cognitionem esse rerum certarum. Atqui Academicorum ἀκαταληψία, quia semper incerta fluctuat, nihilq; certi statuit, non potest ullum in quæstione philosophica locum dignum habere. Causam, principium.) Hanc lectionem uitiosam esse, etiam illi animaduerterunt, qui locum asterisco signarunt: nec illi facile sine uetustorum codicum, quibus caremus, ope,

DISPOSITIO PRÆFATIONIS LIBRORUM de Natura deorum.

- Cicero hac præfatione
  - Beneuolos obiurgato resplacat, ut didicisse se gaudeant.
  - Inuidos obtrectatores docet, ut reprehẽdisse pœniteat.
  - Causas adducens
    - Quare quæstionẽ de natura deorum instituerit.
    - Quare in hac quæstione Academicos potißimũ sequatur.
    - Rationes aßignat, nimirum
      - Quia de uniuersa philosophia disserere instituit. Reddit autem rationem, cur
        - 1 Relicta oratoria, ad philosophiæ studium se contulerit.
        - 2 Cæsaris potißimum tempore philosophiam literis mandet.
        - 3 Latinis literis.
        - 4 Διαλογικῶς.
        - 5 Academikῶς.
        - Respondet
          - 1 Non hoc studium nouũ esse, sed à pueritia in eo institutum fuisse.
          - 2 Ne, cum uacet à repub. ocio langueat, & quærat aliquam inde consolationem.
          - 3 Latinè, quod putauit ad decus & laudem suæ ciuitatis pertinere. Effectus, quòd multi ad studiũ philosophiæ inde sunt accensi. Et apparet Latinam linguã non magis inopem, quàm Græcam esse.
          - 4 Quod in huiusmodi disputationibus ratione magis, quàm autoritate nitendum. Sic magis enitescit ueritas: sicut nimium altercando amittitur.
          - 5 Ne uideatur causam desertam suscepisse. Nam quòd Academia abolita est uisa, non Academiæ uitio, sed hominum tarditate euenit.
      - Quia id tutißimũ in tanta philosophorũ dissensione uideatur. Verùm deos esse, philosophorũ (paucis exceptis) consensu, & duce natura constat.
        - Quæstionem de figuris deorũ, de sedibus, de actione, omittit.
        - Quæstionem uerò de prouidẽtia Dei prosequitur.
        - Nempe
          - Quia de his summa philosophorum dissensione certatur.
          - Ne in summo errore homines uersentur.

ope, medicina inuenietur. Videor mihi uidere sensum aliquem genuinum: nempe, causarum, quæ principium sunt philosophiæ, esse aliquam scientiam. Sed & hæc cum sequentibus Academicam incertitudinem statuentibus pugnant: illi siquidẽ à rebus incertis assensionẽ cohibuerũt.

Duce natura.) Genuina hominis natura ducit ad ueritatem: uitiosa et degenerans, ad mendacium. quo de nobis in Officiorum commentarijs pluribus disputatum est. Validißimum autem argumentum est, quod à natura ducitur: quod confirmant etiam clarißimorum scriptorum testimonia. Apud Polybium epitome 13. sic scriptum inuenitur: καί μοι δοκεῖ μεγίστη θεῶν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀληθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν. πάντων γοῦν αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἐνίοτε καὶ πασῶν τῶν πιθανοτάτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων, οὐκ οἶδ' ὅπως αὕτη δι' αὐτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύετε τῶν ἀνθρώπων.

Natura.

Verisimile.) Atqui hoc ipsum extremæ cuiusdam temeritatis est, probabilibus uelle niti: ubi non grauius aliud peccatum est, quàm incertis uelle subscribere, ubi sola ἡ πληρωφορία locum habet, quæ τῇ τῆς ἀκαθημίας ἀκαταληψίᾳ quasi ex diametro pugnat.

Protagoras.) De his annotauimus apud Lact. lib. 1. cap. 2. Diuin. instit. atque item de Ira Dei cap. 9. & inferius dicentur de eo plura.

Qui uerò.) Duo genera impiorũ perstringit: unum eorum, qui deos esse prorsus negant: alterum eorum, qui deos quidem esse sentiunt, sed eos prouidentia & cura rerum humanarum exuunt. Subdam uerba Laertij, quibus Stoicorum decretum refert: διττὸν δὲ, φησὶν, τὸν ἄθεον· τόν τε ἐναντίως τῷ θείῳ λεγόμενον, καὶ τὸν ἐξουθενητικὸν τοῦ θείου, ὅπερ οὐκ εἶναι περὶ πάντα φαῦλον. &c. Plato in 10. de Legibus etiam tertium impietatis genus adijcit, eorum uidelicet, qui uindictam scelerum Deo derogant, clementem

tantum Deum sibi fingentes. contra quos Lactant. in lib. de Ira Dei copiosè disputat. Verba Platonis sunt: θεοὺς ἡγούμενοι εἶναι κατὰ νόμους, οὐδεὶς πώποτε οὔτε ὄργον ἀσεβὲς εἰργάσατο ἑκὼν, οὔτε λόγον ἀφῆκεν ἄνομον. ἀλλὰ ἓν δή τι τῶν τριῶν πάσχων, ἢ τοῦτο, ὅπερ εἶπον, οὐχ ἡγούμενος. ἢ τὸ δεύτερον, ὄντας, οὐ φροντίζειν ἀνθρώπων. ἢ τρίτον, εὐπαραμυθήτους εἶναι, θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς παραγομένους. Nos hoc tertium ita temperamus, ut Deum affirmemus pœnitentibus placabilem, pœnitere nescijs iustum scelerum uindicem esse.

Vtrum nihil agant.) Nam Epicureorum dei planè ociosi sunt. de quo infrà lib. 3. copiosè Cicero.

Sunt enim philosophi.) Titulotenus, nam re ipsa μισόσοφοι uerius, siue μωρόσοφοι, & μωρόλογοι. Quomodo enim profitebitur sapientiæ studium, qui extremo delirio desipit? Induit enim, ut in Tusc. quæst. de eo Cicero testatur, philosophi personam, et sibi ipsi hoc nomē inscripsit.

Quæ potest esse pietas.) A` causa finali.

Simulatio

Fictæ simulationes.) Quam sacræ literæ ὑπόκρισιν appellant, uocabulo quodam peculiari: quæ tamē uox in humanis literis, quamlibet rei honestæ simulationem significat. Verumenimuero quid ad hoc dicent huius ætatis hypocritæ, qui ut Epicuræam professionem tueantur, uel ut uerius dicam, nutantem & ruinas minitantem fulciant, simulatam quandam religionem comminiscuntur: eorum secuti exempla, quæ Valerius lib. 1. cap. 3. collegit, putantes religiones ob id institutas esse, ut respublicæ melius seruari, & populi facilius in officio cōtineri queant.

Reliquæ uirtutes.) Quasi uerò religio, seu pietatis studium, moralis quædam uirtus sit, & non potius impulsus numinis diuini.

Pietas

An pietate aduersus deos.) Non ignoro, pietatem à philosophis inter iusticiæ partes poni. nam iusticia tribuit sua cuique, pietas tribuit Deo cultum eum qui illi debetur.

debetur. Fides autem fundamentum iusticiæ, à nostro Cicerone in Offic. ponitur. Ergo unà cum iusticia, euanescunt etiam iusticiæ partes.

Humani generis societas.) Hæc ita coniuncta sunt inter se, ut nullum sine alio integrum esse possit. Humani generis consociatio, extra quam iusticia nulla est, fide mutua conseruatur: fidei uerò mutuæ uinculum est religio, sine qua nihil sanctum esse potest.

Sunt autem multi philosophi.) Stoici maximè, qui in hoc ad catholicam doctrinam proximè accedunt. Disputauit autē Carneades, nouæ Academiæ autor, contra Stoicos, & potissimum contra Chrysippum: cuius etiam in 5. Tusc. Quæst. Cicero meminit. Laertius ait summa ipsum in disputando modestia fuisse usum, adeò ut dicere solitus sit: εἰ μὴ ἦν χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν ἐγώ. Tanta inquam Carneadis fuit ἐπιείκεια, ut inter Stoicos & Peripateticos de finibus bonorum & malorum uerbis uerius quàm re dissentientes, arbitrum se honorarium interposuerit. Zenoni responsurus, helleborum sumptitauisse scribitur à Plinio. De hoc apud Lactan. lib. 5. nōnihil dictum est, & Cicero noster infrà lib. 2. de hoc plura.

Carneadis modestia.

Beneuolos obiurgatores.) Fortassis hoc referri potest ad prouerb. Beneuolus trucidator. Nam, ut in alio prouerbio est, Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt.

Desertæq; disciplinæ.) Academiam desertam disciplinam uocat; sicut iureconsulti desertam causam τὸ ἐρημοδίκιον. de quo uide Chiliades Erasmicas, & Budæi priores annotationes, & Alex. Neapolit. lib. Genial. dierum 4. cap. 15. Est enim ἐρήμη δίκη, ἡ μονομερὴς, ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν κρίσιν διαιτηθῇ.

Deserta causa

Diodorus.) Stoicus hic fuit. Cicero in Bruto: Eram cum Stoico Diodoro, qui cum habitauisset apud me, mecumq; uixisset, nuper est domi meæ mortuus, à quo cum

Dialectica

in alijs rebus tum studiosissimè in dialectica exercebar, quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est. &c. Lib. ad Att. 2. ep. 20. Diodorus mortuus est, reliquit nobis HS fortasse centies. Acad. quæst. 4. Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui, qui mecum uiuit tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror & diligo, qui ista Antiochea contemnit. Tuscul. quæst. 5. Diodorus Stoicus cæcus multos annos nostræ domi uixit: is uerò, quod credibile uix esset, quum in philosophia multo etiam magis assiduè, quàm antea uersaretur, & quum fidibus Pythagoreorum more uteretur, quumq; ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studijs oculis non egebat: tum quod sine oculis uix fieri posse uidetur, geometriæ munus tuebatur, uerbis præcipiens discentibus unde, quò, quamq; lineam scriberent. Meminit huius etiã epist. 4. lib. 9. Item ad Cæs. Imper. lib. 13. ep. 17. Ex his Ciceronis locis, totam quasi Diodori historiam habere possumus. Quanquam eruditorum quidam, Aldinam sequentes editionem, passim Diodotum legunt.

Philo.) Cicero in Bruto: Eodemq; tempore (D C L X V I. ab urbe condita) cum princeps Academiæ Philo cum Athenienſium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romamq; uenisset, totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, in quo etiam commorabar attentius, & si rerum ipsarum uarietas & magnitudo summa me delectatione retineobat: sed tamen sublata iam esse in perpetuum ratio iudiciorum uidebatur. Crassus orator, qui paucis annis antè uita excesserat, apud eundem Ciceronem de Orat. 3. Philonem in Academia uigere audierat, & in causarum cognitione exercitationeq; celebrari. Dedit operam Clitomacho multos annos. Multa huius, liberalis atq; honesta mentio fit in Lucullo Ciceronis. Sed interim meminerit rudis

rudis lector, non omnes hic Ciceronis doctores numerari. nulla hic oratoriæ doctorum mentio fit, ut Molonis, aut Demetrij, siue Menippi: sed philosophiæ duntaxat magistri.

Antiochus.) Ascalonites. Cum hoc ueteris Academiæ nobilissimo & prudentissimo philosopho Athenis Cicero per sex menses fuit, ut ipse de se in Bruto testatur. Multa de hoc memorabilia in ipsius Ciceronis monumentis, & apud Plutarchum in Ciceronis uita leguntur. Non Ciceroni modò, sed etiam Attico ualde familiaris, & Lucullo in summo precio habitus. Desertor Academiæ ad Stoicos se contulit, dissensitq; à Philone, doctore suo. nec displicuerunt Ciceroni Antiochea. Sed horũ memoriam sequentia nonnunquam refricabunt. Neq; nostrum institutum est, illorum uitas in præsenti contexere.

Posidonius.) Hunc Panætij auditorem fuisse, in Officiorum libris ab ipso Cicerone scriptum est. Apamea Syriæ oriundus, Rhodi philosophiam professus, professione Stoicus, cognomine ἀλαβάρχης, Romã uenit tempore M. Marcelli. Scripsit & ipse de natura deorum. Hic lecto Ciceronis græco hypomnemate, à scribendo deterritus fuit, ut ipse alicubi ad Atticum scriptum reliquit. Quanti Pompeius hunc fecerit, lege apud Plin. lib. 7. cap. 30. & apud ipsum Ciceronem sub finem 2. Tuscul. Hinc obseruari potest, Ciceronem, etiamsi Academiam profiteatur, Stoicos tamen & audisse, & coluisse, & illorum doctrinam fuisse amplexum, etiam in hac disputatione.

Sin autem quis.) Hanc partem communem habet cum cæterorum philosophorum præfationibus, usus hic singulari quadam modestia, iniquior aliàs Cæsaris monarchiæ. Quando, et quare Cicero se philosophiæ studio reddiderit, meminit etiam Plutar. in eius uita, & ipse Cicero ad Seruium Sulpitium scribens, lib. 4. epist. 3.

A' Græcis

A' Græcis ne uerborum q.c.) Tractatur hic locus etiã in præfatione 1. et 2. de Finib. et in 2. Tusc. quæst.

Non enim autoritate.) In philosophia, citra controuersiam ratio plus quàm autoritas ualet. In theologia, sola diuinarum literarum ualeat autoritas. De cæteris disciplinis non animus est pronunciare.

De Pythagoreis.) Erasmus expendit hunc locum in prouerbio, Ipse dixit. Quibus adde quæ Cælius Rhodiginus in Antiquis lectionibus lib. 10. de rebus Pythagoricis collegit.

Quatuor Academicis libris.) Duos Academicorum libros scripserat, quorum sermonem Catulo, Lucullo, & Hortensio tribuerat, hominibus nobilibus illis quidem, sed non satis philologis, qui λογικώτερα ista sustinerent. Attici consilio negotium retractauit, αὐτιοχείαν Varroni tribuit. Quæ hodie extant, manca sunt: & Lucullus, qui habetur, prioris συντάξεως, quam ipse aboleuit, fuisse uidetur. Licet Plutar. in Lucullo, hunc agnoscat. Lege de hoc aliquot epistolas ad Atticum lib. 13. scriptas.

Profecta à Socrate.) Videor mihi operæprecium facere, si apodeixa demonstrem, quomodo Socratici philosophi in diuersas familias, inter se dissentientes, dissemenati sint: ex Academicis quæst. ex 3. de Orat. & Diog. Laertio.

SOCRATES,

SOCRATES, unde Socratici, à quibus familiæ diuersa sentientes proseminatæ.

PLATO ueterem Academiam constituit, hinc Platonici.

Speusippus Platonis sororis filius, Acad. Heraclides Ponticus.

Xenocrates Academiæ nomen obtinuit.

Hi uerbis quàm sententijs magis dissentiebant, nec pãr fuit copia sermonis, aut uarietas dicendi.

Aristoteles Peripateticorum nomen obtinuit, eiusq; familiæ princeps.

I

Theophrastus Aristotelis successor. Gel. lib. 13. cap. 5.

I

Strato Lãpsacenus physicus.

Crantor & Crates.

Polemon.

I

Archesilas Mediam Academiã, quã Cicero rectiorem uocat, inuexit.

I

Lacydes, cui Laertius nouam Academiam assignat.

I

Euander.

I

Egesinus.

I

Carneades, nouæ Academiæ autor.

I

Clitomachus.

I

Philo, quo Cicero in philosophia doctore usus est.

Antiochus.

I

XENOPHON.

ANTISTHENES, duriciem sermonis & constantiam in Socrate adamauit.

I

Diogenes Cynicus: hinc Cynici philosophi.

I

Crates.

I

Zeno Cittiæus, hinc Stoici.

Aristo Chius: unde Aristonij: Miltiades & Diphilus.

I

Cleanthes.

I

Chrysippus.

I

Diogenes Babylonius.

ARISTIPPVS, unde Cyrenaici.

I

Arete filia, Ptolemæus Aethiops, Antipater Cyrenæus.

I

Epitimedes Cyrenæus, Aretes auditor.

I

Paræbates.

I

Hegesias πεισιθάνατος, & Anniceris, unde Annicerij, à quo Platonem redemptũ scribunt: sed uiderint, an ratio temporis ferat.

Aristippus μητροδίδακτος.

I

Theodorus ἄθεος, unde Theodorei.

X. B.

Hic typus ostendit seriem de Socrate claram, Qua ducunt sectæ nomina quæq; sua.

Lege præterea, quid Catholicus aliquis de hac Platonica successione sentire debeat, apud Eusebium de Præparatione euangelica libro tertiodecimo, capite secundo.

Orbam

Orbam esse in ipsa Græcia.) Nam in Clitomacho, teste Laertio, defecit: cum apud Romanos eius auditor Philo floreret, & ex Romanis præclarissimi quique, quorum Cicero ipse, ut dictum est, & Lucullus Philone doctore usi fuerunt. Placuerunt etiam Varroni τὰ ἀρχαῖα. Cotta præterea, cuius in domo hæc de natura deorũ disputatio habitatio fingitur.

Quod non Academiæ.) Translatio. Nam si singulas.) Ratio à singularibus ad uniuersale. Quibus propositum est.) Quod Academicorum est, κατὰ πρόληψιν. Consequutum esse me.) Quod esset arrogantiæ. Secutum aũt esse, honestus est conatus. παρὰ νομασίαν uenustatem habet. Vide Nizol. in uerbo Sequor.

Non enim ij sumus.) Hæc est quasi litis futuræ quædam contestatio.

Assentiendi notam.) Antiochi notatio, qui ab Academicis ad Stoicos se contulit, & assentiendi notã, quam antehac negauerat, profiteri cœpit. De quo sic in Academicis quæstionibus legimus: Sed prius pauca cum Antiocho, qui hæc ipsa, quæ à me defenduntur, & didicit apud Philonem tam diu, ut cõstaret diutius didicisse neminem: & scripsit de his rebus acutissimè, & idem hæc acrius accusauit in senectute, quàm antea defensitauerat. Quãuis igitur fuerit acutus, ut fuit, tamen inconstantia eleuatur autoritas. Quis, inquam, enim iste dies illuxerit, quæro, qui illi ostenderit eam, quam multos annos esse negauisset, ueri & falsi notam?

Visum haberent.) Faciem, formam, speciem, splendorem: ein herrlich ansehen. Cuius gratia probabile apud rhetores sæpe fidem & assensum meretur.

Procax.) Sed prius euanuit ista procacitas, quàm mysterium illud mortalibus est patefactum.

In Synephebis.) Fabulæ nomen, quam Cicero in

Tusculanis quoq; quæstionibus citat, & de Senectute. Poterat Coadolescentes hanc fabulam inscribere, sicut Terentius suam Adelphos etiam Fratres: sed retinuerũt Latini poetæ Græcorum, quos imitati fuerũt, inscriptiones. Dicam de uoce hac paulo fusius, licet fortaßis παρόργως. ἥβη significat primam lanuginem, quæ pubescentibus circum pudenda nascitur. significat item locum, unde lanugo ista pullulat. significat pubertatis tempus: inde pubertatis dea Hebe, ἥβη, quæ fingitur filia Iunonis ex Hercule, siue (ut quibusdam placet) ex Ioue. Grammatici autẽ dictam arbitrantur ab antiquis per ἀντίστοιχον, ἀπὸ τῆς ἥδω, τὸ σὺ φραίνω. Ea siquidem ætas gratißima est mortalibus, atque plurimum iucunda. Transfertur metaphora nõnunquam ad pecudes & plantas. Hinc Impuberes, ἄνηβοι. Rursus ab ἐπὶ & ἥβη, componitur ἔφηβος. Item μελλέφηβοι, ἐξέφηβοι. Inde Statiana comœdia συνέφηβοι. Sed ut hæc res conspectior sit, gradus humanæ uitæ apponam ex Censorino de Die natali: non doctis id quidem, qui doctiora possunt ipsi, sed studiosæ iuuentuti, cui operas nostras ex officio debemus.

Antiquitas

Antiquitas distribuit in heptadas, quæ Criticæ habentur,

1 Prima dentes homini cadere. 7
2 Pubẽ adparere. 14 Hic incipiũt τραγίζειν, id est, hirquitallire.
3 Barbam nasci. 21 De hac ætate tres gradus in Græcia facti sunt. nempe cum sunt annorũ
4 Vires roborantur. 28
5 Maturitatẽ ad stirpem reliquendam acquirunt. 35
6 Cupiditatibus tentantur. 42
7 Prudẽtia linguaq; consummatur. 49
8 Manent eadẽ. 56
9 Fiunt morti maturi. 63

1 XIIII. παῖς, quẽ suprà ἀνέφηβον uocari diximus, id est, impuberem.
2 XV. μελλέφηβος, pubertati proximus.
3 XVI. ἔφηβος, puber. ut hic συνέφηβοι.
XVII. ἐξέφηβος, qualis Terentianus Pamphilus, qui ex ephebis excesserat. Vocantur Iure consultis Minores, qui 25. annum non attigerunt.

NAM cum ferijs.) De ferijs Latinis, post Alexandrum ab Alexandro, quicquam annotare, superfluum duco. Is enim lib. 5. Gen. dierum, cap. 7. ex Cicerone, Macrobio, atq; alijs uetustioribus de his copiosißimè commentatus est. Qui diligenter in Platonicis est uersatus, facilè animaduertit Ciceronem, ut in alijs, sic in captandis quoq; dialogorum occasionibus eum esse imitatum. Fingit enim circumstantias non personarum duntaxat, sed locorum am, atq; temporum.

DISPOSITIO SVCCINcta totius operis.

C. Cotta Academicus, orator (non ille qui in libris de Oratore inducitur) Pontifex Max. in lib. 20.

- Primo, C. Velleio Epicureas partes defendenti se opponit.
- Secundo, audit Q. Lucilium Balbum, Stoicum, ex Chrysippi & aliorum Stoicorum dogmate de natura deorum disserentem.
- Tertio, respondet Balbi Stoici orationi benè longæ.

VII. M. enim Piso.) Sub initium libri quinti de Finibus mentio fit disputationis, quã Antiochus cum Pisone (qui eo libro partes Peripateticorum defendit) habuit, præsentibus Cicerone & Attico.

Qui honesta à commodis.) Differunt, inquit, genere Stoici, quibus solum honestum bonum est, reliqua quæ Peripatetici bona dicunt, ipsi τοῦ προηγμένου genere comprehendunt. De quo in 3. de Finibus, ubi hanc quæstionem fusius discutit, istam opinionem non ad Antiochum, sed ad Carneadem usq; referens.

Et quasi gradibus.) In loco iam citato gradus illi bonorum à Stoicis tolluntur, nec eadem admittitur accessio, quæ fieri potest in Cræsi diuitijs, &c. δοκεῖ γὰρ πάντα (ut Laertius ex Hecatonis & Chrysippi doctrina indicat) τ' ἀγαθὰ ἴσα εἶναι.

Natura

De natura deorum.) Propositio. An naturæ uocabulum in Deo locum habere poßit, poterat iuxta ipsum titulum in quæstionem uocari. Certè si uocis proprietatem respicias, Deo tribui non facilè poterit, nisi Deum natum dicere uelimus. Natura siquidẽ, ut Latinis à nascendi uerbo, ita Græcis παρὰ τὸ φύω dicitur. Verùm Deus non modò non nascitur, sed nascendi legem rebus uniuersis, quæ originem aliquem acceperunt, dedit. quæ lex rectè natura dici

ra dici potest. Quare absurdum est, Deum naturæ dominum & autorem, naturæ subijci: quam alij errore non leuiore, Deum esse dixerunt: de quo apud Lactantium aliquando diximus. Vsurpat igitur naturæ uocabulum, sicut Augustinus quoque de fide, ad Petrum Diaconum, DEVS naturale Dei nomen esse affirmans. Sed de naturæ uocabulo frustrà hic disputatur, cum Cicero illorũ titulos, qui περὶ θεῶν scripserunt, de natura deorum soleat transferre: cuius exemplũ esse possunt cùm alij, tum Chrysippus, cuius inferius mentio fiet.

Adiutorem.) παρωνομασία. Ab eodem Philone nihil scire didicistis.) Alludit ad illud Socraticũ: Hoc scio, quod nescio. Ornat iocum elegans antithesis. Cæterùm de Philone suprà dictum est, opinor, satis.

Et quidem æquum.) Quod potißimum in iudice requiritur, præsertim arbitro. Vtinam hodie tales haberemus, qui nullius addicti iurarent in uerba partis, in controuersijs potißimum ecclesiasticis. Contestatus quidẽ est in præfatione, se Academicos (quæ sua fuit profeßio) sequuturum, ut inuidiam fortaßis uitaret: & præstitit sanè in hoc, quòd potißimas Cottæ partes dedit. sed ea solidiora facit, quæ Balbo de Prouidentia disserenti aßignauit. Sed audiamus de hoc Lactantium & Augustinum pronunciantes. Ille, de Falsa religione cap. 2. Sed & Marcus Tullius, inquit, quamuis Academicæ disciplinæ defensor esset, de Prouidentia gubernatrice rerum & multa sæpe disseruit, Stoicorum argumenta confirmans, & noua ipse afferens plurima: quod facit tum in omnibus philosophiæ libris, tum maximè in ijs qui sunt de natura deorũ. & cætera, quæ ibi sequuntur. Hic uerò, lib. Ciuit. Dei 5. cap. 9. Nam & confiteri (inquit) esse Deum, & negare præscium futurorum, apertißima insania est. quod & ipse Cicero cum uideret, etiam illud temperauit asserere,

quod scriptum est: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. sed non ex sua persona. Vidit enim, quàm esset inuidiosum & molestum: ideoq; Cottam fecit disputantem de hac re aduersum Stoicos, in libris de Deorum natura. & pro Lucilio, cui Stoicorum partes defendendas dedit, maluit ferre sententiam, quàm pro Cotta, qui nullam naturam diuinam esse contendit. Pronunciat autem Cicero in fine libri tertij pro Balbo, his uerbis: Hæc cum essent dicta, ita disceßimus, ut Velleio Cottæ disputatio uerior, mihi Balbi ad uerisimilitudinem uideretur esse propensior.

Vt modò ex deorum concilio.) Prouerbium Eras. refert θεῶν ἀγορὰ, in magnificè loquentes. Hesychius: Θεῶν ἀγορὰ, παροιμία ἐπὶ τῶν τολμώντων λέγειν, αὐτοὶ ὡς τοσοῦτον ὑπερέχουσιν, ὅσον οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων. καὶ τόπος ἀθύνησιν, ἀπὸ τῶν συναγερθῆναι προσαγορευόμενος.

Et Epicuri intermundijs.) μετακοσμίοις. hac enim uoce utitur ipse Epicurus in epistola Pythocli scripta: exponitq;, τὸ μετακόσμιον εἶναι διάστημα μεταξὺ κόσμων. De Finib. 2. Indiuidua quũ dicitis, & intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus. Nihil addo ijs, quæ Camerarius & Victorius hic annotarunt.

Opificem, ædificatoremq;.) δημιουργὸν. de quo apud Lactantium nobis abundè dictum est.

De Timæo.) Quod opus est περὶ τῆς φύσεως. Quod Cicero maiori ex parte in libro de Vniuersitate transtulit.

Anum fatidicam.) Risus, per prosopopœiam.

Πρόνοιαν.) ἀπὸ τοῦ πρὸ καὶ νοέω. Sunt qui Palladem τὴν ἀθηναῖν, πρόνοιαν dicant, διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ, τοῦ ἐν Δελφοῖς, ἑστᾶναι αὐτὴν. Sed nihil, opinor, ad uersum: nisi fortaßis quis ad προσωποποιίαν respicere uelit. Quin Plato ipse in opere iam paulo antè citato, fatetur mundum non modò diuina prouidentia factum fuisse, sed etiam animo et sensibus præditum. Verba sunt: οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα

εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον, ἔννουν τε, τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.

Rotundum.) σφαιροειδῆ, καὶ κυκλοτερῆ. Hæc siquidem forma omnium perfectißima. Plato ibidem. Hunc enim Epicureus his uerbis notat.

Volubilem Deum.) Plato mundum Deum facit, in eodem Timæo, quem Vergilius quoq; secutus est. Aliquando mundo Deum admiscuerunt, ut Verg.

Totumq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

De quo apud Lactantium à nobis dictum est, cùm alibi, tum lib. 7. cap. 3. Nisi secundum Stoicos hoc intelligere malis, qui Deum definiunt, πνεῦμα νοερὸν καὶ πυροειδὲς. Nam Democritus quoq; τὸν θεὸν, νοῦν πυροειδῆ facit, καὶ τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν. Plutarch.

Architecti.) Cõsule Lactantiana nostra, li. 2. cap. 9.

Illæ quinq; formæ.) Aristoteles sub finem secundi de Anima, sensum eos rectè definire censet, qui dicunt sensum id esse, quod sensibiles sine materia formas suscipere potest. καθόλου δὲ περὶ πάσης αἰσθήσεως δεῖ λαβεῖν, ὅτι ἡ μὲν αἴσθησίς ἐστι, τὸ δεκτικὸν τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν, ἄνευ τῆς ὕλης. Addit similitudinem, qua definitionem declarat. Nam, sicut cera, inquit, accipit annuli signum, sine uel ferri, uel auri materia. & in tertio eiusdem operis, eos rectè censere arbitratur, qui animam formarum locum esse dicunt: at non quamlibet, aut uniuersam, sed intelligentem, τὴν νοητικὴν.

Ex quibus reliquæ formantur.) Intelligo formas compositas (τὰ σύνθετα εἴδη) quarum sensus communis (ἡ κοινὴ αἴσθησις) censor & iudex, seu æstimator est. id quod Plutarchus ex Aristotelis doctrina refert. Notantur ergo hic ab homine Epicureo Aristotelici. quanquã ex Cicerone adparet, Platonem hic taxari.

Palmaris.) Vide prouerbium, Palmarium facinus.

Natum mundum.) Hoc est, originem accepisse: quod non Plato modò, sed etiam Pythagoras & Stoici consitentur. Plut. Cæterùm an natus sit mundus, disputat Aristot. de Cœlo lib. 1. cap. 10. de Nat. auscul. li. 8. cap. 2.

Sed etiam manu penè factum.) Hoc fortassis dicit propter ἐγχειρῆσαι uerbum, quo Plato in Timæo usus est, ubi de creatione mundi scribit: ὅτε δὴ ἐπεχείρει κοσμεῖσθαι τὸ πᾶν, πῦρ πρῶτον καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, &c.

Fore sempiternum.) ἀίδιον. Ratio Platonica est, ut ex Timæo in lib. de Vniuersitate Cic. transtulit: quod artifex Deus in exemplar & speciem æternitatis imitari uoluerit: ἐὰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὁδὶ ὁ κόσμος, ὅτε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀίδιον ἔβλεψεν, τὸ ἀίδιον παράδειγμα. id est, Exemplar mundi fabrefacti statuens. de quo nobis etiam apud Lactantium de Ira Dei cap. 11. dictum est. Cæterùm si τὸ ἀιδὲς definitionem desideras, ex Speusippicis apponam: ἀίδιον, inquit, τὸ κατὰ πάντα χρόνον τὸ πρότερον ὂν, καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον.

Primis labijs.) Vide prouerb. apud Eras. Physiologiam.) Seruat decorum Epicurei, nam ipse Epicurus scripsit περὶ φύσεως libros 37. Quare hanc sibi Epicurus & Epicurei arrogarunt, & id sæpe præter meritum, in rebus physicis delirantes uerius, quàm philosophantes. & ob id Socratica doctrina, quæ à Platone fuit exculta, quæq; in moralibus magis, quàm in naturalibus constitit, ab Epicuro ubiq; reprehenditur. Quin Epicurus ipse in epistola ad Herodotum τῶν φυσιολογίων describens, eam potissimum uersari dicit in explicatione causæ rerum maximè propriarũ. Verba si requiris, hæc sunt: καὶ τῶν μὲν ὅσῳ τ' ἂν μεγιστάτων αἰτίων ἀπειβῶσαι, φυσιολογίας ὄργον εἶναι λᾶ νομίζειν.

Naturæ rationem.) Eodem modo libro de Diuin. primo

primo interpretatur, de quodam Diuitiaco Heduo uerba faciens: Qui, inquit, & naturæ rationem, quam φυσιολογίαν Græci appellant, notam esse sibi profitebatur, &c.

Qui quicquam quod ortum sit.) Cum Epicurus diuersum sentiat, nempe mundum interituru esse, quippe qui genitus sit, ut animal, ut stirps. Plut. Ἐπίκ. & φθαρτὸν, ὅτι καὶ γεγονότον, ὡς ζῷον, ὡς φυτόν. Eodem loco, libro nempe 2. Placitorum, cap. 4. notandum, quòd in Græco exemplari, Platoni mundi interitus opinio impertinenter tribuitur, quæ à Budæo interprete Stoicis rectius assignatur. Quæ est enim.) ἔπεται γὰρ τῷ γεγομένῳ διάλυσις, ἀφθαρσίᾳ δὲ τῷ ἀγενήτῳ. Philo, qui etiam hunc senarium citat, τοῖσι γεγόμενον πατθανεῖν ἐφάλτῃ. Quanquam hæc non pro sua sententia confirmanda refert, sed philosophorum inter se pugnantium sententias colligit.

Pronœa uerò uestra est.) ὃ μὲν γὰρ φθαρησόμενόν γε προνοίᾳ καὶ σωσχὸν θεοῦ. Plut. Hanc etiam Philon platonizans, mundi basim facit.

Non enim si mundus nullus.) In latina Seculi uoce amphibologia est, quam hic remouet. Nam aliquando seculum est spacium uitæ humanæ longissimum, quod tempus γενεὰν uocari, Heraclitus autor est. & hæc quidem, quia tempus est, creata est, & initium accepit: nam etiam Philo Deum patrem mundi facit, mundum temporis. sed αἰῶνας, quos secula etiam uocant, & Cicero hic æternitatem nominat. Sed huius etiam Deus dominus est. Nam Philo Mosen citat, sic dicentem: κύριος & βασιλεύων τῶν αἰώνων, καὶ ἐπ' αἰῶνα, καὶ ἔτι. Describit autem Philo τὸν αἰῶνα his uerbis: ἐν αἰῶνι δὲ οὐδὲ παρελήλυθεν οὐδὲν, οὔτε μέλλει, ἀλλὰ μόνον ὑφέστηκεν. Hesiodus αἰῶνας XXX. finxit, τὰς χρεοῦς assessores, quos, nominibus eorum mutatis, Valentinus Christianismi desertor amplexus est: cui se Ireneus & Epiphanius opposuerunt, de quo nobis apud Lactantium

IX.

ctantium alicubi dictum est. Sed hæc παρόρτως fortaßis.

Laborem ne fugiebat?) Hæc & huiusmodi alia cauilla, confutat paßim Lactantius.

An hæc ut ferè dicitis.) Hoc enim Stoici dicunt, rectè cum orthodoxis sentientes.

X Qui uerò mundum.) Animantem, id est, ἔμψυχον: imò præterea etiam προνοίᾳ διοικούμενον, id est, prouidentia administrari. In qua sententia, inquit Plutarchus, cæteri omnes fuerunt, præter Democritum & Epicurum, & eorum asseclas, qui præterea etiã τὰ ἄτομα inducunt, καὶ τὸ κενὸν, id est inane: asseruntq; mundum non prouidentia, sed temeraria quadam natura (φύσει ἀλόγῳ) regi. Deinde excipit etiam Aristotelẽ, qui nec animantẽ prorsus, nec sentientem, nec rationis compotem, aut intellectus, (νοερὸν) nec prouidentia quidẽ administrari mundum credit. Neget ullam esse pulchriorem Plato.) Verba de hoc uel Platonis in Timæo, uel Ciceronis de Vniuersitate plura sunt, quàm ut hic locũ capiant. Laertius inter eius dogmata sic scribit: κόσμον τε εἶναι ἕνα γενητὸν, ἐπειδὴ καὶ αἰσθητός ἐστιν ὑπὸ θεοῦ κατεσκευασμένος. ἔμψυχον τε εἶναι, διὰ τὸ κρεῖττον εἶναι τοῦ ἀψύχου τὸ ἔμψυχον. τοῦτο τε ὑποκεῖσθαι δημιούργημα τοῦ βελτίστου αἰτίου. ἕνα τε αὐτὸν καὶ οὐκ ἄπειρον κατασκευάσθαι, ὅτι καὶ τὸ ὑπόδειγμα ἓν ἦν, ἀφ' οὗ αὐτὸν ἐδημιούργησε σφαιροειδῆ, διὰ τὸ καὶ τὸν γεννήσαντα τοιοῦτον ἔχειν σχῆμα. ἐκεῖνον μὲν γὰρ περιέχειν τὰ ἄλλα ζῶα, τοῦτον τε τὰ σχήματα πάντων. Quin Stoici quoq; mundum globosum dixerunt.

At mihi.) Non certo iudicio, sed dissentiendi studio. Fuerunt enim, uel Plutarcho teste, qui κωνοειδῆ καὶ ὠοειδῆ dicerent. Rotundo Deo.) Ridiculè de forma Dei disserit, decorum personæ seruans. neque enim ex sua sententia de figura Dei quicquam dicturus est, quod suprà professus est.

Terra

Terra enim profectò.) Argumenta hæc desumpta sunt ex partibus totius.

Thales enim Milesius.) Vtitur ad Stoicos confutandos autoritate Thaletis, cui ne ipse quidem subscribit.

Qui primus.) Lege de hoc quæ sunt apud Lactantium lib. 3. cap. 16.

Thales enim Milesius.) Essem hic uerbosior, nisi apud Lactantium de hoc dixissem, lib. 1. cap. 5. Hoc unum addemus, quod hoc ex Homero hausisse doctis uidetur, apud quem sic legitur:

ὠκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Quæ altius licebit repetere ex Plutar. cùm in uita Homeri, tum Placitorum lib. 1. cap. 3. unde quidam credunt, Pindarum τὸ ὕδωρ ἄριστον dixisse.

Anaximander.) Hic enim cœlestia sidera deos esse dixit, referente in Placitis Plutarcho, ἀναξίμανδρος τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεοὺς. quibus uerbis, licet paucioribus, clarè id exponitur, quod est apud Ciceronem non apertißimè dictum. Nisi Deum sempiternum.) Atqui sidera, quia initia habuerũt, ergo finem quoq; habitura sunt.

Anaximenes.) Hunc, aerem principium rerum posuisse, & Laert. & in Academicis Cicero testantur. sed ad præsentis loci sensum propius accedunt, quæ scribit de eo Plutarchus, qui spiritum & aerem idem esse, Anaximenis dogma fuisse refert. Adscribam Plutarchi uerba: ἀναξιμένης δὲ ὁ μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀέρα ἀπεφήνατο. ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν πάλιν ἀναλύεσθαι. οἷον ἡ ψυχή, φησιν, ἡ ἡμετέρα ἀὴρ οὖσα, συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅλον τὸν κόσμον πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει. λέγεται δὲ συνωνύμως ἀὴρ καὶ πνεῦμα, καὶ τὰ λοιπὰ. Eleganter iocatur Augustinus lib. Confeß. 10. Interrogaui, ait, auras flabiles, & inquit uniuersus aer cum incolis suis: Fallitur Anaximenes, nõ sum Deus tuus. Idem epist. 56.

Quia

Quia ille, scilicet Anaximenes, corporeum Deum esse dixerat: aer enim est corpus. Lactantius lib. 1. cap. 5. uariat nonnihil: Cleanthes, inquit, & Anaximenes æthera dicunt esse Deũ. cui opinioni poeta noster assensit Georg. 2.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
&c. reuise Lactantiana.

Anaxagoras.) Lact. Anaxagoras Deum esse dixit infinitam mentem, quæ per se ipsam moueatur. Meminit Cicero in 4. Acad. Huius uerba Plutarchus ista refert: ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε. Addit: χρήματα δὲ λέγων τὰ πράγματα. ἀποδεκτέως οὖν ἔστιν, ὅτι τῇ ὕλῃ τὸν τεχνίτην προσέρευξεν. Refert Laertius eadem, uerbis nonnihil immutatis, πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε, παρὸ καὶ νοῦς ἐπεκλήθη. Adducit deinde Timonis de eodem uersiculos, quos breuitatis studio prætereo. Meminit eiusdem Plato in Cratylo. Notatur à Socrate in Hippia maiore. Augustinus ad Dioscurum scribens, scitè argumentatur, si Anaxagoræ liceat mentem ueritatem atq; sapientiam dicere, cur sibi cum hominibus contendendum sit de uerbo?

Alcmæon.) Pythagoræ hic auditor fuit, Pittaci Mitylenæi σύγχρονος, Olymp. 42. autor Cyrillus lib. 1. contra Iulian. Vitã apud Acheloum in lutoso loco duxit, ut tumultus publicos uitaret, ut Plutar, de eo in lib. de Exilio commemorat. plurimum, ut Laertius testatur, in medicina uersatus fuit. De hoc dogmate Laert. ex Phauorini Miscellaneis refert, τὴν σελήνην καθόλου ταύτην ἔχειν ἀΐδιον φύσιν. Rursus Laert. ἔφη δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, καὶ κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχῶς, ὡς τὸν ἥλιον.

Pythagoras.) Lactantius hæc tantum non ad uerbum repetit. Pythagoras, inquit, ita definiuit, quid esset Deus: Animus, qui per uniuersas mundi parteis, omnemq; naturam commeans, atq; diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur,

scuntur, animalia uitam capiunt. Apud alios scriptores plerosq; ἡ μονὰς Pythagoræ Deus est.

Xenophanes.) Qui plura de hoc legere uolet, petat Laertium & Suidam. Plurima et notatu digna de eo collegit Gyraldus in Historia poetica, dialogo tertio. Nos ea tantum captamus, quæ ad præsens negotium spectant. In hoc dogmate magna scriptorũ uarietas est. Hi uersus apud Euseb. de Præparatione euangelica lib. 13. leguntur:

εἷς θεὸς, ἔντε θεοῖσι καὶ ἀνθρωποῖσι μέγιστος
ἔν τι δέμας, θνητοῖσιν ὅμοιος τ' οὔδε νόημα.

Hos Latinè, Gyraldo interprete, sic lege:

Inq; deos, Deus, inq; homines est maximus unus,
Non intellectu similis, nec corpore nobis.

Laertius: οὐσίαν θεοῦ σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ, ὅλον δὲ ὁρᾶν, καὶ ὅλον ἀκούειν, μὴ μέν τοι ἀναπνεῖν, σύμπαντά τε εἶναι νοῦν, καὶ φρόνησιν, καὶ ἀΐδιον. Non dissona sunt apud Ciceronem in Lucullo. Quod Cicero infinitatem dicit, Græci ἄπειρον uocant, uelut est apud Ciceronẽ de Finibus primo, ἀπειρίαν, quod non ab hoc magis, quàm ab alijs plerisq; asseritur. Hanc pluribus tribuunt, ut Anaximandro, Democrito, Melisso, Leucippo. cuius rei testes ipsum Ciceronem, Plutarchum, Laertium, & ex Ecclesiasticis etiam Epiphanium allegare possemus, si quis nobis negotium facere uellet. Dicitur autem τὸ ἄπειρον, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν, μήτε πέρας ἔχειν. Apud Aristotelem in Xenophanis placitis sic legimus: ἀΐδιον δὲ ὄν, ἄπειρον εἶναι, ὅτι οὐκ ἔχει ἀρχὴν, ὅθεν ἐγένετο, οὐδὲ τελευτὴν, εἰς ὃ γινόμενον. &c. Contra infinitatem istam disputat idem Aristot. cùm alibi, tum in primo de Cœlo. Cæterùm quòd prima rerum principia terram & aquam dixit, Homerum secutus Plutarcho creditur, et ad hunc potißimũ uersum respexisse, ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντου ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Parmenides.) De Parmenide, præter Laertium et Suidam,

Suidam, plurima notatu dignissima collegit Gyraldus Dialog.3. de Historia poetarum. Plut. libro de Placitis 2. cap. 7. παρμενίδης φησὶν εἶναι περιπεπλιγμένας ἐπαλλήλους, τὴν μὲν ἐκ τοῦ ἀραιοῦ, τὴν δὲ ἐκ τοῦ πυκνοῦ, μικτὰς δὲ ἀλλήλαις ἐκ φωτὸς καὶ σκότους, μεταξὺ τούτων, καὶ τὸ περιέχον δὲ πάσας τείχους δίκην σφαῖραν ὑπάρχειν. Quæ uerba Budæus sic transtulit: Parmenides tanquam coronas inter se complexas, ex denso raroq;, deinceps alterantes, inuicemq; ex lumine & caligine intersitis mixtas: eorum uerò supremum ambitũ muri instar solidum. Nec dissimile illud est, quod Aristot. de Zenonis placitis refert: Parmenidem ens unũ asserere, idq; simile esse sphæræ pulchræ rotundæ, amplitudine sibi in medio undiq; æquali. Verba subiyciam,

ὡς καὶ ὁ παρμενίδης λέγει, ἓν οὖν εἶναι αὐτὸν,
πάντοθεν σύνισλας σφαίρας ἐναλίγκιον, ὄγκῳ
Μίσοθεν ἰσοπαλές.

Numeri relucentes arguunt Parmenidis uerba esse. Ad hunc locum Ciceronis lege Cælium Rhod. in Antiquis lectionibus lib. 1. cap. 14. & lib. 21. cap. 24.

Empedocles.) Plurimi scriptores de Empedocle referunt, quòd quatuor elementa rerum omnium principia fecerit. Lactan. lib. 2. cap. 13. credit, quòd hoc dogma ab Hermete Trismegisto hauserit. Versus, quib. elementa numina fecit, citãtur à Plutarcho et Laertio. Sunt aũt hi:

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε,
Ζεὺς ἀὶθὴρ, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀΐδωνεύς,
Νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρουνώματα βρότειον.

Quos Budæus sic uertit,

Quattuor in primis cunctarum semina rerum,
Iuppiter æthereus, Pluto inferus, almaq; Iuno,
Nestis, quæ lachrymis hominum riuos alit hudis:

Hos uersus Plutarchus sic exponit: δία μὲν γὰρ λέγει, τὴν μὲν φύσιν, καὶ τὸν ἀέρα. Ἥρην τε φερέσβιον, τὸν ἀέρα, τὴν δὲ γῆν, τὸν

τὸν ἀϊδωνέα, νῆστιν δὲ, καὶ κρουνώματα βρότειον, οἱονεὶ τὸ σωτήριον καὶ τὸ ὕδωρ. Variant hæc nonnihil apud Laertium, de quo in Lactantium uerbosius.

Protagoras.) De hoc sub initium facta est mentio, & in Lactantianis lib. 1. cap. 2. Item de Ira Dei, cap. 9. Dicetur & aliquanto inferius.

Democritus qui tum imagines.) Quas Cicero, siue Velleius imagines dicit, apud Laertium εἴδωλα uocantur. (nam sic ipse Cicero quoq; de Finibus 1. exponit) Democritus ipse ad Hippocratem ἰνδάλματα nominat: & imaginũ fusiones εἰδώλων ἐκπλώσεις Laertius uocat, quas Cicero alibi incursiones uidetur appellare. Circuitus uero, δίνη, quam interpres uertiginem transtulit, quam eandem αὐάγκλω Democritus dicere solitus est: quam alibi turbulentam (τῶν ἀτόμων opinor) concursionem appellat, quæ Epicuro, etiam Aristotele teste, improbatur, ut qui sequutus quidem eum, plurima tamen illius errata emendasse sibi uidetur. Apud Aristotelem περὶ τῆς γενέσεως, & apud Plutarchum σχήματα dicuntur, quæ hic εἴδωλα appellantur. Cæterùm Democriti de Generatione apud Aristot. sententiam, hac hypotypωσει exprimam.

ἐκ τῶν σχημάτων, τῶν ἀπείρων ἀπ
μόνεισος κὴ λοξότητος ποιοῦσι
γένεσιν — τῇ — συγκρίσει
φθορὰν — τῇ — διακρίσει
τάξει
ἀλλοίωσιν, τῇ — θίσει.

Scientiam intelligentiamq;.) Hæc περιφραστικῶς de mente intelligo. Nam Democritus Deum dixit, mentem ignitam, mundi animam, νοῦν ἐμπυρσισθῆναι, τὸν τοῦ κόσμου ψυχὸν, ut est apud Plutarchum.

Quid aer? quo Diogenes.) Secutus nimirum Anaximenem magistrum suum, de quo suprà dictum est. De hoc Augustinus lib. de Ciuitate Dei 8. cap. 2. sic scribit: Diogenes quoq; Anaximenis alter auditor, aerem quidem dixit

dem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent: sed eum esse compotem diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset. Ab Orpheo hæc sententia manauit, cuius uersum Lactan. lib. 1. cap. 5. citat:

πρωτόγονον φάεσσιν πρωτιμήσαι ὄφρα γένος.

Laertius, στοιχεῖον εἶναι τὸν ἀέρα. Animaduertimus igitur multis iam exemplis, dogmata philosophorum de primis rerum principijs, Velleium hic Epicureum ad Deorum naturam referre: sequutum forte Mythologos, qui ad res naturales Deos suos transferunt, ut qui Iouem ἀήρα, Iunonem ἀέρα, &c. nominare solent.

Platonis inconstantia.) Callidum hoc est. nam quomodo cum alijs conueniet, aut communi sensui subscribet, qui secum ipse dissidet? Notatur eius inconstantia etiam ab Eusebio lib. 13. cap. 8. de Præparatione euāgelica. Verba Platonis in Timæo hæc sunt: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδιώατον λέγειν. Cicero hæc in libro de Vniuersitate sic transtulit: Atq; illum quidem quasi parentem huius uniuersitatis inuenire difficile, & cum tam inueneris, indicare in uulgus nefas. De hoc diximus apud Lactan. lib. 1. cap. 8. De Ira Dei, cap. 11.

In legum autem libris.) Libro nimirum 7. Verba sunt Athenienſis hoſpitis: τὸν μέγιστον θεὸν, καὶ ὅλον τὸν κόσμον, φαμὲν οὔτε ζητεῖν δεῖν, οὔτε πολυπραγμονεῖν τὰ αἰτίας ὁρουντας. ἐν γὰ τοῦτ' ὅσιον εἶναι, τὸ δὲ ἐοικὸς παντὶ τούτῳ τοὐναντίον γιγνόμενον, ὀρθῶς ἂν γίγνεσθαι. Meminit Lact. lib. de Ira Dei, cap. 11.

ἀσώματον.) Ex Trismegisti doctrina hoc dogma, sicut pleraq; hausit. Est autem Platoni θεὸς ἀσώματος καὶ ἄῤῥητος καὶ αὐωνύματος: id est, Apuleio interprete, incorporeus, indicibilis, & innominabilis. Apud Laertium sic est, δοκεῖ δὲ αὐτῷ τὸν θεὸν, ὡς καὶ τὴν ψυχὴν (materiam

perperam apud interpretem legitur) ἀσώματον εἶναι. Icaromenippus Lucianicus hoc dogma Platonicum irridet his uerbis: ἔτι δὲ οἱ μὲν ἀσώματόν τι καὶ ἄμορφον ἡγοῦνται εἶναι τὸ θεῖον, οἱ δ' ὡς περὶ σώματος αὐτὸ διῳκοῦντο. Consonat hoc cum sacra scriptura, quæ dicit Deum spiritum esse, sicut plurimi philosophorū cum Platone sentientes, νοεῖν.

Timæo.) Quem (si quibusdam Græcorū credimus) ex Philolao sumpsisse putatur.

Et mundum Deum.) Plato in Timæo, de mundo & cœlo uerba faciens, inter cætera sic scribit: ἐπεὶ δ' πλὴν πορίσασθαι τοῦτῳ, λαβεῖν δεῖν πόθεν δίον, ἀσκεπὲς καὶ ἄπουν αὖ τὸ ἐγένετο, οὕτως δὴ πᾶς ὄντος ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ, περὶ τόν ποτε ὀφθόμενον θεὸν λογισθεὶς. Cicero: Ad hanc igitur conuersionem, quæ pedibus & manibus non egeret, ingrediendi membra non dedit Deus is qui erat, de aliquando Deo futuro cogitans. & paulo post: διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο. Cic. Sic Deus ille æternus hunc perfectè beatum Deum procreauit. Et in fine illius operis: καὶ δὴ καὶ τέλος περὶ παντὸς νῦν ἤδη τὸν λόγον φῶμεν ἡμῖν ἔχειν. θνητὰ γὰ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν, καὶ ξυμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος, οὕτω ζῶον ὁρατὸν, τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ, θεὸς αἰσθητὸς, μέγιστος καὶ ἄριστος, κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος, εἷς οὐρανὸς ὅδε, μονογενὴς ὤν. Quo loco (ut hoc obiter moneamus) Marsilius τοῦ νοητοῦ αἰσθητὸς legisse uidetur. desideratur enim in ipsius translatione Dei nomen: uel legit, νοητοῦ θεοῦ. Et rursus in Epinomide (quam cum libris de Legibus numeramus) existimat Deum colendum, sub hospitis Athenienſis nomine censet. Videbimus etiam illius uerba, ὃν δὲ θεὸν ἡγοῦμαι, φράζειν χρὴ, καίπερ ἄτοπον ὄντα. ἦ πῶς ἂν ἄτοπον εἴη; πῶς γὰ ἀγαθῶν αἴτιον ὑμῖν ξυμπάντων, οὐ καὶ πολὺ μᾶλλον ἄριστον φρονήσεως, αἴτιον ἡγᾶσθαι δεῖ γιγνόμενα; τίνα δὲ καὶ διϊσχυρίζομαι ποτὲ λέγων θεὸν ὃν μέγιστόν τε καὶ κλεινὸν, σχολὴν

οὐρανὸν; ὃν καὶ δικαιότατον, ὡς ξύμπαντες ἄλλοι δαίμονες ἅμα καὶ θεοί, τιμᾶν τε καὶ εὔχεσθαι διαφερόντως αὐτῷ. τὸ δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἴτιον ἀγαθῶν πάντων ἡμῖν αὐτὸν γεγονέναι, πάντες ἀνομολογοῖμεν. Coniunctũ cum hoc errore figmentum illud est poeticum, quo cœlum ætheris filius Saturni pater fingitur, contra quod Lact. lib. 1. cap. 5. disputauit.

Et astra.) Sicut ipsum δημιοῦργον, ἀΐδιον θεὸν appellauit, mundum ipsius conditoris opus θεὸν αἰσθητὸν: ita sydera, ζῶα θεῖα, id est, animãtia diuina in Timæo nominat. in Epinomide uerò θεοὺς ὁρατοὺς, μεγίστους καὶ τιμιωτάτους dicit. & paulo antè, omnino diuina contendit esse. & in 7. de Ll. solem et lunam deos magnos nominat. Nam aut omnino deos esse censendos, aut saltem deorum esse imagines, & quasi statuas. Verba Platonis sunt: ἢ γὰρ θεοὺς αὐτοὺς ταῦτα ὑμνητέον ὀρθότατα, ἢ θεῶν εἰκώνας ὡς ἀγάλματα ὑπολαβεῖν γεγονέναι, θεῶν αὐτῶν ἐργασαμένων. Sed hæc illo loco de planetis potißimum dicuntur. Poetæ uerò uniuersa propemodum φαινόμενα diuinitate donarunt.

Et terram.) Non quidem scio, an terra uspiam expreßè dea nominetur à Platone. Cicero quidẽ ex Timæo Platonico, in libro de Vniuersitate, custodem antiquißimam deorum terram nominat. sed apud Platonem hodie legitur, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων, ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ, γεγονέναι. Hæc ideo moneo, ne lector locum oscitanter transiliat. In 12. de Legibus sic legitur: γῆ μὲν οὖν, ἑστία τε οἰκήσεως, ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν. Si habitatio deorum, ergo non dea. Sed eodem modo neque cœlum inter numina numerandum erat, quod multo rectius deorum habitatio dicitur. Sic enim ipse Cicero hunc Platonis locum in 2. de Legibus & interpretatur, & exponit: Agri, inquit, ne consecrentur, Platoni prorsus assentior, qui (si modò interpretari potuero) his ferè uerbis utitur: Terra igitur, ut focus, domicilium sacrum deorum omnium est. Sed eadem chorda

dem chorda erratur undiq;. Antiquum gentilibus poetis est, et Tellurem & Vestam inter diuos celebrari. nec minus ineptijt Chrysippus, qui terram Cererem dixit.

Et animos.) In decimo de Legibus his uerbis animam mentis participem Deum facit: καὶ πᾶσιν οἷς ψυχὴ χρωμένη νοῦν μὲν προσλαμβάνουσα ἀεὶ θεὸν, θεὸς οὖσα, ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα. Contrarium statuit in amentia. Videtur etiam hoc loco Marsilius aliam sequutus lectionem. sed illam curam ocioso alicui philologo relinquemus. In sequentibus porrò, Atheniensis hospes similia quædam argumenta profert, quæ nos breuitatis studio intermittimus: atq; rursus in 12. θειότατον dicit. Sunt in hanc sententiam quædam in Alcibiade priore, in Axiocho, quem alij ad Xenocratem autorem referunt. Nam ipse, teste Laertio, de morte scripsit: atq; rursus apud Timæum, cuius opusculum de Anima, Mundo, & Natura, doricè extat.

Et quos maiorum institutis.) Veluti Deum patrium, de Repub. lib. 4. Sunt præterea Platonis de Deo aliæ opiniones, quas Theophilus lib. 2. ad Autolycum retundit. Nec Bessarion Platonem ab omnium insectatione tuebitur, qui tot ex Maiorum gentium theologis sibi aduersos habet.

Xenophon.) Dei formam quærendam non esse, disputat cum Euthydemo in 4. τῶν ἀπομνημονευμάτων. Socratis uerba sunt: καὶ σὺ γνώσῃ ἂν μὴ ἀναμένης, ἕως ἂν τὰς μορφὰς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ' ἐξαρκεῖ σοι τὰ ἔργα αὐτῶν, ὁρῶντι σέβεσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς θεούς. De hoc plura diximus apud Lactantium lib. de Ira Dei, cap. 11.

Et solem.) Facit quidem ibi Xenophon solis mentionem, quod ne ipse quidem, sicut dij, conspiciendum se mortalibus præbeat: non tamen Deum propterea nominat, sicut paulo pòst animum, cui diuinam naturam tribuit,

ſic dicens: ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνθρώπου γε ψυχὴ, εἴ τέ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀνθρωπίνων τοῦ θείου μετέχει, ὅτι μὲν βασιλεύει ἐν ἡμῖν, φανερὸν. ὁρᾶται δὲ οὐδ' αὐτὴ. Non diſſimile teſtimonium illius eſt lib. 8. τῆς παιδείας, ubi ab inſomnijs quandam animi diuinitatem oſtendit: ἐννοήσατε δὲ, ἔφη, ὅτι ἐγγύτερον τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ ὑπνέν ἐστιν ὕπνου. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τί τε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται, καὶ τότε τί τῶν μελλόντων προορᾷ. τότε γὰρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται. De hoc in Senectute Ciceronis. Sed meminerimus, quod Plato in Sophiſta τοῦ θεοῦ nomen hominibus, nõ dijs cõuenire monet. Redeamus ad ſolẽ. Nõ memini, quod Xenophon uſpiã ſoli diuinitatẽ ex ſuo dogmate tribuat. Lib. quidẽ 8. τῆς παιδείας, Cyrũ facit nõ ſoli modò, ſed etiã terræ ſacrificantẽ. et lib. 4. Expeditionis, memorat apud Barbaros moris fuiſſe, ſoli equũ ſacrificare. Et modò unum.) Conſtat Socratẽ unum æternũ Deum credidiſſe. Sed Xenophõ ferè deos plures, more Gentilium, proferre lingua ſolitus fuit, ſeruans communem loquendi modum: niſi quando uel de Socratis dæmonio uerba facit, aut Socratis dogma defendit, ut in Apologia (ſufficiat unum adducere exemplum) ἡ δὲ πυθοῖ ἐν τῷ τρίποδι ἱέρεια οὐ καὶ αὐτῇ φωνῇ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ διαγγέλλει; ἀλλὰ μέν τοι καὶ τὸ προειδέναι γε τὸν θεὸν τὸ μέλλον, καὶ τὸ προσημαίνειν ᾧ βούλητο. καὶ τοῦτο ὥσπερ ἐγώ φημι, οὕτω πάντου καὶ λέγουσιν, καὶ νομίζουσιν. &c.

Antiſthenes.) Repetantur hæc à Lactan. lib. 1. cap. 5. Citatur hic phyſicus. ſuſpecta eſt mihi hæc lectio. Nam apud Laertium in catalogo ſcriptorum ipſius, nullus φυσικὸς inuenitur, ſed φυσιογνωμονικὸς: quanquam περὶ τῆς φύσεως, duo ab eodem libri ſcripti ſunt, quos Cicero de Natura citaturus erat. Ego itaq; omnino φυσιογνωμονικὸς hic legendum cenſeo.

Speuſippus.) Huius loci ueſtigia nulla dum ſcrutatatus ſum: præbet mihi tamen occaſionem controuertendi. Sunt

di. Sunt qui credunt definitiones, quæ inter opera Platonica feruntur, Speuſippi eſſe: ducti fortaſſis coniectura, quod apud Laertium inter Speuſippi lucubrationes etiam ὅροι numerantur. Sed definitio illa, quæ inter illas Deus deſcribit, utrum cum hoc Ciceronis loco conueniat, docti uiderint. Eam, ut conferatur, adferemus. θεὸς, ζῶον ἀθάνατον, αὐταρκὲς πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐσία ἀΐδιος, τῆς τἀγαθοῦ φύσεως αἰτία. Laertius Speuſippi patrẽ, Eurymedontem facit: matrem, Platonis ſororem Potonen. Platonis genealogiam altius petitam, reperies apud eundem Laertium.

Ariſtoteles quoq; in 3. de philoſophia.) Totidem ſiquidem, teſte Laertio, περὶ τῆς φιλοσοφίας ſcripſit: ſed hodie numerantur inter eos, qui temporis iniuria interciderunt. Ad hunc locum reſpexiſſe arbitror Lactantium lib. 1. cap. 5. ubi & ipſe Ariſtotelem ſecum diſſidentem reprehendit: quod propterea moneo, quòd tum, cum illa tractarem, hic locus me fugerat. Marſus mirabiliter hic nugatur.

Xenocrates.) Scripſit enim περὶ θεῶν libros duos. Vt facilè uidere ſit, quid Cicero in inſcriptione huius operis ſequutus ſit. Nam quod Græcis eſt ſimpliciter περὶ θεῶν, (ut legitur apud Laertium) ipſe de Natura deorum tranſtulit. In 4. Academ. quæſt. citantur eiuſdem plurimi de ratione dicendi, τῆς περὶ τὸ διαλέγεσθαι πραγματείας.

Ponticus Heraclides.) Speuſippi auditor fuit. Inter opera ipſius quæ hodie extant, ſunt Allegoriæ Homericæ, quas arbitror λύσεων ὁμηρικῶν à Laertio inſcribi. Eas hodie beneficio Conradi Geſſneri, medici Tigurini, uiri doctiſſimi, & bonarum literarum aſſertoris fortiſſimi, amici noſtri integerrimi, latinè legimus. Ex quibus autorem, ceu ex unguibus leonem, æſtimare licet. Plurima etiam in illis ſunt, quæ Velleius hic in illo notat. Quædam de illo paſſim apud Ciceronem occurrunt, potiſſimum ta

men sub initium 5. Tuscul. quæst. Eodemq; libro.) Quo? Ergo in antecedentibus desideratur aliquid, nempe libri citati nomen.

Theophrasti.) Nam inter cætera ipsius opera plurima, quæ perierunt, fuerunt ἐγκώμια θεῶν, item περὶ ἑορτῶν, item τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας, item περὶ θεῶν: in quibus ista fortè continebantur.

Strato, is qui physicus.) Is quum maximè necessariam partem philosophiæ, quæ posita est in uirtute & in moribus, reliquisset, totumq; se ad inuestigationem naturæ contulisset, in ea ipsa plurimum discedit à suis. Hæc Acad. quæst. 1. Rursus lib. 5. de Finibus: Primum Theophrasti Strato physicum se noluit, in quo etsi est magnus, tamen noua pleraq; & perpauca de moribus. &c. Laert. ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ φυσικὸς ἐπικληθεὶς, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην παρ' ὁντινοῦν ἐπιμελέστατα διατεφιφέναι. Suidas, ἐπεκλήθη φυσικὸς, διὰ τὸ παρ' ὁντινοῦν ἐπιμεληθῆναι τῆς φυσικῆς θεωρίας. Inter monumenta ipsius referuntur libri 3. περὶ θεῶν. De dogmate isto Cicero in 4. Acad. Ecce tibi è transuerso Lampsacenus Strato, qui det isti Deo immunitatem magni quidem muneris. Sed quum sacerdotes deorum uacationem habeant, quanto est æquius habere ipsos deos? Negat opera se uti ad fabricandum mundum. Quæcunq; sint, docet omnia effecta esse natura.

Zeno autem, ut iam ad uestros Balbe.) Ad uestros, hoc est Stoicos, qui hoc nomen à porticu habent, ubi princeps illorum docebat, ab ipsoq; alio nomine Zenonij appellati, teste Laertio.

Naturalem legem.) Laert. citat Zenonem περὶ ἀνθρώπου φύσεως, de finibus bonorum disserentem. adscribam uerba: τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν. ἄγει γὰρ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἡ φύσις. Quòd autem ista natura quippiã diuinitatis habeat, cùm ex ipsius

ex ipsius Zenonis, tum ex aliorum Stoicorum rationibus intelligitur. Nam si naturæ nostræ partes uniuersitatis sunt, (id enim ex Chrysippo Laertius docet) diuinitatem autem uniuersitati tribuunt, rectè, nisi fallor, erit eadem uniuersitatis atq; naturæ humanæ lex, quam κοινὸν νόμον appellat. Atq; rursus: Si eadem lex in Ioue est naturæ duce, quæ in animis nostris est diffusa, quid aliud relinquitur, quàm ut illa lex, quæ etiam æterna nominatur, diuina censenda sit? hæc nõ propterea ex illo Laertij loco adduxi, tanquam illa ipsa, quæ hic à Velleio referuntur, uerba sint. Memoratur Zenonis περὶ νόμων liber, in isto scripta fuisse arbitror: nihil enim hic nobis licet, nisi diuinare. Hoc autem planè credo, quicquid apud Ciceronem in primo de Legibus, de lege æterna disputatur, ex hac Stoicorum doctrina fluxisse: in qua unus hic error est, (sed communis omnium sacram scripturam non intelligentium) quòd credunt, omnibus quibus insit ratio, ijs rectam etiam inesse rationem. Nam recta ratio nulli inest, nisi natalibus diuino numine sit restitutus, quam theologi παλιγγενεσίαν uocant.

Prohibentemq; contraria.) ὁ γὰρ νόμος ὁ κοινὸς ἀπαγορεύει ἐνεργοῦντας τὰ μὴ δέοντα. De his fortaßis scripsit in opere, quod inscribitur περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου.

Aethera.) Hoc Stoicorum dogma sic apud Plutarchum legitur, θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι. & apud Laert. τὸ καθαρώτερον τοῦ αἰθέρος πρῶτον θεὸν λέγουσι.

Deum autem animantem.) Atqui Vellei, ipsi quoq; dicũt τὸν ὅλον κόσμον ζῶον ὄντα, καὶ ἔμψυχον, καὶ λογικόν.

Rationem quandam per omniũ naturam.) Apud Plutar. πνεῦμα διῆκον δι' ὅλου κόσμου. Quare pertingentem, aut permanantem apud Cic. legere malim, uidetur enim omnino huc respexisse. Apud Epiphanium: καὶ

σωικοὶ μὴ φρονοῦσι περὶ θεότητος· τοῦτο, φάσκοντες εἶναι νοῦν τὸ θεὸν, πᾶσιν τοῦ ὁρωμένου κόσμου, ἐφαπτοῦ τε οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἐν σώματι ψυχή. Quod Posidonio Laertius assignat. **Idem astris.**) Epiphan. μορίζουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς ἀσίας, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα, εἰς ψυχὴν καὶ ἄερα καὶ τὰ ἄλλα.

Annis & mensibus.) Lege Lactantiana lib. 2. cap. 5. Quoniam horum scriptorum messis non suppetit, contentos nos esse oportet spicilegijs. & quibus integris nauibus pelagus transmittere non conceditur, tabulis contenti sint oportet, & fragmentis, in tanto præsertim bonorum librorum naufragio.

Hesiodi theog.) Huius commentarij apud Laert. nulla fit mentio, nisi fortè de his in Homericis problematibus, aut in Poetica auscultatione aliquid scripserit. Scripsit autem Zeno non modò in Theogoniam Hesiodi, sed etiam in utrumq; opus Homeri. in quibus commentarijs nihil aliud indicat (ut Dion Chrysost. in oratione de Homero testatur) quàm in quibus rebus Homerus ueritatē, quibus opinionem sit secutus. Zeno tamen non usq; adeò grauiter peccauit, ut Valentiniani hæretici, qui (ut est apud Irenæum & Epiphanium) longè absurdioribus nominibus eandem contaminarunt theogoniam. Excusari siquidem potest, quòd Tzetzes (non quidem in theogonia, sed περὶ ὁρῶν) triplicem hutusmodi nominum interpretationem admittit. primam, quæ fit πραγματικῶς: tum enim significat ὁ Ζεὺς, regem. alteram ψυχικῶς, τὸν νοῦν, qui etiam γνώσεις, nempe musas gignit. tertiam στοιχειακῶς, πᾶν τὸ ἐφάνιον σῶμα, & partes eius: ut aerem, & nebulas, quam interpretationem secutus est Zenon.

Cuius discipuli.) Aristonem Chium Zenonis discipulum fuisse, notum etiam ex Laertio est. Quos Velleius errores uocat, catholica doctrina est. Sacræ siquidem literæ

teræ illos detestantur, qui Deo formam tribuunt. Deum siquidem nemo uidit unquam. Quid quòd Plin. etiam imbecillitatis humanæ retur esse, Dei formam uel effigiem quærere. Deinde neq; Deo sensum aliter, quàm per ἀνθρωποπάθειαν assignare possumus. Cæterùm quòd dubitat, utrum Deus animans sit, non fortè cum ueritate orthodoxa prorsus sentit, quæ deum spiritum dicit.

Cleanthes, qui Zenonem audiuit.) Atque illi etiam successit.

Tum ipsum mundum.) Plutarchus Stoicis hoc dogma in uniuersum assignat, θεὸν ὃ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὴν γῆν, τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι. Lactan. lib. 1. cap. 5. Cleanthi & Anaximeni hanc sententiam iuxtà uendicat. & in ea opinione fuisse etiam poetam nostrum Georg. 2. ibi: Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther, &c. ibi namq; Iupiter pro æthere accipitur, etiam Seruij calculo. apud Epiphan. legitur τὸν κόσμον, μύστας dixisse.

Tribuit hoc nomen.) Perplexa hæc planè sunt. Apud Epiphanium legitur hoc modo: καὶ ἀνθρωπεμπλέκει μόνον τὴν ψυχήν. Vnde sic expeditius legi posse arbitror: Tum totius naturæ humanæ, menti atq; animo tribuit hominis nomen. quod etiam Platonicum est. Ex hoc dogmate manat etiã illud Cleanthis apophthegma, quod à Ioanne Stobæo refertur, ἐφη γὰρ τοὺς ἀπαιδεύτους μόνον τῇ μορφῇ τῶν θηρίων διαφέρειν.

Contra uoluptatem.) Hoc titulo nullus Cleanthis est apud Laert. liber, sed περὶ τῆς ἡδονῆς unus scribitur. undè illam sententiam esse arbitror, quæ apud Epiph. refertur, nempe τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν τὰς ἡδονὰς εἶναι. Nam honorificè de uoluptate sentit, Platonem fortè secutus, qui in Gorgia uoluptates bonas quasdam, quasdam uerò malas dicit. Et Lactant. noster de bonis uoluptatibus lib. ult.

præclarè scribit. In eodem, opinor, Cleanthis libro extitit uoluptatis typus, qui refertur apud Ciceronem in 2. de Finib. ubi pingitur tanquam Regina in solio sedens, cui præstò sunt uirtutes ancillæ. Quem nobis eleganti carmine oculis exhibuit Gallus Cratander, iuuenis frugi, & laborum nostrorum leuamen.

AD INGENVVM ADOLESCENtem Raphaelem Saylerum, Gallus Cratander.

Duplex doctorum fertur sermone uoluptas,
Theseio Raphael iuncte fauore mihi.
Vna quidem, rebus solum quæ gaudet honestis,
Nec nisi uirtuti conuenientia amat.
Altera, quæ uitijs escas alimentaq́; præbet,
Factaq́; nil prorsus turpia præter amat.
Hanc, ueluti comites, dextra à, læuaq́; sequuntur,
Cæcus fictilium cultus honorq́; Deûm.
Ocia, adulterij crimen, cædesq́; malignæ,
Inuidia, auri nec non sceleratus amor.
Pandora ipsa etiam, regali splendida ueste,
Vasa ferens manibus, mille referta malis.
Hæc sed quæ sola gaudet uirtute uoluptas,
Cui curæ est unquam præter honesta nihil:
Instar Reginæ uerecundo prædita cultu,
Cultu personæ conueniente suæ:
In solio paribus gemmis auroq́; nitenti
Celsa sedet, manibus regia sceptra ferens.
Quam circum uirtus fuluo preciosior auro,
Et constans uera cum pietate fides.
Quæq́; suum reddit cunctis, mortale tuetur,
Iusticia, ac firmo iungit amore genus.
Præteritiq́; memor prudentia, quæq́; geruntur,
Et quæ sint uigili mente futura uidens.

Stat

Stat quoq; res fragiles animi excellentia spernens,
Tristiaq́; inuicta tempora mente ferens.
Nec non insigni uelata modestia ueste,
Omnes quid deceat dedeceatq́; docens:
Affectusq́; prauos certis compescere habenis,
Omnibus & iustum nos adhibere modum.
His cum circunstant uerum, moresq́; pudici,
Plurimus & cani cultus honorq́; uiri.
Relligio, ac duris uincens patientia rebus,
Et quæ non ullus pectora fastus agit.
Pœna grauis reproborum, accepti gratia facti,
Præstò uirtutum est unanimisq́; cohors.
Quarum opus est unum, mandata capessere magnæ
Reginæ, ac tali sæpe monere modo.
Nos equidem quæ te colimus Regina, creauit
Hac immortalis conditione Deus,
Vt tibi commißi te commoneamus honoris,
Et præstò simus tempus in omne tibi.
Ergo cum te dij regali in sede locârint,
Et dederint manibus sceptra gerenda tuis,
Fac uites hominum poßint quæ lædere mentes,
Primaq́; sit superos cura timere deos.
Deinde pari studio sacras coluisse sorores,
Virtutis nunquam præterijsse scopum.
Regna uoluptatis sic descripsisse Cleanthes
Fertur: quod superest, dulcis amice Vale.

Cum confingit formam quandam.) De hoc apud Epiphanium leguntur hæc uerba: καὶ τοὺς θεοὺς μυστικὰ σχήματα ἔλεγεν, καὶ κλείσεις ἱδράς.

Nihil ratione diuinius.) Apud Epiphanium dicit τοὺς κατόχους τῶν θείων τελετάς.

At Perseus eiusdem Zenonis auditor.) Alijs πορσεὺς, alijs πορσαῖος nominatur. Hunc alij præterea

γνώριμον,

γνώριμον, alij οἰκέτην Zenoni fuisse dicunt. Dicit Dion Chrysostomus, etiam filium, patrem in hoc argumento sequutum. Scripsit hic inter cætera περὶ τῆς ἀσεβείας. Epiphanius ait, hunc eadem cum Zenone dogmata seruasse.

A' quibus magna utilitas.) Secundi Plinij sententia hæc est: Deum esse, mortali iuuare mortalem. De his dogmatibus (quanquam sine Persei mentione) apud Lactantium multa dicuntur, & fortaßis inferius melior de his occasio dicendi se offeret.

Chrysippus, qui Stoicorum somniorum uaferrimus hab. interp.) Nam apud Lucianum etiam mercator ἀγχίνοιαν ipsius miratur, ipseq; profitetur τῶν λόγων πλεκτάνας (laqueos Cicero de Fato, alij etiam tricas uocant) αἷς συμποδίζει τοὺς προσομιλοῦντας, καὶ ἀποφράττει, καὶ σιωπᾶν ποιεῖ.

Informare.) φαντάζειν. Nam huc facit ipsius Chrysippi definitio, quæ extat apud Laertium in Zenonis uita. His enim uerbis ex 12. de Anima repetitur: φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ, τοῦτ' ἔστιν ἀλλοίωσις. Ne quis putet, informari esse hoc loco idem, quod Græcis est ἠθοποιεῖσθαι, ut Archias apud Ciceronem: Vbi exceßit è pueris, & ijs artibus, quibus ætas puerilis informari solet, se ad scribendum contulit.

Ait enim uim diuinam.) Verba hæc apud Lactantium lib. 1. cap. 5. sic leguntur: Chrysippus naturalem uim diuina ratione præditam, interdum diuinam neceßitatem deum nuncupat. Principatum.) ἡγεμονίαν. Vndeilla pars hominis ἡγεμονικὸν, ἢ ἡγεμονικὴ appellatur.

Et eius animi fusionem.) Animi fusionem uidetur appellare, quod apud Plutarchum in Stoicorum dogmate, τὸ πνεῦμα appellat, τὸ διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου: cæterùm appellationes mutare, dum per uniuersæ naturæ confinia transit: nempe δία, ζῆνα, ἀθηνᾶν, ἥραν, ἥφαιστον, ποσειδῶνα,

ποσειδῶνα, δήμητραν: id quod paulo pòst ipse attingit. Nisi fusionis nomine malis intelligere τοὺς σπερματικοὺς λόγους, quorum mentio fit in naturæ definitione, non modò apud Stoicos, sed etiam apud Galenum. Sed hæc κατ' ἀναλογίαν τοῦ μικροκόσμου.

Tum fatalem umbram.) Nam Chrysippus ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης, & Zenon, omnia fataliter fieri, teste Laertio, dicebant. De quo abundè apud Ciceronem de Fato, si modò liber esset integer: in quo tamen Chrysippum ex illa se disputatione expediuisse negat. Sed fati nūc quæstionem suspensam relinquemus, deinceps ampliorem de ea dicendi occasionem habituri. Interim unum obseruabimus, umbræ uocem ab homine Epicureo extenuādi duntaxat causa positam esse.

Necessitatem rerum.) Nam hoc etiam in quæstionem uertitur, utrum fatum & neceßitas sit idem. Et Parmenides quidem, Democritus, atq; Heraclitus, ut Plutarchus refert, fatum & neceßitatem idem esse dicunt. Stoici uerò Platonem sequuntur, qui fatum quidē admittit in humanis animis, degendaq; hominum uita: sed adhibet & causam à nobis proficiscentē. Stoici neceßitatem quidem inuincibilem causam dicunt, & uiolentam: Fatum autem, ratam statamq; causarum complexionem, in qua annexa sit causa, quæ à nobis proficiscitur. Sed quur non adeò propter philellenas hanc differentiam ex Plutarcho adscribo? Sic enim cap. 27. lib. primi τῶν ἀρεσκόντων inquit: πλάτων ἐγκρίνει μὲν τὴν εἱμαρμένην ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καὶ βίων, συνεισάγει δὲ καὶ τὴν περὶ ἡμᾶς αἰτίαν. οἱ στωικοὶ πλάτωνι ἐμφερῶς, καὶ τὴν μὲν ἀνάγκην ἀνίκητόν φασιν αἰτίαν καὶ βιαστικὴν, τὴν δὲ εἱμαρμένην συμπλοκὴν αἰτιῶν τεταγμένην, ἐν ᾗ συμπλοκῇ καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς, ὥς τε τὰ μὲν εἱμάρθαι, τὰ δὲ ἀνειμάρθαι.

Ignem præterea.) πῦρ τεχνικὸν, alij νοερὸν. Hinc

Democritus

Democritus ἐμπυροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν. quod alij Hipparcho tribuunt. Sic locum Vergilij Aeneidos sexto intelligunt, Igneus est ollis uigor, &c. Plutarchus in Placitis, οἱ στωικοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον, ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται. Hunc ignem, Vulcanum, τοῦ ἡφαίστου nomine intelligunt. ἥφαιστος autem (ut est in Cratylo Platonis, γενναῖος φάεος ἵστωρ, id est, generosus luminis præses. φαιστὸς enim, luminosum significat. Vel ut Cornuto, siue Phurnuto placet, ἀπὸ τοῦ ἥφθαι, id est, accendendo dictus est. Vnde Virgilius in octauo eum ignipotentem uocat:

Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.

Solem, lunam.) Defendit hoc Lucilius in hoc opere; impugnat Lactantius. Epiphanius de dogmate Stoicorum, μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, καὶ ψυχὴν, καὶ ἀέρα, καὶ τὰ ἄλλα.

Aethera esse, quem homines Iouem appellarent.) Sic mythologi exponunt, illud poeticum enarrantes, quòd Iuno Iouis soror & coniux fingitur, de quo infrà libro secundo ex Ennio & Euripide copiosius. Vnum Heraclidem Ponticum in præsenti audiuisse sufficiat. δύο γὰρ ὄντων κατὰ τοὺς φυσικοὺς τῶν πνευματικῶν στοιχείων, αἰθέρος τε καὶ ἀέρος, τὸν μὲν διὰ τὴν πυρώδη φαμὲν οὐσίαν, ἡ δὲ ἥρα, μετ' αὐτὸν δὲ ἀὴρ μαλακότερον στοιχεῖον, διατοῦτο καὶ θῆλυ. Vide ad hæc Macrobium libro primo de Somnio Scipionis, capite decimoseptimo. Idem Heraclides etiam Iouis cum Iunone intempestiuos in Ida monte somnos, ex Iliad. ξ. huc refert. nec dissimilia sunt apud Proclum in Quæstionibus Homericis. Laertius etiam Stoicis expositiones nominum tribuit, quibus uir-

bus uirtutes diuinæ enarrantur, δία nimirum dictum, δι' ὃν τὰ πάντα· ζῆνα δὲ, παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιος ἐστὶν. Quod tamen apud Platonem etiam in Cratylo est, & apud Aristotelem in libro de Mundo: item apud mythologos, ut Heraclidem Ponticum, Phurnutum, & alios poetarum enarratores. ἥραν autem Plato dictam censet, ἀπὸ τοῦ ἐρᾶσθαι, quasi ἐρατὴν, quòd amabilis Ioui fuerit. Sunt qui putant ἥραν idem esse, quod uel aer est, uel terra.

Neptunum terram´que.) Dictum aiunt τὸν ποσειδῶνα, κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν. δήμητραν δὲ, κατὰ τὴν εἰς γῆν διάτασιν. Laertius. Cratylus Platonicus ποσειδῶνα dictum censet, quasi ποσίδεσμον: uel quasi πολλὰ εἰδῶτα, id est, multiscium. Ponticus Heraclides παρὰ τὴν πόσιν, id est, ab humore seu potu. Cui consentit Phurnutus: ποσειδῶν, φησὶ, ἐστὶν ἡ ἀπεργαστικὴ ἐν τῇ γῇ, καὶ περὶ τὴν γῆν ὑγροῦ δύναμις, ἤτοι ἀπὸ τῆς πόσεως οὕτω κληθεῖσα, καὶ τοῦ διδόναι ταύτην. Sed de his singulis in secundo libro fortassis melior dicendi occasio erit.

Legis perpetuæ.) Legem æternam etiam κοινὸν uocari, καὶ διὰ πάντων ἐρχόμενον, apud Laertium in Zenone legimus. Et quatenus ea officiorum magistra sit, legimus in primo de Legibus, & apud Tertullianum in Apologetico.

Eandem´que fatalem necessitatem.) Chrysippus in definitionibus, εἱμαρμένη ἐστὶν, ὁ τοῦ κόσμου λόγος, ἢ νόμος τῶν ὄντων ἐν τῷ κόσμῳ, προνοία διοικουμένων, ἢ λόγος, καθ' ὃν τὰ μὲν γεγονότα γέγονε, τὰ δὲ γινόμενα γίνεται, τὰ δὲ γενησόμενα γενήσεται. Videtur hæc à Platone habere, qui definit λόγον ἀΐδιον, καὶ νόμον ἀΐδιον τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. Plutarchus libro primo Placitorum, capite 28. μοῖραν eadem ratione, & αἶσαν, ὥς εἰεί τινα οὖσαν.

Diogenes

Diogenes Babylonius.) Ex Seleucia, quem Laertius Babylonium propter uicinitatem dictum testatur. Lucianus Seleucem nominat, cognominat Tigrium. Auditor Chrysippi fuit. Hunc Cicero in Officijs magnũ & grauem Stoicum nominat. Vixit annis 88.

De Minerua.) In libro de Diuinat. primo, citatur eius opus de insomnijs. citantur ab Athenæo νόμοι, & περὶ εὐγενείας. Tatianus tradit similia de Metrodoro Lampsaceno, sicut Phauorinus de Anaxagora.

Partum Iouis.) Quem mythologi de mundi atq; elementorum generatione exponunt. Cratylus Platonicus Iouem Saturni filium intelligit, μεγάλης τινὸς διανοίας ἔκγονον εἶναι.

Ortumq; uirginis.) De qua phœnomena Aratea: nisi utrumq; ad Palladis ex cerebro Iouis natæ fabulam cum Marso referre malis.

Ira inflãmatos.) Vt Iupiter sæpe Iunoni irascitur.

Libidine furentes.) Vt Vulcanus in Mineruam.

Bella.) Vt Iuno aduersus Venerem. Vulnera.) Vt Mars, Pluto, Venus & Iuno. Iliad. 5.

Prælia.) Iliad. 8. Odia.) Iunonis aduersus Troianos, & reliquias.

Pugnas.) Vt Dianæ & Iunonis, Iliad. 21. Palladis & Veneris, eodem.

Ortus.) Vt tota Hesiodi Theogonia. Interitus.) Nam turpiter ipse periclitatur, eripitur à Thetide. Iliad. 1. Eius sepulchrum ostenditur in Creta.

Querelas.) Thetidis, Iliad. 1. Iunonis apud Vergilium crebræ. Lamentationes.) Vt Thetidis de morte Patrocli, Iliad. 17. Iouis de Sarpedonis. Iliad. 16.

Libidines.) Quib. metamorphosis Ouidiana scatet.

Adulteria.) Iupiter sua Iunoni memorat. Iliad. 14. Quib. si uoles, adde Martis cum Venere physiologis quoq; celebratissimum.

Vincula.) Vt Iupiter Iunonem, sub initium Iliad. 14.

Cum humano genere concubitus.) Cuius generis plurima sunt exempla in Ouidiana metamorphosi.

Mortales.) Sarpedon ex Ioue, Aeneas ex Venere.

Magorum.) Quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis. Qui augurantur & diuinant, congregantur in uano commentandi causa, atq; inter se colloquendi, cuiusmodi apud Romanos fuerunt augures. neq; quisquam rex Persarum esse poterat, qui non antè magorum disciplinam percepisset. Cicero de Diuinat. 1. Plura de ijs require apud Laertium in Prolegomenis. Epiphanius credit, horum autorem fuisse Zoroastrem.

Aegyptiorumq;.) De his suo loco. Interim lege caput primum libri secundi apud Eusebium de Præparatione euangelica.

Ea qui.) Hactenus ut singulorum philosophorum de dijs dogmata, si dijs placet, retudit, non sine calumnia: ita nunc deinceps Epicurea, quantumuis sint ἀσαφῆ καὶ ἀπίθανα, ita tamen uerbis exornat, ac si omnia sint ex tripode dicta. Solus enim uidit.) Atqui solus omnium maximè ineptijt.

πρόληψιν.) Hæc anticipatio apud Laertium in uita Epicuri definitur his uerbis: τὴν πρόληψιν λέγουσιν οἱονεὶ κατάληψιν, ἢ δόξαν ὀρθὴν, ἢ ἔννοιαν, ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην, τοῦτ' ἔστι μνήμην τοῦ πολλάκις. οἷον, τὸ τοιοῦτον ἐστὶν ἄνθρωπος. ἅμα γὰρ τῷ ῥηθῆναι ἄνθρωπος, εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται, προηγουμένων τῶν αἰσθήσεων. Huius contrarium ὑπόληψιν statuit. Epicuri æmulus Chrysippus, ut nihil illi cederet, fecit & ipse πρόληψιν, quiddam de Boethi Stoici doctrina mutaturus, qui plura iudicia posuerat, νοῦν, αἴσθησιν, ὄρεξιν, καὶ ἐπιστήμην. Sed Chrysippus in primo περὶ λόγου, duo tantum iudicia (κρι-

τήρια) facit, αἴσθησιν καὶ πρόληψιν. Definitur autem hoc modo: ἔστι δὲ ἡ πρόληψις ἔννοια φυσικὴ τῶν καθόλου. ἔννοιαν certè Plutar. in Placitis nominat. Et ἐννοήματα ἡμέτερα, ἰδέας Stoicis dici testatur.

De regula & iudicio.) Malo cum Laertio hanc inscriptionem diuisim legere, περὶ κριτηρίου, ἢ κανών. Nam hæc ratio sapit etiam Platonem magis. Pulchrè Cic. decorum seruat, dum in Velleio Epicuri personam ita effingit, ut omnia istius lineamenta expressisse uideatur, ut qui sibi atheo de rebus diuinis disputationem ita arroganter sumit, ut reliquos omnes philosophos præ se cõtemnat: ipse interim nec curat, quàm constanter dicat: nec attendit, quòd dum aliorum errores tollere laborat, ueritatem omnem conturbet. Ita hoc loco Epicureus πρόληψιν suæ disputationis fundamentum dum ponit, non cogitat, quantam erroribus fenestram aperiat. nam, ut maximè uerum est, nullam gentem fuisse unquam tam barbaram aut immanem, quin fuerit opinione aliqua deorum imbuta: tam uariæ interim passim terrarum ortæ sunt religionum formæ, tam immanes deorum cultus, ut ijs Deus magis offendi, quàm placari aut coli debeat.

Quum enim non instituto.) Interea dum νόμον ἔγγραφον et ἄγραφον remouet, remouet eam religionis formam, quæ ciuilis appellari potest. Nam antiquitas tres effinxit, naturalem, fabulosam, & legalem.

τῶν σεβασμοῦ εἴδη, { φυσικὸν, μυθικὸν, νομικὸν, } διδάσκετε ὑπὸ τῶν { φιλοσόφων, ποιητῶν, ἐφ' ἑκάστης ἀεὶ πόλεως συνίσταται.

De physica hæc tota quæstio est, quam quia Socrates, neglecta ciuili, secutus fuerat, cicutam bibere est iussus. Mythicam, quam Augustinus nugatoriam uocat, non modò Plato è repub. sua pellit, sed Romani etiam sua ciuitate eiecerũt, ut Dionys. Halicar. lib. 2. quo tempore ciuilis Romanorum

manorum religio miris modis aucta fuit. Ciuilem Epicurus, uel illius uicarius Velleius explodit: cui, quia ἱεροφύλακας pontifices ubiq; habuit, apud nullam unquam gentem sine periculo contradictum fuit. hodie totus orbis solius religionis prætextu tumultuatur. Hanc Pontifex Scæuola, ut apud Augustinum est, cæteris repudiatis, amplectitur, & tuetur. Hanc Seneca tam grauiter impugnauit, quàm Varro fabulosam.

Nouis rebus noua imponenda uocabula.) Quintilianus ὀνοματοποιίαν Græcis magis quàm Latinis concessam dicit. Latinos siquidem noua sine periculo fingere non posse. Quid quod Epicurus ipse nomina non ab initio rebus imposita, sed pro rerum uarietate, singulis quibusq; temporibus, pro hominum ingenio rebus tributa credidit, ut est in ipsius apud Laert. uita scriptum.

Deos beatos & immortales.) Apud Laert. definit ζῶον ἄφθαρτον καὶ μακάριον.

Nec habere ipsum negotij quicquam.) De hoc plura apud Lact. lib. de opificio Dei. Laert. τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει, ὥστε οὔτε ὀργαῖς, οὔτε χάρισι συνέχετε. ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον.

Iram & gratiam segregari.) De hoc apud Lactantium de Ira Dei.

Inquirit animus & formam.) Diuisio disputationis, seu confirmationis Epicureæ.

Nec tamen ea species corpus est.) Plutar. ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς, siue (ut apud Galenũ legitur) ἀνθρωπομόρφους μὲν πάντας τοὺς θεοὺς, λόγῳ δὲ πάντας τούτους θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως. Vnde paulo post Cic. subdit, Vt primum non sensu, sed mente cernatur. De his apud Laert. rursus sic legimus: ἐν ἄλλοις δέ φησι, τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητοὺς, οὓς μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑφεστῶτας, οὓς δὲ κατὰ ὁμοειδίαν ἐκ τῆς συνεχοῦς ἐπιῤῥύσεως τῶν ὁμοίων εἰδώλων,

ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτετελεσμένων ἀνθρωποειδεῖς. Philologo expendendum relinquo, quur hæc apud Laertium partitiuis affirmantibus, apud Cic. uerò negantibus legantur.

Firmitatem.) ὑπέρεισιν. στερέμνια.) Laert. καὶ μὴν καὶ τύποι ὁμοιοσχήμονες τοῖς στερεμνίοις εἰσὶ, λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων. Videtur eandem non longè inde etiam στερεότητα appellare. Rursus: τούτους δὲ τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν.

Indiuiduis.) τὰ ἄτομα intelligit, siue τὰς ἀτόμους. utroq; siquidem genere legimus. has ἀπείρους etiam facit.

ἰσονομίαν.) Laert. φησὶ δὲ παρερχομένου ἐνδοτέρω καὶ ἰσοταχῶς αὐτὰς κινεῖν τοῦ κενοῦ. &c. Hanc inferius æquilibritatem Cicero interpretatur.

Et quærere à nobis Balbe soletis.) Alterum diuisionis membrum, uita deorum, quam miris amplificat modis, eleganti syncrisi, quietum suum Deum cum Stoico laboriosissimo conferens.

Nos autem beatam uitam.) De hoc consule libros de Finibus.

Innumerabiles mundos.) Plutar. lib. 2. cap. primo Placitor. δημόκριτος καὶ ἐπίκουρος, καὶ τούτων μαθητὴς μητρόδωρος, ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ κατὰ πᾶσαν περίστασιν. & lib. 1. cap. 5. Metrodorus absurdum esse arbitratur, ut in amplo quodam agro unam saltem spicam nasci, ita in uno infinito unum duntaxat esse mundum. μητρόδωρος δέ φησιν ἄτοπον εἶναι, ἐν μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα στάχυν γεννηθῆναι, καὶ ἕνα κόσμον ἐν τῷ ἀπείρῳ. Quòd autem innumeri sint mundi, hac utuntur ratione: quia plures sint causæ, nempe indiuidua, siue elementa. Adde his quæ Lucretius sub finem secundi scribit.

Tragici poetæ.) Erasmus: Nec dubium est, quin Tullius imitatus hic sit illud ex Platonis Cratylo, εἰ μὴ ἀρᾶδὴ, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μη-

χανὰς

χανὰς ἀποφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες. De more Tragico in Arte Horatius: Nec Deus intersit, nisi dignus uindice nodus Inciderit. Prouerb. Deus ex improuiso.

Fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην.) Superius, cum de fato ageremus, quædam data opera huc distulimus, quæ Gellius lib. 6. cap. 2. ex Chrysippo suis noctibus Atticis inseruit: Fatum, inquit, quod Græci πεπρωμένην, uel εἱμαρμένην uocant, ad hanc fermè sententiam Chrysippus Stoicæ princeps philosophiæ definit: Fatum est, inquit, sempiterna quædã & indeclinabilis series rerum, & cathena uoluens semetipsa sese, & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaq; est. Ipsa autem uerba Chrysippi, quantum ualui memoria, adscripsi, ut, si cui meum interpretamentum uidebitur esse obscurius, ad ipsius uerba animaduertat. In libro enim περὶ προνοίας 4. εἱμαρμένην esse dicit, φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων δὲ ἀϊδίου, τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς. Et cætera quæ ibi sequuntur, quibus aliarum disciplinarum autoribus huic definitioni obstrepentibus respondet: quæ, quia Gellius omniũ manibus teritur, breuitatis studio suspensa relinquo. Vide præterea Iulium Firmicum lib. 1. cap. 3. Cic. de Diuinatione primo, fatum ex Chrysippi sententia definientem: εἱμαρμένην nempe ordinem esse, seriemq; causarum, cum causa causam ex se gignat, eamq; esse ex omni æternitate fluentem ueritatem sempiternam, quo de suprà uberius. Non Chrysippeum hoc inuentum est, sed ab Hermete usq; deductum. Extat apud Plutarchum in Moralibus περὶ τῆς εἱμαρμένης opus doctissimum.

Sequitur μαντικὴ.) Diuinationem Epicurus hoc nomine tollit, quòd sit ἀνύπαρκτος. nam si maximè ὑπαρκτικὴ esset, nihil ad nos eam pertinere: hoc est, quod hic

Velleius dicit, nos eos nõ metuere, quos intelligimus. Hinc τὸ ὕπαρ, opinor, somnijs & rebus uanis opponitur. Stoici uerò Platonem sequuti, diuinationem inducunt, ut Plut. refert, μαθὰ τὸ ἐνθεον, ὅπερ ἔστιν ἐνθουσιαστικὸν κατὰ θειότητα ἢ ψυχῆς, &c. Vnde etiam Latini diuinationem à diuis, Cicerone teste, nominant. Nam & alibi Plato, uates & prophetas diuinitus afflatos ἐνθέους uocat, & θεῖον illis tribuit. Stoici rursus ὑφεσᾶναι eam dicunt, adeoq; ipsam esse πρόνοιαν, quam præsensionem & scientiam rerum futurarum ipse etiam Cicero definit: de qua, quia Ciceronis duo præclari libri extant, plura dicere nobis animus non est, quicquid eius quæstionis est, illis relicturi, qui illos enarrare suscipiunt: hoc unum interim addentes, quod Socrates Platonicus de huius etymologia disputat, licet illa uox παρὰ τὸ μαίνεσθαι deducta est, non tamen ignominiosum hunc furorem esse, sed honestissimum, ut qui diuina sorte ad homines prouenit, & honestissimæ diuinationis arti à furore nomen indiderunt. reprehenditq; iuniores, imperitè ἢ μανικῶς nomen εἰς μαντικὴν conuertentes. Si quis fortè studiosus Græca requirit, ex Phædro Platonis illa huc poni curabo. Altius autem repetemus, quo res fiat clarior: ὅτι δὴ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος, ὃς ἂν παρόντος ὁρᾶσθαι, τῷ μὴ ὁρῶντι μᾶλλον φῇ δεῖν χρίζεσθαι. διότι δὴ ὁ μὲν μανεὶς ἦν σωφρονεῖ. εἰ μὲν γὰρ ἀπλοῦν τὸ μανίαν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγετο. νυνὶ δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μανίας, θείας μέντοι δόσις διδομένης. ἡ τε γὰρ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, αἱ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱέρειαι, μανεῖσαι μὲν πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τῇ Ἑλλάδι ἠργάσαντο, σωφρονοῦσαι δ', βραχέα, ἢ οὐδέν. καὶ ἐὰν δὴ λέγωμεν σιβύλλαν τε καὶ ἄλλους ὅσοι μαντικῇ χρώμενοι ἐνθέῳ, πολλὰ δὴ πολλοῖς προὔλεγον εἰς τὸ μέλλον ὀρθῶς, μηκύνοιμεν ἂν λέγοντες, τόδε μόνῳ ἄξιον εἰπεῖν μαρτύρασθαι. ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν οἱ τὰ ὀνόματα τιθέμενοι, οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦντο, οὐδ' ὄνειδος, μανίαν. οὐ γὰρ ἂν τὴν καλλίστην τέχνην, ἣ τὸ μέλλον κρίνεται, αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα ἐμπλέξαντες, μανικὴν ἐπάλεσαν· ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος, ὅταν θείᾳ μοίρᾳ γίγνηται, οὕτω νομίσαντες ἔθεντο. οἱ δ' ὑπὸ ἀνθρωπίνου λογισμοῦ τὸ τῶν ἐμφρόνων, μαντικὴν ἐπάλεσαν. Aruspices, augures.) Expectat fortassis lector, quid de diuinationis speciebus simus dicturi: sed propter causam superius citatã, relinquimus illas in præsenti suspensas. Si quis de his requirat, consulat Philologiam Volaterrani.

ALTERA PARS HVIVS LIBRI.

Tum Cotta.) Sequitur Cottæ Academici ad Velleium responsio. Non tam facile.) Quanquam hoc Academiæ peculiare est, habet tamen hoc cum omnibus commune, in ea saltem quæstione, quæ de diuina natura instituitur. Similis sententia citatur à Lact. lib. 2. cap. 3. ex libro 2. de Nat. deor. Coryphæum.) κορυφαῖον Suidas, πρῶτον τοῦ χοροῦ exponit: Latini præsultorem uocant, ἀπὸ τῆς κορυφῆς. principem hic Cic. interpretatur, eo modo quo Plut. κορυφὴν τοῦ λόγου dicit. Hunc Zenonem in 3. Tusc. quæst. acutissimum senem uocat. Zeno Epicureus, Sidonius, teste Laert. fuit, νοῆσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφῶς. Suidas duos Zenones Sidonios habet, sed utrunq; Stoicũ: alterum Musæi filiũ, Diodori Croni discipulum: alterum Dioscoridis cuiusdam filium, Chrysippi Tarsensis discipulũ et successorẽ. Simonide.) Chria. Epiphanius Eudæmonem quendã Comicum citat, qui simili ferè usus est sententia. ἅπερ εἰσὶ θεοὶ, τὰ δυνάμεθα περὶ αὐτῶν λέγειν, ὁποῖοί τινές εἰσι δειλιῶν διηλῶσαι. πολλὰ γὰρ εἰσι τὰ ἀνολύοντα με. Tertul. etiam Thaletem simile quiddã Græso respondisse scribit. De Simonide multa et præclara in unum fasciculum congesta reperies apud Gyraldum, in Historia poetica. Quanquam duos, uel plures etiam, quos Suidas enumerat, inter se longissimis temporibus distantes confudisse uidetur. Constat enim hunc Hieronis & Pyrrhi temporib. fuisse.

& Eusebius hunc Pindari synchronon faciens, Olympiadi 73. subijcit, nempe Lyricum illum: cum idem Eusebius alium Stesichori æqualem, Cyri tempore, Olympiade nimirum 55. floruisse dicat.

Non poeta solum.) τῷ παραφθαστικῷ admiscet per parenthesin τὸ ἐγκωμιαστικὸν.

Epicurus uerò.) τὸ ἐναντίον κατὰ σύγκρισιν.

Pontifex.) Vnde pontifices ἱεροφύλακες apud Halicarnasseum dicuntur.

Quid, Diagoras Atheos.) Horum mentio ab initio facta est. Diagoras Atheos Melius fuit, ob impietatem istam, & deorum contemptum, ignominia notatus, iræ populi ex Attica cessit: propositaq; istius occisori præmia, talentum argenteū. Meminit Diodorus Siculus lib. 13. Bibliothecæ. Val. Max. de neg. relig. scribit eum Athenis fuisse pulsum. Corinthū, teste Suida, cōcessit. Ridiculū est, quod Epiphanius de eo in Ancorato scribit, nempe quomodo penuria lignorum Herculem suum ligneū in scandulas fissum, decimumtertium laborem subire, obsoniumq; coquere iusserit. non dissimilis historia illi, quæ de Pfaffo Callenbergensi memoratur. Is imaginem S. Iacobi Vulcano consecraturus. simili ioco elusit, dicendo: Buck dich Jäcklin / du müst in ofen. Sed Epiphanij uerba de Diagora Hercule adscribemus: οὔτε ἀκούσει γὰρ διαγόρᾳ τὸν ἴδιον ὑγιαλία ξύλινον ὄντα δι' ἀπειρίαν ξύλων ὑποκάυσαντα, ἢ ἐπισκωμματικῶς αὐτῷ λέγοντα, ἄγε δὴ ὑγιαλες, τὸν ῥισηκιδίνατον ἀβλῶν ἐπιλῶν, παρελθὲ τὸ ὄψον ἡμῖν ἑψήσων. ὃν δὴ λαβὼν, καὶ σχιδανίσας, καταγελῶν τε ἰδίᾳ θεοῦ, ὡς οὐκ ὄντα, τὸ παρατιθέντι αὐτῷ ἀρίστῳ γελοιάζων ἐφάφετο. Irenæus lib. 2. nominis opinor similitudine deceptus, Anaxagoram ἄθεον cognominat. Fit huius mentio etiā in 3. lib.

Theodorus.) Adscribam Epiphanij uerba: Θεόδωρος, ὁ ἄθεος ἐπικληθείς, ἔφη λῦρον εἶναι τοὺς περὶ τοῦ θεοῦ λόγους. ὥστε

ἦτο γὰρ μὴ εἶναι θεὸν, καὶ τοῦτον ἔνιοις πρεσβεύετο πάντας ἐλέγξαι, ἐπιτρῖψαι, ἀφανίσαι, καὶ μὴ ὑπερβαπτοθυήσειν παραβιάσασθαι. ἔλεγε γὰρ μίαν παρθένα εἶναι τὸν κόσμον, καὶ ἀγαθὸν μόνον ἔλεγε τὸν σὺν δικαιοσύνῃ τὰ. φεύγειν δὲ τὰ δυσχερῆ τὰ, καὶ ἢ σοφὸς. καὶ ἄφετον εἶναι τὸν ἄφρονα πλούσιον ὄντα, καὶ ἀπειθῆ. Theodorus audiuit Zenonem, Brysonem, Pyronem: τῆς ἀδιαφορίας assertor, teste Suida. Laertius Aristippi auditorem eum facit. Antisthenes uerò in successionibus Anniceridis & Dionysij dialectici. Ab hoc factio τῶν θεοδωρείων. Dicit Laertius, se incidisse in huius librum de Natura deorum scriptum, unde ipse Epicurus etiam pluscula sumpserit, minimè συναναφέγνυτον. Hic ut prius ἄθεος, ita postea θεὸς cognominatus fuit, de quo lege omnino Laertium in Aristippo, lib. 2. His duobus, Plutarchus, Eusebius de Præparat. & Galenus in historia philosophica, Euhemerum addunt, omisso Protagora: Euhemerum inquam, quem Theophilus non ἄθεον solum, sed etiam ἀθεώτατον cognominat. Plutarchi uerba subiungam: ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, καθάπερ διαγόρας ὁ μιλήσιος, καὶ θεόδωρος ὁ κυρηναῖος, καὶ εὐήμερος ὁ τεγεάτης, καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. Addit, Euhemerum à Callimacho reprehendi. Variant hic tamen Eusebius & Galenus nonnihil, quam uarietatem otioso lectori suspensam relinquo. Euhemeri autem quia inferius ab ipso Cicerone mentio fit, de illo dicere in eum usq; locum differemus.

Protagoras.) Huius uita extat apud Philostratum, Laertium, Suidam. & Gell. lib. 5. cap. 3.

Sophistes.) Hoc enim illi nomen, teste Suida, primò inditum fuit, eo quòd contentiosi dicendi generis primus autor fuit. Sophismata namq; τοῖς πραγματολογοῦσι proposuit. Scripsit enim inter cætera librum, cui titulus fuit, τέχνη ἐριστικῶν. & Plato in eo dialogo, quem Protagoræ titulo aduersus Sophisticen scripsit, Socratem aduersus

Protagoram disputantem fecit. Gellius item hunc insyncerum quidem philosophum, sed acerrimum sophistarum fuisse refert. Sophistæ uocabulum diuersis temporibus aliter atq; aliter usurpatum fuit, & sæpe honestissima Sophistice habita fuit: apud Platonem uerò, est æmulatrix philosophiæ, & ut Quintilianus ait, legalis adulatio. Plato ipse περὶ τοῦ ὄντος, σοφιστὴν πολυπίφακον, & ipsam artem ἀπατητικήν, id est, deceptoriam nominat.

Temporibus illis.) Circa quartam & septuagesimam Olympiadem, ut Laertius refert, quanquam Eusebius librorum exustionem in Olympiadis 85. annum quartum ponit. Lege de hoc Quintilianum libro tertio, capite primo.

In principio libri sui.) Libri primi περὶ θεῶν, quē in Euripidis domo recitasse legitur.

De dijs neq; ut sint.) Apud Laert. περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ' ὡς εἰσίν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥτε ἀδηλότης, καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. Eodem modo etiam Philostratus, Suidas, Arnobius lib. 8. Lact. cap. 9. de Ira Dei. Variat nonnihil Theophilus lib. ad Autolycum 3. εἴτε γὰρ εἰσὶ θεοὶ, οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν, οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Magis uariat Epiphanius, qui eum cum Diagora & Theodoro deorum opinionem prorsus tollere facit. πρωταγόρας (inquit) ὁ τοῦ μηνάνδρου, ἀδηρίτης, ἔφη μὴ εἶναι θεοὺς εἶναι, μηδὲ ὅλως θεὸν ὑπάρχειν. Addit Diogenem Smyrnæum, siue Cyrenæum, eadem cum Protagora sentire. Plutarchus Euripidem in eandem sententiam cessurum fuisse dicit, nisi Areopagitarum iudicium reformidasset: apud quos, Galeno attestante (quanquam in editis Græcis codicibus hæc non sunt, sed in recenti Lacunæ translatione) Damis eiusdem factionis homo, causam suam aduersus Deum, Deique prouidentiam tuitus est. Nescio an Damis

an Damis hic, Ninus ille sit, uir (ut Philostratus in Apollonio, & post ipsum Suidas ait) minimè insipiens, Apollonij comes: sed tamen (ut Eusebius aduersus Hieroclem de eo testatur) licet fronte se philosophum Pythagoricum effingeret, asino tamen leonis pelle induto similiorem fuisse: qui apud Lucianum aduersus Timoclem disputat, contendens nec Deum, nec prouidentiam Dei esse ullam. Theophilus etiam Clitomachum Academicum, & Critiam, huius impietatis assertores numerat: quos auctarij uice, per occasionem silentio præterire nolui.

Tubulus.) Nihil habeo, quod his adjiciam, quæ à Marso hoc loco, à Crinito & Gyraldo in Lucilij uita traduntur, nisi quod Tubuli etiam in 5. de Natura deorum, mentio fit.

Sed quia commune est.) Transitio à communibus philosophorum argumentis, ad Epicureorum propria: nempe atomos, in quibus regnant, quos suæ doctrinæ ceu fundamentum habent, in quod iam Cotta cuniculos agere conatur, ad cuius ruinam corruent facilè reliqua illius dogmata.

Hinc quodcunque in solum.) Consule Chiliades Erasmicas.

Oracula.) Axiomata sacrosancta. uide Proverb. Ex tripode dictum. item, χρησμοὺς λέγειν.

Vera, an falsa, nescio.) Dubitatio, ex Academicorum ἀκαταληψίᾳ ducta. Cotta siquidem Academicus, ab ingenio non recedit.

Democriti.) Democriti atque Leucippi atomos sæpe cùm Cicero ipse, tum alij scriptores classici exagitant. Quæ quia infiniti negotij sunt, colligere animus non est. Grauiter, diserte & acutè contra istas atomos (quas Aristoteles etiam ἀδιαίρετα nominat) disserit Lactan. libro de Falsa sapientia, capite 17. ubi inter cætera sic ait:

Vbi

Vbi enim ſunt, aut unde iſta corpuſcula? Quur illa nemo præter unum Leucippum ſomniauit? à quo Democritus eruditus, hæreditatem ſtulticiæ reliquit Epicuro. &c.

Corpuſcula quædam leuia.) κοῦφα καὶ λεπτότερα τῆς φύσεως πάσης ἐπιπολάσαι ἄνω· τουτέστι φῶς, αἰθέρα, καὶ τὸ λεπτότατον τῶν πνεύματος. Epiphan. Et hæc opinio Democriti & Leucippi fuerat. qui, ut apud Plutarchũ eſt, duo tantum accidentia illis addiderunt, μέγεθός τε καὶ σχῆμα. Epicurus enim tertium adiecit, τὸ βάρος. ἀνάγκη γάρ φησι κινεῖσθαι τὰ σώματα τῇ τοῦ βάρους πληγῇ. ἐπεὶ οὐ κινηθήσεται. Vnde apud Epiphanium ſequitur: τὰ δὲ βαρύτατα καὶ σκυβαλλώδη κάτω νενευκέναι, τουτέστι γῆν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ξηρὸν καὶ ἡ ὑγρὰ τῶν ὑδάτων οὐσία. Nam Ariſtoteles quoq; in 1. de Generatione & interitu, cap. 8. ratiocinatur, ſi illis caliditas inſit, & frigiditas, pondus, leuitatem, duriciem non ineſſe. Adſcribam uerba, ſi quis fortè requirat: ἄτοπον δὲ, κἂν εἰ ταῦτα μὲν ὑπάρχῃ, λέγω δὲ θερμότης καὶ ψυχρότης, βαρύτης δὲ καὶ κουφότης, καὶ σκληρότης, καὶ μαλακότης μὴ ὑπάρξει. Addit tamen etiam, Democrito indiuiſibilium quodq; κατὰ τὴν ὑπεροχὴν grauius ſeu ponderoſius eſſe. Leuia Marſus polita exponit, leuorem τὸ λεῖον, non leuitatem, τὸ κοῦφον intelligens: cui τὸ βαρὺ etiam apud Ariſtotelem opponitur. Atq; ita hoc loco aſperis leuia opponi debere, ſicut apud philoſophũ τῷ λείῳ τὸ τραχὺ opponitur. & quia de Leucippi ac Democriti magis quàm de Epicuri atomis hic uerba facit, figuras earũ numerare, etiam ex ſequentibus patet. quanquam figuræ illarum, ut apud Ariſtotelem quoq; legimus, infinitæ eſſe debeant. Epicurus autem, ſi Plutarchi teſtimonio credimus, & infinitatẽ illis aufert, & figuras. Verba ſubijciam: εἶναι δὲ τὰ σχήματα τῶν ἀτόμων περιληπτὰ, οὐκ ἄπειρα. μὴ γὰρ εἶναι μήτε ἀγκιστροειδῆ, μήτε τριαινοειδῆ, μήτε κρικοειδῆ. ταῦτα γὰρ τὰ σχήματα εὔθραυστά ἐστιν, αἱ δὲ ἄτομοι ἀπαθεῖς, ἄθραυστοι, ἴδια δὲ ἔχειν σχήματα λόγῳ θεωρητὰ. Videtur ἀγκιστροειδῆ dicere, quæ Cicero curuata & adunca uocat, Lactantius expreſſius hamata: niſi τριαινοειδῆ, quæ Budæus uncinata interpretatur, intelligi uelis, quod nomen tridentis formam exhibet: & quæ apud Plutarchum κρικοειδῆ, hoc eſt, annulata ſunt, ſiue mauis anſulata, ut hami anſulis inhæreant, Et ut Lucretius ait,

Materies æterna teneret
Inter ſe nexu minus, aut magis indupedita.

& poſſint συμμένειν (ut apud Laertiũ in Leucippo eſt) & περιπλεκόμενα συγκατατρέχειν ἄλληλα. Hic enim concurſus fortuitus eſt, quẽ Cicero iam memorat. Addemus his coronidis uice, quæ philoſophus in 1. de Generatione & interitu refert. Δημόκριτος, inquit, καὶ λεύκιππος ποιήσαντες τὰ σχήματα, τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὴν γένεσιν. ἐκ τούτων ποιοῦσι, διακρίσει μὲν καὶ συγκρίσει γένεσιν καὶ φθορὰν, τάξει δὲ καὶ θέσει ἀλλοίωσιν. Hæc conferendi, non aſſerendi cauſa in medium adduximus. Obſerua, quòd in tota hac argumentatione, in quam parergws digreſſus eſt, nihil aliud agit, quàm ut partibus Epicureæ doctrinæ uel remotis, uel in inuidiam deductis, totam profeſſionem labefactet.

Niſi planè ocio langueat.) Nam hæc ratio apud Laertium in Epicuro allegatur. de quo apud Lactantium uberius dicitur.

Minimis temporum punctis.) Momentis, diebus, noctibus, earumq; partibus, ut eſt apud Laertiũ. Soluuntur enim alia alijs celerius.

In dumeta correpitis.) In loca ſpinoſa, ſic in Academicis etiam Stoicorum tricas dumeta nominauit.

Sed quaſi corpus.) Cum contra ἀσώματον Platonis Deum diſputaret.

Suopte pondere.) Quandoquidem in motus mentionem Cotta incidit, addendũ etiam illud uidetur, quod Epicurus

Epicurus (ut est apud Plutarchum) atomis, siquidē pondus habēt, triplicem motū attribuit: unum κατὰ τὸ βάρος, id est, ad lineam: alterum κατὰ παρέγκλισιν, quod obliquare Budæus transtulit, alij uertiginem dicere uidentur, quam κλίνω Laertius appellare solet, & ipsum obliquare διναῦσθαι: tertium sursum, κατὰ πληγὴν, κατὰ πάλμὸν, id est, pulsu concussuq; ferri. Sed audiamus ipsum Ciceronē aduersus L. Torquatum Epicureum, de hoc lineari motu in primo de Finibus differentem: Censet, inquit, eadem illa individua & solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam, ac nunquam fore ut atomus altera alteram posset attingere: itaq; attulit rem commenticiam. Declinare dixit atomum perpaulum (quo nihil posset fieri minus) ita effici complexiones & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se: ex quo efficeretur mundus, omnesq; partes mundi, quæq; in eo essent. Quæ quum res tota ficta sit pueriliter, tum nec efficit quod uult: nam et ipsa declinatio ad libidinem fingitur. ait enim, declinare atomum sine causa: quo nihil turpius physico, quàm sine causa fieri quicquam, dicere. &c.

Contra dialecticos.) Nam Epicurei, ut est apud Laertium, dialecticam παρέλκουσαν dicunt, quasi superfluam, siue (ut interpres transtulit) obliquè siue in transuersum agentem. Cicero in primo de Finib. Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste uester planè, ut mihi quidem uidetur, inermis ac nudus est. Tollit definitiones, nihil de diuidendo ac partiendo docet, non quomodo efficiatur concludatur q; ratio trædit, non qua uia captiosa soluantur, ambigua distinguantur ostendit.

In omnibus disiunctionibus.) Cicero in quarto libro Academicarum quæstionum: Cum ab Epicuro, qui totam dialecticam & contemnit & irridet, non impe-

trent, ut uerum esse cōcedat, quod ita effabimur, Aut uiuet cras Hermachus, aut non uiuet: cum dialectici sic statuant, omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, aut non, non modò uerum esse, sed etiam necessarium. Vide quàm sit cautus is, quem isti tardum putant: Si, inquit, alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermachum uiuere, aut non uiuere: Nulla est autem in rerum natura talis necessitas. Cicero itaq; hoc modo erit optimus sui ipsius interpres.

Zenonem.) De hoc in primo Academicarum Quæstionum.

Iudicia.) Laert. λέγει οὖν ὁ ἐπίκουρος, ἀμετάπτωτα τὰ ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις. De his fusius in primo de Finibus, & infrà lib. 2. uberius à nobis dicetur.

Concretionem.) Apud Laert. etiam interpres τὴν σύγκρισιν, concretionem.

Mirabile uidetur.) In secundo de Diuinatione, indicat hoc Catonis esse dictum, quod prouerbium redolere uidetur: Vetus, inquit, illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cum uidisset. Quota enim quæq; res euenit, prædicta ab istis? aut si euenit quippiam, quid afferri potest, quur non casu id euenerit?

Dictata.) Et ob id elucubrata prius. nam κατ' αἰτίαν θέσιν negligentiam diligentiæ opponit.

Se magistrum habuisse nullum.) Nec Laertius cuiusquam mentionem facit.

Quod & non prædicanti.) Eludit per inuersionem, seu instantiam. Ex Academia.) Metonymia prouerbialis. Vide Adag. Olet ex Academia: sicut dicimus, olere lucernam, quod elucubratum est. Per Lyceum intelligit Peripateticam eruditionem. in eo namque Gymnasio Aristoteles tredecim annis docuit: sicut etiam

Academiam

Academiam Platonis nomen & doctrina celebrem reddidit, unde Academicorum factio nomen obtinuit.

Xenocratem audire potuit.) Athenæus enim, memorante Laertio, concesserat iterum, quo tempore Xenocrates in Academia florebat, 18. annis natus.

Quem uirum.) Non doctrinæ tantum præstantia, sed integritate mirabili clarum.

Pamphilum quendam Platonis.) Non is mihi esse Pamphilus uidetur, qui alibi à Suida πολυπράγματος cognominatur. Facere non possum, quin notorium hic rapsodorum quorundam errorem notem, qui Onomasticis suis Pamphilum hunc inferentes, confuderunt cum eo qui apud Platonem, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies iacuit, triduoq; pòst quàm inde sublatus fuerat, impositus rogo reuixit, ac mira quædam mortis tempore uisa narrauit. Alta securitas illorum est, quòd historiæ ex Phædonis principio citant, quæ in 10. de Rep. reperitur. Nec ipsi Platonis, sed Valerij uerba, ex cap. nimirum de Miraculis, referunt. in quibus & illud uariat, quod apud Valerium 10. apud Platonem 12. dies inter cadauera iacuisse legitur. Addam illa etiam, quia huc adducta negligentiam istam melius demonstrabunt: ἀλλ' οὐ μέν τοί σοι, ὦ Κλεινία γε ἀπόλογον ὄρῶ, ἀλλ' ἀλκίμα μὲν ἀνδρὸς, ὑγρὰ τοῦ ἀρμενίου, τὸ γενόμενον ἐν πολέμῳ τελευτήσας, ἀναιρεθέντων δικαιοτάτων τῶν νεκρῶν ἤδη διεφθαρμένων, ὑγιὴς μὲν ἀνηρέθη. λομιδεὶς δὲ δικαίως, μᾶλλον θάπτεσθαι, δὲ δικαίως ἐπὶ τῇ πυρᾷ λεμένων ἀνελκιον. ἀναλκιὸς δὲ ἐλεγχῳ, ἃ ἐκεῖ ἴδοι. Rectius cum Macrobio remp. Platonicam & Tullianam contulissent: tum intellexissent, non Pamphili proprium illius nomen, sed nomen patrium potius fuisse Pamphylium. Videmus enim Armenium natione, patria Pamphylium, & (quod Macrobius addit) officio militem fuisse, cui proprium nomen Er, ἦς fuit. Ex quibus luce

luce clarius est, Epicuri hunc magistrum esse non potuisse, quò accedit etiam temporis ratio. Plato siquidem hanc de discipulo historiam quî referre potuisset, quam ex antiquitate petijsse uideri potest? Deinde decepti amphibolia, quæ lectorem non bene cautum à genuina sententia seducere potest: Pamphilo Neoclem patrem fecerunt, qui Epicuri est, cum quo Epicurus 12. annorum, primùm operam literis in Samo, ubi pater ludum aperuerat, dedit. eò enim Neocles cum alijs municipibus commigrarat, cum à Pericle in Athenienſium potestatem Samus esset redacta. ibidem Pamphilum audiuit. postquam adoleuit, Mitylenæ per annum scholam aperuit. hinc Athenas reuersus. Quæ ex Strabonis, Laertij et Suidæ monumentis excerpta, si cum hoc Ciceronis loco diligentius conferantur, mirum utrinq; rebus lumen conciliabunt.

Nausiphane.) Meminit utriusq; Laert. & Suidas. Sed quia fratrum quoq; ipsius hic mentio fit, nominantur à Suida Neocles & Chæredemus, mater Chærestrata.

Vt Pythagoras solebat alienos.) Pythagoras symbola quædam ænigmatica ijs tantum communicare solebat, cum quibus amicitiam, cuius studiosissimus erat, contraxerat & confirmarat. Collegit illa studiosissimè Roterodamus in Chiliadibus, ex Plutarcho maximè, Laertio, Hieronymo, atq; alijs: & Lilius Gyraldus, seorsim conscripto de his opusculo eruditissimo, ex Oporini nostri officina nuper nobis edito.

Heraclitus.) Cui cognomentum σκοτεινῷ. cuius librum Euripides cum Socrati propter affectatam obscuritatem obtulisset, rogaretq; cuiusmodi uideretur: respondisse fertur, ea quæ intellexerit, præclara esse, & sic iudicare etiam ea quæ non intellexerit, opus tamen habere natatore Delio. ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα. οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα, πλὴν δυλίου δῆτα πολυμαθήτου, ὡς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι

ὧν αὐτῷ. Vnde Prouerb. Delius natator. de quo consule Erasmum, qui hæc transtulit ex Laertio, tam ex Socratis, quàm Heraclitiuita. Apud quem extat Darij Hystaspis filij epistola ad Heraclitum, obscuritatem illi obijciens. Inde etiam apud Suidam ἡρακλείτειος λόγος, ἡ ἡρακλείτεια in fœminino genere, & ἡρακλείτεια συγγράμματα, pro obscuris accipiuntur. de quibus etiam postremum Gellij caput consulendum est. hinc etiam apud Lucianum in Auctione gryphi & ænigmata obijciuntur. In secundo de Finibus similis huic locus aduersus Epicuri obscuritatem est, quem, quia huic nostro plurimum lucis adferre posse puto, adscribere huc non negligam. Duobus modis sine reprehensione fieri posse ait, ut quis loquatur, ita ut non intelligatur. Sin autem de industria id facias, inquit, ut Heraclitus cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur; quia de natura nimis obscurè memorauit: aut quum rerum obscuritas, non uerborum, facit ut non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis. Epicurus autem, ut opinor, nec non uult si possit, planè et apertè loqui: nec de re obscura, ut physici: aut artificiosa, ut Mathematici: sed de illustri et facili, etiã in uulgus promulgata loquitur.

Venere Coa.) Nihil habeo quod addã ijs quæ Marsus ex Strabone, Plinio, & Ouidio de Venere Coa annotauit: nisi forte illud quis addi uolet, quod Athenæus in Dipnosoph. lib. 13. scribit, quod Apelles in ea pingenda, Phrynnes Atticæ meretricis exemplo fuerit usus. τῇ ἓ τῶν ἑλουσινίων καλουμένῃ, καὶ τῇ τῶν ποσειδανίων ἐν ὕδατι πάσαις ἀπολλώσαις πάντων ἀποτιθεμένην θοιμάτια, καὶ λύσασα τὰς ἁβρὰς, ἐνέβαινε τῇ θαλάττῃ, μὴ ἀπ' αὐτῆ ἀπολλῦσι πλὴν ἀναδυομένην ἀπεγράψατο. Plinius tamen scribit, Venerem ἀναδυομένην exemplo Campsaces, pallacis Alexandri, pictã esse. Nec possum ex Plinianis scriptis colligere, Coam Venerem & Anadyomenen eandem esse. Coam siquidem ut non

ut non absoluit, ita maximam gloriam meruit.

Adumbratorum deorum.) Quos alibi μονογράμμους appellat.

Domicilium mentis.) Animum dicit. Arripere.) Assumere uerbum artis erat: quod quia uiolenter et cum importunitate faciunt, arripere hoc, non assumere uidentur.

Non uides quàm blanda.) Plurima sunt in hãc sententiam prouerbia. Simile gaudet simili: item, Semper similem Deus ducit ad similem: item, Pares cum paribus facilius congregantur: item, Semper graculus assidet graculo: item, Cicadã cicadæ chara, formica formicæ: item, Asinus asino pulcher, sus sui: item, Aequalis æqualem delectat: et si qua sunt alia, quæ in hanc sententiam Erasmus non congessit modò, sed pulcherrimis autorum testimonijs illustrauit.

Næuus in articulo.) Iuxta prouerb. Quot homines, tot sententiæ: item, Suum cuiq; pulchrum.

Q. Catulus.) Repete ex secundo de Poetis Latinis Criniti libro, & decimo Gyraldi de Historia poetica dialogo, quæ ueteres de hoc memoriæ prodiderunt.

Strabones.) Si fortassis eadem (per iocum inquit) est inter deos cognominum ratio, quæ apud nos Romanos, ubi ex uitijs corporum plerisq; progenitoribus ἐπωνυμίαι sunt indita: cuiusmodi plurima cùm ex Plinio, tum ex alijs classicis scriptoribus collegit Alexander ab Alexandro, lib. Genialium dierum 1. cap. 9.

Detur.) Concessio. At non Aegyptij.) Aegyptiorum superstitionem non catholici modò & ecclesiastici scriptores exagitant, sed ex Ethnicis ipse Lucianus, cuius uerba ex sacrificijs huc adscribemus: ὦ δ' ὃς πλὴν ἀλυσιτέλου ἄλθης, τόδε δὴ τόδε ὄψει πολλὰ τὰ σημεῖα, μὴ ὡς ἀληθῆ ἄξια τοῦ ἡγεμονικωτέρου μὲν τὸν βίον, λιωτερέσσω

πον δὲ τὸν βέλτιστον ἑρμῆν, καὶ τὸν πᾶνα ὅλον τράγον. καὶ ἴβιν τινὰ, καὶ κροκόδειλον ἕτερον, καὶ πίθηκον. Ex Ecclesiasticis Arnobius, & præcipuè Eusebius in 2. de Præparatione: cumq; hoc Cyrillus etiam. sed nos Epiphanij uerba ex Ancyroto adscribemus: πλέον δὲ πάντως αἰγύπτιοι πλανηθέντες, οὐ μόνον τὰ ἴδια πάθη ἐσεβάστησαν, ἀλλὰ πτηνὰ καὶ τετράποδα, χερσαῖα τε καὶ ἔνυδρα, καὶ ἀτίθασσα τινὰ θηρία, καὶ τὰ εἰς δοῦλα αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου θεοῦ παραδοθέντα, τῇ τάξει μετήλλαξαν, καὶ ὡς ὄντες τῇ διανοίᾳ κτηνώδεις, ὑπερσέβουσι τὰ ζῶα τὰ παρ' αὐτοῖς θεοποιοῦντες. καὶ οὐκ αἰσχυνόμενοι, κῦνα τὸ ὑλακτικὸν, αἴλουρον τὸ ἑρπετοφάγον, τράγον τὸ ἀκόλαστον, πρόβατον τὸ βληχρὸν, κροκόδειλον τὸ πολυσχιδὲς καὶ ἀμειδέστατον, ἴβιν τὴν ἰοβόρον, καὶ ἰκτῖνα, καὶ ἱέρακα, καὶ κόρακα τὰ δουλοπρεπέστατα, ὄφιν δὲ τὸ σκολιὸν καὶ ἀκλέστατον, &c. Nemo tamen de dijs atq; religione Aegyptiorum copiosius scripsit, quàm Herodotus in Euterpe, cuius testimonijs in his explicandis utemur plurimum.

Nec ferè cuncta Barbaria.) Addit enim his Lucianus Phrygas quoq;, & Lydos: Eusebius Phœnices etiam, & Atlantios: Babylonios, Arnobius: alios alij.

A' nostris.) Marsus Verrem notari putat: ni fortassis alij addi possunt, ex Valerio de neglecta religione.

At uerò.) Herodotus, τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ, ἢν μὲν ἑκὼν, θάνατος ἡ ζημίη· ἢν δὲ ἀέκων, ἀποτίνειν ζημίην τὴν ἂν οἱ ἱρέες τάξωνται. ὃς δ' ἂν ἴβιν, ἢ ἥρακα ἀποκτείνῃ, ἤν τε ἑκὼν, ἤν τε ἀέκων, τεθνάναι ἀνάγκη. Similia sunt apud Philostratum libro sexto de uita Apollonij, & Arnobium lib. 8.

Apim sanctum illum.) Vt plurimi scriptores huius meminerunt, ita uix alia est ex antiquitate intricatior quàm Apidis historia. Theophilus lib. 1. aduersus Autolycum, Serapim (idem enim est Apis ac Serapis, ut pòst patebit) profugum Sinopa Alexandriam uenisse ait. Arnobius

nobius lib. 1. Syriapis, inquit, Peloponnesi proditus, in Aegypto Serapis nominatus. Suida referente, fuere qui dicerent, prædiuitē illum regem fuisse, in urbe Aegypti Memphitide, qui in maxima annonæ caritate Alexandrinorum prouentibus eos aluerit, eiq; mortuo templum fuisse constructum, bouemq; illi nutritum, agricolæ symbolum gerentem. Vulgatior sententia est, cuius Augustinus, Varronem autorem citans, & Eusebius Græcorum historicorum testimonijs nixus, meminerunt: Apim Argiuorum regem, nauibus in Aegyptum transuectum uenisse, mortuumq;, ex Api Serapim fuisse nominatum. ubi rursus uariant scriptores. alij ipsum in σορὸν, id est, arcam positū, atq; pro Deo cultum fuisse: alij, in uiuis ipso adhuc existente, bouem mortuū in σορὸν positum, Aegyptijs colendum tradidisse. Priori sententiæ libentius subscripserim. Hinc factum esse aiunt, ut per ἀντίστοιχον Serapis, pro Sorapis, post mortem nominaretur. Postea etiam Sarapin, Suida & Aristæo: Syriapin, Arnobio, testibus, nominatum fuisse legitur. Epiphanius hunc Inachum fuisse dicit: sed Eusebio teste, tertius ab Inacho fuit, quod etiam ex Argiuorum regum catalogo manifestum est, quem Tatianus contra Græcos scribens recitat. Quam rem etiam Boccatius lib. 2. Genealogiarum cap. 4. longius prosequitur. Plures fuerunt qui eundem ipsum cum Osiride dicant: in quibus sunt Strabo, Tacitus, Arnobius, Martianus. Diodorus Iouem Ammonem, Pana et Plutonem. Herodoto etiam Apis Epaphus dicitur. Tacitus præterea Aesculapium, Iouem atq; Ditem: Macrobius, solem esse Apim docet. Quibusdam, Suida referente, Nilus est, & Iosephus, qui Aegyptum annonæ difficultate leuauit. Clemens lib. 1. Mosen mortuum bouino Apidis simulacro, aurei uidelicet uituli capite, cultum ab Ægyptijs scribit. Lactantius uerò lib. 4. cap. 10. Apidis cultum à populo Israelitico in solitu

 dine instau-

dine instauratum esse credit, cum absente Mose aureum uitulum conflarent. Strabo, & alij, etiam alios boues in Aegypto cultos fuisse memorant. De Api boue lege præter Strabonem, Diodorum, Herodotum, etiam Pomponium Melam, Plinium, & Solinum, qui formam & rationem sacrorum graphicè depingunt. Infiniti negotij erat, hæc plenius pertractare. Mercurialis statuæ munere fungi malui, quàm totam hanc Apianam historiam conscribere. Qualis Apidis bouis diuinitas sit, pulchrè demõstrat historia Cambysis: qui cum in Ægyptum uenisset, sacerdotes iussit ut sibi Apim adducerent: & ictu fecit ut intelligerent, qualem Deum colerent, qui carne & sanguine constaret. Historiam ex Herodoto citat Hieronymus in Ezechiele. Propositio fuerat, deos figura humana non constare. Eam enim esse opinionem uulgi, à pictoribus et statuarijs credulitati hominũ persuasam, cum etiam Ægyptij deos suos non sub humana, sed bestiali forma coluerint: et apud diuersas nationes, etiam eundem sæpe Deum alijs atq; alijs formis atq; habitibus coli. Vnde sequuntur diuersarum Iunonum exempla.

Sospitam.) Iunonem Numini Ægyptiorum proprio subijcit, quæ apud Ægyptios, si Herodoto credimus, ne nominatur quidem, Græcis tamen & Latinis communem. Quatuor Iunones inter se confert: duas Sospitas prius, unam nimirum, quæ Romæ colebatur, cuius templum in Palatino fuisse memoratur: alteram Lanuuinam. Romanorum Sospita, Lanuuinorumq; Iuno, uelut eadem hic suo depingitur habitu. Fuit enim eadem, id quod ex oratione pro Murena colligitur, sub cuius finem sic legimus: Conseruate populi Romani beneficium: reddite reipub. Consulem, date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi & familiæ, date etiam Lanuuio municipio honestissimo, quod in hac causa frequens mœstumq; uidistis. nolite à

lite à sacris patrijs Iunonis Sospitæ, cui omnes Coss. facere necesse est, domesticum et suum Consulem potissimum auellere. Anno ab urbe C. L. Furio Camillo, C. Mænio Coss. cum de singulis Latinis ciuitatibus post Latinũ bellum referretur, decretum est, decretoq; (ut inquit Liuius libro 8.) Lanuuinis ciuitas data, sacraq; sua reddita, cum eo, ut ædes lucusq; Sospitæ Iunonis communis municipibus cum populo Romano esset. Nescio an ideo pelle caprina induta pingatur, quòd à Lacedæmonijs αἰγοφάγος, id est, capriuora dicta fuit: atq; hoc illi nomen ab Hercule inditum, quòd cæteris hostijs deficientibus, capras ei primus mactauit. Nec desunt qui putant, ab hoc Caprotinam Latinis dictam. sed Macrobius à caprifico mauult. Deinde hastam illi tribuit, unde Curitin dictam putant. Ouidius:

Siue quòd hasta Curis priscis est dicta Sabinis.

Statuæ siquidem ipsius hastatæ uisebantur, & simulacra innitebantur hastis. Hinc est quòd Bellonam alij, alij Palladem hanc esse uoluere. Huc facit etiam quod Hesiodi enarrator ἥραν ψυχικῶς τὴν ἀνδρείαν significare ait. Hinc ἐνυὼ apud Lycophronem cognominatur, παρὰ τὸ ἀνύω, quasi pugnatrix. Item ὁπλοσμία. Armata siquidem in Elide etiam colebatur. Scutatam nondum uidere contigit: sed cæstu armata, apud Arnobium spectatur. Cicero tribuit illi calceolos repandos. Sed Hesiodus etiam Argiuam aureis calciamentis incedentem fingit, statim ab initio Theogoniæ:

καὶ πότνιαν ἥρην
ἀργείην, χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβαῦιαν.

Vnde paulo post χρυσοπεδίλου epitheton illi tribuit. Verùm qualis Arigiuæ habitus fuerit, nondũ apud quenquã legi. Neq; intelligo, quid illud Iunonis simulacrũ sibi uelit, quod à Suida ponitur, forficẽ tonsoriam gestans, corpusq;

purum commonstrans: nisi quantum ab ipso significatur, nempe quòd aerem purum exhibeat. Quanquã hæc nihil huc pertineant. Sed nec de Argiuæ figura præterea quicquam habeo. De sacris hoc celebratißimum est, quòd Argis in ara Iunonis nulli externo aut peregrino sacrum facere permittitur. Deinde quod apud Platonem in Axiocho, apud Herodotum in Clio, apud Plutarchum semel atque iterum, & ex eodem apud Stobæum, item apud Valerium, Higynum, & Phurnutum etiam legitur. si fortasse requiras, subijciam uerba Herodoti: καὶ δὴ καὶ λέγεται ὧδε λόγος. ἐούσης ὁρτῆς τῇ Ἥρῃ τοῖσι ἀργείοισι, ἔδει πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγεϊ λευκοβοΐνῳ ἐς τὸ ἱρόν. οἱ δὲ σφι βόες οὐ παρεγίνοντο ἐν ὥρῃ, ἐκκλησιζομένοισι δὲ τῆσι ὥρῃσι οἱ νεηνίαι, ὑποδυόντες αὐτοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην, εἵλκον τὴν ἁμαξαν. ἐπὶ δὲ ἁμάξης δὴ σφι ἐχέετο ἡ μήτηρ. τοιῇδε δὲ πέντε καὶ τεσσεράκοντα διανομισάντων, ἀπίκοντο ἐπὶ τὸ ἱρόν. ταῦτα δὲ σφι ποιήσασι, καὶ ἐφθῆσι ὑπὸ τ' ἀεκηκύρου, τελευτὴ τ' βίς ἀρίστη ἐπιγίνεται. δείκηξί τε ἐν τούτοισι ἡ θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνεάναι μᾶλλον, ἢ ζώειν. ἀργεῖοι μὲν νῦν περιστάντες, ἐμακαρίζον τῶν τεκνίων τὴν γνώμην. αἱ δὲ ἀργεῖαι, τὴν μητέρα αὐτῶν, οἷον τέκνων ἐπύρησε. ἡ δὲ μήτηρ περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ τε ἔργῳ καὶ τῇ φήμῃ, στᾶσα αὐτίον τοῦ ἀγάλματος, εὔχετο ἐλθεῖν τι καὶ δόσιν τοῖσι ἑωυτῆς τέκνοισι, οἵ μιν ἐτίησαν μεγάλως, δοῦναι τὸν θεὸν τὸ ἀνθρώπῳ τυχεῖν ἀρίστον ἔστι. μετὰ ταῦτα ἡ τῶν σύχνων, ὡς ἔθυσάν τε καὶ συνεχάθησαν, καὶ παρακοιμηθέντες ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ οἱ νεηνίαι, οὐκέτι ἀνέστησαν, ἀλλ' ἐν τέλει τούτῳ ἔσχοντο. ἀργεῖοι δὲ σφέων εἰκόνας ποιησάμενοι, ἀνέθεσαν ὡς φιλτάτους, ὡς ἀνδρῶν ἀρίστων γενομένων. Per Romanam ego Magnam intelligo, quam Virg. κατ' ἐξοχὴν hoc epitheto insigniuit,

Iunonis Magnæ primùm prece numen adoro.

Et Ouidius in Fastis,

Monte sub Exquilio multis incæduus annis

Iunonis

Iunonis Magnæ nomine lucus erat.

Quam eandem Reginam appellant, et Bonam, & Curitim. Sed neq; hoc mihi ociosum uidetur, quod paulo superius dixit, ne in somnis quidem Velleium uidere nisi cum pelle caprina. Epicurei siquidem contendunt, insomnijs credendum non esse. Ita infrà est in lib. 1. de Diuin. Quoties, inquit, senatus Decemuiros ad libros ire iußit? Quantis in rebus, quam que sæpe, responsis aruspicum paruit, Cæciliæ Q. F. somnio? Modò Marsico bello templum est à senatu Iunoni Sospitæ restitutum, quod quidẽ somnium Sisenna cum disputasset, mirificè ad uerbum cum re conueniisse, tum insolenter, credo, ab Epicureo aliquo inductus disputat, somnijs credi non oportere.

Capitolini.) Romanæ historiæ docent, Capitolium ab humano capite ibi inuento nuncupatum fuisse. Vbi Iupiter Opt. Max. (sic enim Capitolinum nominant) haud dubiè humana forma colitur. Ammonius autem, uel Arnobio teste, cornibus arietinis fingebatur.

Physicum.) Arrogarunt enim sibi Epicurus & Epicurei, physicæ professionem, ut alicubi de Finib. legimus. scripsit enim de natura libros 37.

Iouem barbatum.) πωγωνίτην. Iupiter tamen Anxurus imberbis, & sine nouacula fingitur, quasi ἄνευ ξύρου, ut Seruius ait in 7. Nam circa Circæum Iupiter imberbis, adhuc puer colitur, & Iuno puella. Adeò inualuit opinio, Iouem barbatum esse, ut arbor apud Plin. sit, quæ Iouis barba appellatur.

Apollinem semper imberbem.) Hac publica opinione etiam Dionysius imbutus fuit, qui putabat parum conuenire, Aesculapium barbatum conspici, patre Apolline imberbi. Quanquam in Petri Appiani antiquitatibus, Aesculapij simulacrum imberbe conspicitur. Quòd Apollo imberbis fingitur, mythologi exponunt, quòd sol semper iuuenis,

per iuuenis, tanquam omni die nouus oriatur: sed Hieropolitani, ut est apud Macrobium scriptum, omnes solis effectus atq; uirtutes ad unius simulacri barbati speciem redigant, eundemq; Apollinem appellent.

Cæsios oculos Mineruæ.) Hinc non apud Homerum duntaxat, sed etiam apud alios poetas γλαυκῶπις ἀθήνη. Hinc etiam Verg. Mineruam flauo lumine dixit. Rationes uarias uarij assignant. Sunt qui sic dictam putant, διὰ τὸ λαμπρὸν καὶ περιβλεπτὸν τὸ ἄρρεν, quòd illustris sit, & conspicua: alij διὰ τὴν ἀδρὰν γλαυκήν: alij μεταληπτικῶς, ἢ λαθαρῶς καὶ ὀρθῶς ὁρῶσαν τὴν μέλλουσαν τὰ πράγματα, quòd liquidum de rebus habeat iudicium. Plurimorum autem sententia et consensus transfert ad toruitatẽ uultus. nam quo sæuiora quæq; sunt animalia, hoc truculentiorẽ seu κατὰ πλησιώτερον habent uultum. Et huic sententiæ subscribunt Phurnutus, Hesiodi et Homeri commentatores. Huc respexisse uidetur etiam Ouidius in hoc: Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes. & Lucianus, cui χαροπὴ, κατ' αὐτίφρασιν, & φοβερὰ, & δεινῶς αἰδεσιμὴ dicitur. unde etiam γοργωπὸς, quasi τοῦ γοργοῦ ὀπὸς. Quin & Iuno pari modo βοῶπις ab Homero nominatur. Sed nemini est ignotum, γλαῦκας, id est, noctuas Palladi sacras esse. Nam & Ouidius Palladis auem noctuam periphrasi nominat. Vnde etiam noctuæ imago in numismatis Athenien sibus, teste Aristophanis commentatore, qui γλαῦκας etiam λιπαρὰς dictas asserit, à uoce λιπαρεῖν, quam Aristophanes huic in Auibus tribuit. Pausanias in Att. addit præterea etiam aliam rationem: quòd Mineruæ simulacrum glaucos oculos habeat, ad Pœnorum fabulam spectare. Natam siquidẽ ex Neptuno, qui glaucos oculos habeat: idq; secundum Pœnorum fabulam.

Cæruleos Neptuni.) Vnde apud Ouid. 1. Metamor. Nec cœlo contenta suo est Iouis ira, sed illum

Cæruleus

Cæruleus frater iuuat auxiliaribus undis.

Hunc colorem alij à cœlo, alij à cærula auicula deriuant, quæ & λυαγὶς dicitur. Hic aeris color est, & tranquilli maris. Hinc λυγκοχαίτην poetæ Neptunum, teste Phurnuto, uocant: quòd cæruleam comam habeat. Virgilius huic etiam cæruleum currum tribuit.

Alcamenes.) Præclara huius monumenta memorantur cùm apud Pausaniam & Plinium, tum etiã apud Tzetzem in uaria historia: nullibi tamen huius Vulcani. Quod Agoracrito populari suffragio palmam præripuit Alcamenes, cum multis commune habuit. Cæterùm claudicatio Vulcani ex Homero & Luciano satis nota est. Missas facimus mythologias, quia huc parum faciunt.

Pontificijs quidem nostris.) Ratione officij istæ dixit. Nam ipsum pontificem fuisse, in superioribus intelleximus. de cuius officio, præter alios, lege Alexandrum ab Alexandro, in Genialibus diebus lib. 2. cap. 8. Libri 7. de Iure pontificio ab ipso Numa scripti fuere.

Quum una facies.) Ad quàm præclarã unius Dei confessionem te ratio ductura erat, ô Cotta, nisi ἀκατάληψία tua te retraheret: ad quam Velleium magis, quàm ad ueritatem, impellere satagis.

Apud omnia figilla.) **Vor einem jedtlichen götzlin.** sicut dicimus, ad omnes aras fieri supplicationes. Diminutiuum extenuationem ironicam habet. Nam sigillum non σφραγίδα, non σύνθημα, id est, tesseram bellicam, sed τὸ ἄγαλμα hoc loco significat. Significat autem hæc sigilli nomen, uel Prisciano teste.

κυρίας δόξας.) κυρίαι δόξαι numerãtur à Laert. inter συγγράμματα ipsius. Cic. de Fin. 2. Quis enim uestrûm nõ edidicit Epicuri κυρίας δόξας: id est, maximè ratas. quia grauissimæ sunt, ad beatè uiuendũ breuiter enunciatæ sententiæ. Hæc κυρία δόξα repetitur à Lact. libro de Ira Dei. cap. 4.

Minimè

Minimè uafro.) *Sic in Tusc. quæst. uir minimè malus, uel potius optimus appellatur. & rursus alibi, Epicurei minimè malitiosi. Tolerabilis error est, qui non ex uafricie magis, quàm ex simplicitate oritur. Conciliat sibi hoc modo Velleium, ne acerbius in eum dixisse uideatur. Fit translatio criminis.*

Dubium.) *Ratio erroris, ab amphibologia.* **Metrodorum.**) *Quem paulo inferius collegam sapientiæ Democriti appellat.*

Aut solem.) *Quæ Cleanthis Stoici sententia fuit, ne ipsum in suam potius, quàm alienam sententiam trahere uelle uideatur.*

Vnius orbis.) *Eorum scilicet, quos à tropico cancri ad æquatorem, ab æquatore ad tropicum capricorni ultra citraq; describit, 182.*

Eisdem incensa radijs.) *Plin. libro 2. capite 9.*

Disparibus temporibus.) *Vide Plin. lib. 2. cap. 8.*

Ecce tibi uersiculos Ioannis Honteri:
Accipe quo spacio perlustrent signa planetæ.
Saturnus cursum duodena per astra rotatum,
Motu retrogrado ter denis conficit annis.
Bissenisq; Iouis bissena perambulat astra
Sidus, at ipse duos graditur Mars amplius annos.
Sol in se sua per uestigia colligit annum.
Signa Venus, dubiusq; anno minus amplius Hermes,
Sed bis quindenis percurrit luna diebus.

Quo loco ea quæ hac de re annotanda uisa sunt, annotauimus: & relinquimus hæc diligentius tractanda alicui, qui fortè librum de Vniuersitate scholijs illustrandum susceperit. **Vt, si Seriphi natus esses.**) *Non hic de lepusculis, aut uulpeculis Seriphijs dicendum est, sicut ranæ Seriphiæ in prouerbiũ abierunt. Video Seriphum per antonomasiam pro ignobili & obscura, & contempta, propter*

propter sterilitatem & asperitatem, insula usurpari, non tamen sine comparatione. Nam sicut in exemplo Themistoclis (quod in Catone Maiore habuimus) Seriphius obscurus cum Atheniense nobilissimo confertur: ita hoc loco Seriphius, hoc est, homo simplex & rerum imperitus, cum homine polytropo & probè exercitato, & ut Homerus de Vlysse prædicat, qui multas terras, multorumq; hominum mores uiderit, comparatur, neq; id sine prouerbiali quadam ratione. Nam huc respexisse arbitror etiam Aristophanem in Acarnanibus:

φέρ' εἰ λακεδαιμονίων τις ἐκπλεύσας σκάφει
ἀπέδοτο φῶνας κυνίδιον σεριφίων.

Quo loco (id quod ex interprete clarius est) Lacedæmonio Seriphius opponitur, sicut Atheniensibus Megarenses. Simili modo hic lepusculos & uulpeculas minorum gentium animalcula, cum regijs illis & heroicis animalibus, leonibus & pantheris, imò elephantibus quoq;, pari agnominatione conferri, obseruare licet.

Beatos esse.) *Hinc apparet, quàm facilis fit Academico cũ Epicuro, id est, disserendi ratione instructo cum dialectices ignaro disputandi occasio. Soritem, hoc est, acerualem (ut Cicero alibi uocat) conclusionem Epicureus fecerat: sed quia unus gradus uacillat, tota iam argumentatio languet.*

Dij enim semper.) *Ab antecedentibus.* **Sed nostra diuina.**) *Verè hoc, si satis rectè. Mente siquidem, non corpore diuinam formam gerimus.*

Vtinam tam facile.) *Lactan. lib. de Ira Dei, cap. 11. indicat Ciceronem potuisse quidem errores falsæ religionis dissoluere: ueram tamen, quam ignorarit, nec ipsum, nec alium quenquã potuisse inducere. Adeò, inquit, & ipse testatus est, falsum quidem adparere, ueritatem tamen latére. adducit hæc ipsius uerba: Vtinam, inquit, tam*

tam facilè uera inuenire possem, quàm falsa conuincere. Quod quidem non dissimulanter, ut Academicus, sed uerè, & ex animi sententia proclamauit, quia ueritas humanis sensibus erui non potest. quod assequi ualuit humana prouidentia, id assequutus est, ut falsa detegeret.

Transit paulatim ad reliquas diuisionis partes.

Extrema.) Externa fortè: sic enim editiones quædã etiam habent. Sic medici hominis anatomen diuidunt, ut una pars sit τῶν ἐκτὸς μορῶν, altera τῶν ἐντὸς. De qua, ut breuiter, ita dilucidè scribit autor εἰσαγωγῆς, siue Galenus hic sit, siue alius. Hanc humani corporis anatomen in Deo nec uenustam esse, nec utilem, Cotta demonstrat.

Metrodorus.) Duo Metrodori Epicuro familiares fuerunt, alter Stratonicensis, qui se pòst ad Carneadem contulit, cuius etiam Cicero alicubi mentionem facit. Hic uerò Atheniensis fuit. quem paulo pòst Epicuri collegam Cicero noster appellabit, qui ante Epicurum 7. annis uita functus traditur, eiusq; liberis Epicurum testamento prospexisse. Hic nihil nuncupatim aduersus eos, quos Cicero hic memorat, scripsisse apud Laert. legitur, sed aduersus Democritum. Hermachi uerò referuntur à Laertio, de Empedocle Epistolic. 22. ad Platonem περὶ μαθητῶν: ubi interpres uidetur legisse μαθημάτων: atq; rursum ad Aristotelem.

Leontium.) λεοντίαν Laertius, Epicurus ipse in quadam epistola λεοντάριον blando diminutiuo salutat. Quanquam & hoc diminutiuum est, sicut etiam aliarum, quæ cum ipso & Metrodoro consuetudinẽ habuisse dicuntur, μαρμάριον, et sine diminitiuo ἡδεῖαν, nomine omnino Epicureo, item ἐρώτιον & νικίδιον. Amarunt, inquam, eam Epicurus & Metrodorus iuxtà. Athenæus lib. δειπνοσοφ. 13. Οὗτος οὖν ἐπίκουρος οὐ λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην τὴν ἐπὶ ἑταιρείᾳ διαβόητον γενομένην; ἢ δὲ οὐχ ὅτι φιλοσοφεῖν ἤρξατο ἐπαύσατο

ἐπαύσατο ἑταιροῦσα πᾶσι τε τοῖς ἐπικουρείοις συνεῖν ἐν τοῖς μήποις. ἐπικούρῳ δὲ καὶ ἀναφανδὸν. ὥς τ' ἐκεῖνον πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς, τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν πρὸς ἕρμαχον ἐπιστολῶν. Fit ex hoc Ciceronis loco clarior in præfatione Naturalis hist. Plinius, ubi meretriculæ nomen obticetur.

Epicuri hortus.) Nam sicut Platonis Academia, Zenonis porticus, ita & Epicuri hortus celebratur. Horti huius iam suprà in uerbis Athenæi mentio facta est: et aliquanto inferius ipse Ciceronianus Cotta, Epicurum ait hortulos suos Democriti fontibus irrigasse. Vnde Plinius lib. 19. cap. 4. Epicurum hortorum magistrum nominat. Gargetiani horti meminit etiam Statius alicubi. Hortum Hermacho testamento legauit. Hanc autẽ, quam in horto scholam habuit, Antinomacho & Timocrati, testamenti sui executoribus commendauit. Laert.

Zeno quidem litigabat.) Longa exemplorum enumeratione inducit Epicureos, suum hæresiarcham sequutos, obtrectationis uitio fuisse obnoxios: alios tamen alijs grauius cõuiciandi morbo laborasse. Intelligit autem Zenonem Epicureum, cuius etiam alibi facta est mentio. Legimus de hoc apud Athenæũ, quòd Theotimus, qui contra Epicurum scripserat, uir celebris, ab eo interfectus sit.

T. Albutius) Præter ea quæ Marsus de hoc ex Bruto annotauit, uide tu quæ Cicero in fine 5. Tuscul. quæst. & ex Lucilio in 1. Academ. quæst. scripserit. Nescio an ille sit, qui toties à Quintiliano citatur, & in 7. Declam. à Seneca celebratur.

Phædrum.) Hunc & Cicero & Atticus audiuerunt: & Atticus præterea etiam eum dilexit, id quod de Finibus lib. 1. legitur. & in 5. se cum ipso in Epicuri hortis sæpe fuisse prædicat ipse Pomponius. & ipse Cicero libro epist. 3. ad Memmium scribens, fatetur se puerum etiamnum, antequam Philonem cognouisset, audiuisse.

quo

quo loco plurima de eo non sine liberali laudis præconio commemorat. Possumus tamẽ ex illis locis colligere, quòd pertinax suæ professionis assertor fuerit.

Epicurus Aristotelem uexarit.) Non Aristotelem modò, sed etiam Platonem & Platonicos. Aristotelem luxuriæ nomine taxauit, ut qui dilapidatis facultatibus paternis, militatũ abierit. item quòd unguentariam, non (ut Laertij interpres transtulit) ueneficam fecerit. Laert. καὶ ἀριστοτέλην ἄσωτον, καταφαγόντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν στρατεύεσθαι, καὶ φαρμακοπωλεῖν. Ex interpretis lectione colliges, eum ueneficij notatum esse. Apud Athenæum uerò lib. 8. de hoc sic legimus: καί τοι εἰδὼς καὶ ἐπίκουρον τὸν φιλαληθέστατον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ, ἐν τῇ περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῴα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν. & cætera quæ ibi sequuntur. Præterea quod ab alijs apud eundem Athenæum, de Platone uerò apud Laert. τοὺς δὲ περὶ πλάτωνα διονυσοκόλακας, καὶ αὐτὸν πλάτωνα χρυσοῦν. Sed hoc nomine traducunt eum etiam scriptores ecclesiastici: quo de apud Lactan. nobis dictum est. Sed Aristoteles etiam ab alijs apud eundẽ Athenæum alibi ὀψοφάγος, alibi παιδεράστης nominatur.

Phædoni.) Fortassis seruitutem illi obiecit, de qua præter Laert. Gell. lib. secundo, cap. 18. uel, quòd capta patria coactus fuerit στῆναι ἐπ' οἰκήματος. quo loco interpres nescio quem turpem quæstum illi affingit. nisi fortassis τὸ οἴκημα pro lupanari Atticè intellexerit, quod tamen non expressit.

Timocratem.) Quem etiam testamenti sui executione grauauit. Scripsit sanè inter cætera etiam περὶ παθῶν δόξας ad Timocratem. Sed Timocrates ἐν τοῖς εὐφραντοῖς, etiam de Epicuro præceptore scripserat, quòd bis in die uomeret. Atque commemorare solebat, quòd

νυκτερινὰς ἐκείνας φιλοσοφίας, καὶ τὴν μυστικὴν ἐκείνην συναγωγὴν effugere potuerit. De quibus lege Laertium.

Democritum.) λυρόκριτον hunc festiua prosonomasia nominabat, quasi in iudicando delirantem. sicut αὐτίδωρον σαννίδωρον, & ἡράκλειτον κυκητὴν, id est, turbatorem: quod antitheseos uenustati magis congruit, quàm interpretis expositio. Appellare rursus solitus fuit Democritum γραφέα, eo quòd ne in conuiuijs quidem à literis docendis abstinuerit. Adde, quod apud eundem Laertiũ est, quòd Protagoram φορμοφόρον, hoc est, baiulum, contumeliosè appellarit. Hoc genus baiulos Gellius libro 5. cap. 3. βαστάζοντας dici ait. Sed hæc παρέργως.

Nausiphanem.) De hac discipuli aduersus præceptorem contumelia, etiam suprà facta est mentio. Laert. ὕγαγεν αὐτὸν εἰς ἔκστασιν τοιαύτην, ὥστε μὴ λοιδορεῖσθαι καὶ ἀποκαλεῖν διδάσκαλον, πλεύμονά τε αὐτὸν ἐκάλει, καὶ ἀγράμματον, καὶ ἀπατεῶνα. Eò dementiæ adegit, ut non modò illi nulla conuicia diceret, sed insuper etiam magistrum appellaret. πλεύμονα, id est, pulmonem quare dixerit, non uideo. (πλεύμων enim per antistœchon atticum, testantibus grammaticis, pulmonem significat) nisi hominem aut leuem, aut inflatum eum dicere uoluerit. Interpres etiã scorti nomen addit, quod unde acceperit, diuinare nõ possum: nisi πλεύμονα paraphrasticῶς ita exponere uoluerit, molliciem notans. Mulierculæ certè Basilienses conuiciantes, leuitatemq; alicuius parum pudicæ notantes, dicunt: Du bist des leichten fleyschs/ das man mit höltzlin in den hafen spant. Lungen enim, puellas uel mulierculas rei uenereæ indulgentes, à mollitie fortè denominant.

Apollodorum.) De hoc Apollodoro nihil dum mihi constat, nisi sit ille, qui apud Laertium κηποτύραννος, cuius Zeno Sidonius auditor fuit.

Scurram Atticum.) Idem Arnobius lib. 8. Lactant. lib. 3. cap. 20. Aliud, & honestius est, ἀγωνα eum dici.

Cilippam.) Si post Camerariũ diuinare liceret, Cilippum legerem, ut qui ἐλεγείασι βάκχῳ ἐπαινῶν χαυδῶν, quod Laertij epigramma de eo prædicat. λίασον autẽ Bacchicam hederã significat. Sed hoc etiam coactius & longius petitum est, quàm ut eruditorum aures ferre queant. Certũ uel ex ipso Laertio est, λιθύσιππον eum à Carneade fuisse cognominatum, quòd tenuis eius imago, quæ in Ceramico erat, à uicino equite ferè tegebatur. Quintilianus in capite de Risu, hoc iocandi genus frigidum censet, quod ex fictione nominis, quæ adiectis, detractis, uel etiã mutatis literis fieri solet, ducitur, ut Tollius pro Tullius. Ego ex prosonomasia huiusmodi deducta magis crediderim: qualia etiam illa superiora fuerunt, λεῴκριτος & pro Democrito, σαννίδωρος & pro Antidoro: & illud Gentilium aduersus Christianos, quos testib. Theophilo, Tertulliano, & Lactantio, Christianos nominabant: & nostri seculi conuiciatores, fratres in Christo, fratres in cista nominant, phrasin scripturæ in odium uocantes. Ex hoc genere nascuntur, ἐπαιωρεβώνες dissimulatæ: ut, conciionatores, conuiciatores dicere debebam. Vtuntur etiam lingua uernacula, euangelisch/ewighellisch/ & eygenwillisch: predicanten/preditanten.

Ingressus, cursus.) Et cætera quæ dialectici λῆξιν & συνηξιν uocare solent.

Mares deos, & fœminas.) Nam etiam in sacris et uotis nuncupandis, conceptis uerbis deos deasq; inuocabant. Sed aduersus hanc uanitatem apud Lactan. dictum abunde est. Siue beatitas, siue beatitudo.) Quintilianus lib. 8. cap. de Ornatu, de fingendis nouis, & formandis uerbis disputans, hoc exemplum ex Cic. repetit.

Sexcenta millia.) ἄπαγα. Certus numerus pro incerto

certo. Extorquet autem obiter Epicureo, sua ipsius confessione, non plures quàm unum esse mundum. Nam Epicurei nihil statuunt, quod non uiderunt: mundos autem plures quàm unum non uiderunt: ergo plures statuere non possunt. Simia.) Simia nihilominus est simia, etiamsi aurea gestet insignia. Cæterùm quæ simia cum homine communia uel similia habeat, lege apud Plin. lib. 11. cap. cap. 44. Aristot. lib. 2. de Hist. animalium, cap. 8.

Elephante belluarum.) De huius natura & ingenio, Plin. decem prioribus capitibus libri octaui: & ex eo Solin. cap. 38. ante ipsum Aristot. lib. 9. Animal. hist. 46. Ioan. Tzetzes Chil. 4. de Varia hist.

Domicilia.) Sic eleganter Cicero uocat ea quæ medici membra uitalia nominant, & quæ Græcis μόρια λυμαντικά, partes principales, uel membra principalia dicuntur. In quibus cor nõ sanguinis modò, ut Plato inquit, sed totius uitæ fons est. nec magis ideo domicilia uitæ dicuntur, quòd læsa, seu, ut medici loquũtur, σφακιλιζόμενα, uitã auferunt: quàm quia primùm ex semine nata per spiritum uitalem seu animalẽ motus uoluntarios excitãt. Argumenta hæc sunt à partiũ enumeratione plus quàm necessaria, eaq; negantia.

Qui ex operibus.) Quæ opera ob idipsum γνωστὸν τοῦ θεοῦ ad Romanos appellauit. Et hæc sanè naturæ lex, Paulo & Barnabæ Lystris uerum Deum docentibus argumentum fuit. Act. 14. Lege de his copiosè disserentem Plut. lib. 1. Placit. cap. 6.

Galeatæ.) De barbato Ioue paulo ante dictum est. χρυσοπήλεξ Callimacho, quo Epitheto auream illi galeam tribuit. Alij pingunt eam in dextra malũ Punicum, in sinistra galeam gestantẽ. Galeatam eam etiam imagines, quæ hodie uisuntur, repræsentant. Expositionẽ si quæris, audi Hesiodi interpretẽ dicentẽ ἐπλήσιμελήν ὑ φρένωσε λίο

γενή, unde etiã Iouis cerebro nata fingitur. Neq; aliud sibi hanc fictionẽ uoluisse credit Heraclides Ponticus, quàm quòd prudentia roboris temeritatem & iram impotentem regere debeat, & moderari. ideoq; Homerũ finxisse, Pallas iratum Achillem à temeritate facinoris retrahat.

Dant enim arcum.) Non arcum modò, sed etiam aureum arcum Apollini poetæ tribuunt. Vnde non τοξότης modò, uel τοξοφόρος, ut Homero, sed χρυσότοξος Pindaro dicitur: & in hymnis Homerus, ἀργυρότοξος epitheton illi tribuit. Sed arcum, sicut etiam sagittas, cum sorore & Cupidine communes habet. Vnde Diana etiam τοξοδάμας & Lycophroni nominatur: sicut Ouidio iaculatrix, Homero & Hesiodo ἰοχέαιρα. Nam apud Callimachum non modò uirginitatem à patre petit, sed etiam sagittas & arcum: neq; illa magnopere, Cyclopas enim illi sagittas facturos.

Hastam, clypeum.) Vtrumq; Palladi, quam δορυσσύτειρα ob id, quasi hasta pungentem, Phurnutus dictam testatur. Palladium item, quod cœlitus ceciderat, dextra hastam, sinistra colum & pensum gestabat, ut ex Apollodoro Isacius. Apud Verg. autem Aeneid 2. fingitur,

Parmamq; ferens, hastamq; trementem.

Apud Hom. etiam sub Mentis forma hastam gerit, Odyss. α. & sub persona sua eodẽ depingitur à poeta his uerbis:

εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ἐξὶ χαλκῷ,
βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν. Deinde usum addit:
τῷ δάμνησι τίχας αὐδρῶν ὑρώων.

Pindaro ἀγχέβρομος, ab hastæ concussu. Cæterùm à clypeo, Valerius Flaccus pectus ægisonum illi tribuit, lib. 3. Vnde armisona quoq; Vergilio dicta. Phurnutus tradit, ægidos eam cum Ioue participem esse. In clypeo autem Gorgonis caput fuit, unde ipsa quoq; Gorgonia dicta.

Fuscina.) Neptuni tridentẽ intellige, unde Ouidio Tridentifer.

dentifer. et apud Verg. in 1. Neptunus ad uentos de Æolo:

Regiq; hæc dicite uestro:
Non illi imperium pelagi, sæuumq; tridentem,
Sed mihi sorte datum. Vnde Pindarus cum ὀρσοτριαίναν, ἀγλαοτριαίναν, εὐτριαίναν nominat. Phurnutus hisce uersiculis causam assignat:

Καὶ δ' αὐτὸς ἐννοσίγαιος & ἔχων χείρεσι τριαίνας
ὑγρὴν· ἐν δ' ἀρχὰ πάντα διαμέδλια δῶκε δύρασθαι.

Fulmina.) Vnde uaria cùm apud Pindarum, tum apud alios poetas epitheta sortitur: λιγραύνος, βαρυέπας, ἐριβρεμέτας, λιγραυνῶν τε πρύτανις, ἀργικέραυνος. Item à tonitru, ut Latinis altitonans. ita eidem Pindaro βροντᾶς ἐλατὴρ, ἀϊολοβρόντης. Quare fulmina Ioui assignentur, lege apud Plin. lib. 2. cap. 20. & quæ fulmina illi assignentur, eodem, cap. 51. et apud Senecã in Naturalib. quæst. lib. 2.

Velut ibes.) Cicero & Plinius latinè pariter declinant. Pompon. Mela Græcorum more impariter, græcis etiam usus casibus. Socrates apud Plat. Phædro, narrat hanc alitem dæmoni Theut sacram in Ægypto esse. Plin. lib. 10. cap. 28. Inuocant & Ægyptij ibes suas contra serpentium aduentum, & Cyrenaici Achorem deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, postquam litatum est illi Deo.

Gorneo rostro.) Nam illis uenenum nihil nocet. Aristoteles & Plinius ibidum alias albas, alias nigras tradunt. Herodotus in Euterpe nigris cum serpentibus certamen esse scribit, quas his characteribus depingit: εἶδος δὲ ἰβὶ & τόδε. μέλαινα δεινῶς πᾶσα, σκέλεα ὑ γερίου γεράνου, πρόσωπον δὲ ὅτι τὰ μάλιστα ἐπίγρυπον· μέγαθος & ὅσον περιξ. τὴν μὲν δὴ μελανίνων τῶν μαχομένων πρὸς τοὺς ὄφεις, ἤδε ἰδίη.

Quum uolucris, anguis.) Cum uolucres angues: antiquiores editiones emendatius legunt, quam lectionem etiam Marsus sequutus uidetur. Volucres siquidem serpentes sunt,

tes sunt, quos ibes ab Ægypto prohibent. Nam Solinus pennatos illos angues dicit, sicut Herodotus πτερωτοὺς. Quanquam idem Herodotus paulo pòst istos serpentes depingit his coloribus: τοῦ δὲ ὄφιος ἡ μορφὴ, οἵη περ τῶν ὕδρων. πτίλα δὲ οὐ πτερωτὰ φορέει, ἀλλὰ τοῖσι τῆς νυκτερίδος πτεροῖσι μάλιστά κῃ ἐμφερέστατα. Quibus uerbis non pennatas illis alas, sed glabras, & uespertilionis ad modum similes tribuit. Horum tam citum uirus, inquit Solinus, est, ut morsum antè mors, quàm dolor insequatur.

Ex uastitate Libyæ.) Solinus ex Arabicis paludibus eos uolare ait, Herodoti nimirum autoritatem sequutus. Et sic impoßibile fuerit, Africo uento serpentes in Ægyptum agi.

Viuæ.) Viui malim, ut ad serpentes referatur. Addit Diodorus Siculus, ibes Ægyptijs utiles esse ad locustas et bruchos. sic enim legendum censeo. Nescio an κνώδαλα illa sint, quæ Nicander in Theriacis τῇ φαλαίνῃ similia, in Ægypto uenenosa esse memorat.

Ichneumonum.) Serpens ichneumon ictidi similis, teste Nicandro. Hunc Euseb. ab Ægyptijs coli ait, quòd oua crocodilorum conterat, & luto conuolutus, cum os aperiant, ita in uentres insilire soleat, ut exesis intestinis eos interimat. De quo, quia ipse Cotta etiam breuitati studet, locos indicasse satis erit. Lege Arist. de Hist. animaliũ lib. 9. cap. 6. Plin. li. 8. cap. 24. et 25. Plut. πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. Nicander in Theriacis, ichneumonem cum aspide magis celebrat, cuius tamen & Aristot. & Plin. etiam meminerunt.

De crocodilorum.) Crocodilum alij Ægyptijs sacrum esse uolunt, alij secus, teste Herodoto, ex quo Plinius pleraq; in crocodili descriptione sumpsit, adiectis ex Aristotele plusculis. Sed apud Plut. de Industria animalium, non sacros modò, sed sacerdotibus etiam tractabiles esse legimus.

legimus. Felium.) Eusebius felem coli dicit, quòd adscuta facienda conducat. Herod. autem eas diuina negotia obire scribit, nempe si sacerdotes ignem sacrum extinguere neglexerint, ipsas excubias agere. Plin. in Rhadata Arabiæ oppido etiam felem auream sacram esse dicit. Strabo lib. ultimo, plura animalia in Ægypto tanquam sacra commemorat, partim quæ uniuersi colant, partim quæ singuli.

Sed ne factum.) Remoto Est secundi adiecti, remouetur etiam Est adiecti tertij.

Nihil habet.) Ostendit absurdũ, per similitudinem.

Verum sit sanè.) Concedit partem, ut summam obtineat. Vt terra infimum teneat.) Enumeratione partium, Epicureorum Deum ita excludit ab uniuersitate, ut nuspiam illi locus relinquatur.

Quæ igni nasci putantur.) Pyraustam & pyralin Plin lib. 11. cap. 36. nominat. Nescio an eadem sit, quæ prouerbio, Pyraustæ interitus, locum fecit, & ab Aeliano describitur: uel etiam, quæ apud Aristotelem alio nomine κλῆρος, mellificio officit.

Hulcus est.) Vide prouerbium, Hulcus tangere.

Cogitatione.) ἐννοίᾳ. Intelligit autem ipsam prolepsin, seu anticipationem, qua de antè in Vellei disputatione dictum est, ad cuius iam confutationem Cotta se accingit. Reliqui autem philosophi τὴν κατάληψιν aut αἰσθήσει fieri dicunt, ut album nigrum, asperum leue, &c. aut λόγῳ, ut Deos, Deiq; prouidentiam. Atque hæc Stoicorum, tradente Laertio, potißimum est opinio.

Vt similitudine & transitione.) Laertius in uita Zenonis, lib. 7. indicat, ex Chrysippi opinor doctrina, aliquot esse καταλήψεως, id est, comprehensionis modos, qui ut melius huic rei inseruiant, oculis inspiciendos proponam.

Soliditatem, nec eminentiam.) στερέμνιαν, περὶ μὲν τὰς ὄψεις φαινόμενα, apud Laert. in Epicuro.

De hippocentauro.) Vt qui nunquam fuerit. Sic enim seipsum exponit in 1. Tusc. quæst. hoc est, fictitium aliquod monstrum cum uero Agamemnone conferens. Cæterùm de Hippocentauris hic docere, superfluum est. Sicut apud Lucianum in ueris narrationibus, ὑφηλοκένταυροι. Quanquam de Centauris uera quædam historici referunt, de quibus hic dicere superfluum iudico.

Motum inanem.) Chrysippus, ut est apud Plutar. differentiam inter phantasian, phantasticon, & phantasma ponens, διάκρουσιν κινησμὸν, inanem motum nominat.

Vos aduentum in animos.) Epicur. ad Herodotum de atomis scribens, inter cætera sic ait: αὐτὰ δὲ ἃ φαινόμενα τούτων πάντων μνημονευομένων τὸν ἱκανὸν τύπον ὑποβάλλειν τῶν ὄντων φύσεως ἐπινοίας. & paulo pòst ipsos typos imagines uocat, τούτους inquit, τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν.

Vt igitur T. Gracchum.) προλήψεως definitionem suprà in Velleij oratione ex Laertio posuimus. In ea indefinitum exemplum ponitur: finitum autem, uel finita potius, Cicero dubio procul hic ponere noluit, quòd primæ substantiæ secundis sunt euidentiores, & magis conspicuæ. Historiam (quia non hoc iam agitur, missam faciemus, alioqui dignam quæ diligentius excuteretur) pete ex Plutarcho & Appiano, per Sitellam intellige μετωνυμίαν, sortem tribuum.

Orpheus.) Si hoc uerum est, liber, qui de mundo ipsius nomine doctorum manibus hodie teritur, Aristotelis non est. citat enim Orphica. Idem cum Aristotele sentit etiam Ælianus.

Scyllæ.) Hanc aliter Homerus, & eius commentator Odyss. μ. describunt: aliter Maro Æn. 3. et Palæphatus, aliter

τῶν νοητῶν κατὰ

1 περιφορὰ τοῦ νοητοῦ, id est, incidentiâ.
2 ἐμφάσεις, per similitudinem. Cuius hic mentio fit.
3 ἀναλογίαν, proportionem, apud Latinum Laert. male legitur rationem. Hæc uideturi referri posse, quod Cic. soliditatem et eminentiâ nominat.
4 μετάθεσιν, transpositionem.
5 σύνθεσιν, collationem, si uerum cum ficto conferatur. hæc ἀναλόγα est contraria.
6 ἐναντίωσιν, oppositionem.
7 μετάβασιν, transgressum.
8 φύσιν, naturam.
9 στέρησιν, priuationem.

ὑπαρκτὰ

1 τὰ καθ' αὑτὰ, ea quæ sensibus occurrunt.
2 Ex collatione alterius, ut ex imagine Socratis, Gracch. Orpheus.
3 ἀσύστατικὰ, ut Tityus ac Cyclops. μείωσιν, ut Pygmæus. Ego hùc retulerim, si quis ex ungue leonem æstimet.
4 Vt in pectore oculi.
5 Sic Hippocentauri exemplum, ut iam inferius uidebimus ex ipso Cicer. intelligo. hùc refer Scyllam & Chimeram.
6 Vt mors, quæ uitæ στερητικῶς opponitur. Clarius erat usus simplici opponi.
7 Vt ea quæ dicuntur, & loci.
8 ἀλλαχοῦ τὰ μὲν ἀχρόνως.
9 ἔκστας.

Soliditatem,

tus. aliter etiam Lycophronis commentator. Huius metamorphoses describuntur ab Ouidio lib. 14. Varia lege apud Boccat. lib. 10. cap. 9. Mythologiam pete à Fulgentio, Palæphato, & Cælio.

Chimæra.) Mons Lyciæ, fumum ac flammarũ globos emittens, poetis occasionem præbuit, ut monstrũ hoc fingerẽt, cuius descriptio est apud Hom. Iliad. ſ. Versus hic Homericus tanquam prouerbialis citatur à Cic. ad Atticum, citante in Chiliad. Erasmo:

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Sed in eiusdem descriptione apud Hesiod. in Theogonia, ille idem uersiculus cum sequenti legitur. Adscribam locũ:

ἡ δὲ χίμαιραν ἔτικτε, πνέουσαν ἀμαιμάχετον πῦρ.
δεινήν τε, μεγάλην τε, ποδώκεά τε, κρατερήν τε.
τῇ δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ, μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος.
πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

Ouidius uerò in 9. Metamorph.

Quoq; Chimæra iugo medijs in partibus hircum,
Pectus & ora leæ. Sic enim Perottus expeditius legit, quàm uulgata lectio habet. Lucretius, qui huiusmodi nugis fidem non habet, uel Homericum uel Hesiodicum uersum sic expreßit:

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.

Vergil. inter monstra infernalia numerat, sicut etiam utrasq; Scyllas. Vide Palæphatum in Bellerophonte, Boccat. lib. 4. cap. 24. Ioan. Tzetzem in Varia hist. Chil. 7. Solin. cap. 24. Polyhistoris.

Quid quod,) Cuiusmodi exemplorum sylua est in Luciani ueris narrationibus, & in Vtopia Mori.

Inuocatę.) Non uocatæ, quæ sua se sponte in somnis offerunt, cum interdiu uigilantibus ne cogitatio quidem de illis

de illis, nobis fuerit. Tota res Vellei.) ἀπίθανον καὶ ἀδύνατον. Innumerabilitas.) ἄπειρον. ἰσονομίαν.) De hac suprà quodam loco dictum est.

Videamus nunc de Bruto.) Transitio: quæ tamen mihi uidetur manca. Absoluit confutationem prioris partis, definitionis, qua Stoici definiunt θεὸν ζῶον ἄφθαρτον. Iam accingitur ad alteram partem labefactandam, qua dixerunt suum Deum esse μακάριον. Epicurei beatitudinem ponunt in uoluptatibus. Quod concederetur, si de honestis id uoluptatibus intelligerent. Argumenti Epicurici forma sic habet:

Cui omnia uoluptuosa sunt, beatus est:
Dijs omnia uoluptuosa sunt: Ergo dij beati.

κρινόμενον Cotta in dubium uocat, ibiq; distinguit, & distinctionem copiosè amplificat, uoluptates alias esse honestas, alias obscœnas & parum honestas. Deos etiã inhonestis indulgere uoluptatibus. Sed ipse Epicurus in epistola ad Menicæum, etiam in hominibus uoluptatem impudicam & parum sobriam damnat, nedum in dijs, aut cœlitibus: laudat solam eam, quæ capitur ex rebus honestis.

Quem cibum igitur.) Humanæ uoluptates pro sensuum exteriorũ organis, quibus percipiuntur, æstimantur. Epicurus considerationes rerum diuinarum ultra res humanas non extollit.

Nectar ambrosiamq;.) Suidas:

ἀλλὰ τό γ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἐστιν ἀπορρώξ.
νέκταρ, τουτέστι νεόκταρ, τὸ νέους ποιοῦν τοὺς πίνοντας. ἀμβρόσιαι, ὃς οὐδεὶς δύναται βροτῶν ἔχειν.

Iuuentutem.) τὴν ἥβης nomen latinum fecit: nam ἥβη iuuentutẽ significat, eam scilicet partẽ ætatis, quæ pubertas Latinis nominatur. Hebe Iouis ex Iunone filia, propter formã primùm à Ioue, ut à poculis sibi esset, cõstituta fuit.

Hæc, cum

Hæc, cum Iupiter conuiuium, (cuius Iliad. α. mentio fit) cum diuis apud Æthiopas haberet, parum cauta, inter negotia in lubrico collapsa, uestibus fortè reductis, pudenda dijs spectanda exhibuit: unde ipsam ab officio remouit, Ganymedem autem Trois filium illi pulchritudinis causa substituit, (quanquam illa Ganymedis cooptio Iliad. υ. dijs in uniuersum omnibus tribuitur) & ob id apud Lucianum Iuno grauiter cum Ioue expostulat. Sed redeamus ad Heben. Hic locus innuit, & Iliad. δ. intelligitur, & ibidem Homeri commentator affirmat, Ganymedem quidem solius Iouis, Heben autem deorum omniũ ministram fuisse. Athenæus lib. 10. istius fictionis causam reddens, sic ait: καὶ τὴν ἥβην δέ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοῦσαν αὐτοῖς, ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια. Porrò Ganymedem poculorũ duntaxat causam cœlum fuisse raptum, Homerus memorat: sed plerique scriptores fabulosi referunt, hoc factum, ut eo catamita uteretur, præ cæteris tamen in hoc est Lucianus. Certè Ganymedis honores, non minimus erat inter Iunonis dolores, quos gerebat alta mente repostos. Atqui Plato in primo de Legib. damnat omnino hanc fabulã, tam nefariè contra Iouem confictã.

Philo noster.) Non tantum quia fuit Academicus professione, sed etiam quia synchronos, & multum cum eo uersatus.

Timocratem.) Quem totis etiam libris conscidit, ut suprà dictum est. Et citatur à Laertio liber Metrodori, cui titulus Timocrates.

Annuere.) Facetè extorquet confessionem. At dolore.) Occupatio. Est enim etiam uoluptatis pars aliqua, doloris uacantia. Epicurus de hæresibus sic ait: ἡ μὲν γὰρ ἀταραξία καὶ ἀπονία, καταστηματικαί εἰσιν ἡδοναί· ἡ δὲ χαρὰ καὶ εὐφροσύνη κατὰ κίνησιν ἐνεργείᾳ βλέπονται. Hæc quæstio excutitur in 1. de Finib. & in 2. Tusc. quæst.

Quod

Quod agitet in mente.) Et hæc est quarta diuisionis pars. At etiam de sanctitate.) In catalogo τῶν συγγραμμάτων apud Laert. numerantur inter cætera χρέδημος περὶ θεῶν, item περὶ ὁσιότητος.

Vt Coruncanum, aut Scæuolam.) Per antonomasiam aut exochen uiros sanctos & religiosos intellige. Coruncanus, ut Cicero in Orat. pro domo sua testatur, peritissimus pontifex fuit. & in Bruto, ex pontificum commentarijs longè plurimum ingenio ualuisse, indicat. primus ex plebe pontifex creatus, ut in 18. Epitome Liuiana scriptum est. primus ius ciuile professus, teste Pomponio, 2. ff. de Origine Iuris. Eius historiam pete ex catalogo Rutilij.

Scæuolam pontifices.) Non facilè dicere est, patrem ne an Publium, an Qu. filium intelligamus (uterq; siquidem ueneranda grauitate conspicuus fuisse legitur) an utrumq;, ut legas Coruncanum aut Scæuolas pontifices. nescio enim, an disiunctiua duos casus singulares cum adiectiuo plurali copulare queat. Scæuolarum uitas ex eodem Rutilio repete. Filius certè fuit, ad quem Cicero puer, ut in Lælio de se testatur, post Auguris mortem se contulit, ab eius latere, quoad poterat, nunquam discessurus. De his plura sub initium tertij libri.

Xerxes.) Iustin. lib. 2. Ante naualis prælij congressionem miserat Xerxes quatuor millia armatorũ Delphos, ad templum Apollinis diripiendum prorsus, quasi nõ cum Græcis tantum, sed cum dijs immortalibus bellum gereret: quæ manus tota imbribus & fulminibus deleta est, ut intelligeret, quanto grauior offensa deorum esset, tanto nullas esse hominum aduersus deos uires. Meminit idem Cicero de Legibus 2. Aliter citatur Verrina 3. & apud Valer. de Neglecta religione. Vide adhæc Solin. in Asia, capite 53.

Quum

Quum dij.) Confellit Epicuri dogma de colendo Deo, à causa finali. Non meritò id sanè. Neque enim uera colendi Dei causa finalis est, si colamus eum propter alia ud. Nam Deum propter se colendum esse, orthodoxi quoque sentiunt. Interim non sequitur, Deum esse inertem, aut pietate non tangi. Si nulla sint beneficia, (quæ tamen maxima sunt, ut qui te creauit, creauit ad imaginem sui) tamen ob id ipsum colendus est, quia summũ est bonum.

Est enim.) Roborat (si dijs placet) argumentum, quod à relatiuè oppositis ducit definitionibus. Non intelligit iusticiam à natura profectam esse, quam non opinio genuit, sed quædam innata uis inseruit: cuius partes sunt religio, pietas, gratia. Si Deus propter beneficia duntaxat colendus, ut inquit Cotta, nobis fuerit: naturalis illa iusticia ita nobis manca relinquetur, & sine capite monstrũ relinquetur enim sola ἀχαριστία, siue ut gentilium nomine utamur, χάρις, quæ tamen utrumq; significat etiam, tam ἀνθρωσίαν ὑπόσιον, quàm ἀπόδοσιν ἀγαθοῦ: iuxta illud, Gratia gratiam parit. Sed rectè sub finem tertij de Finibus dicitur, quòd nec pietas aduersus deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest. Quæ quidem in commendationem physices dicuntur.

Pietas, iusticia.) εὐσέβεια, δικαιοσύνη πρὸς θεούς.

Sanctitas.) Videtur planè idem uelle significare, quod in rhetoricis, ubi expetenda explicantur, Religionem dixit eam iusticiæ partem, quæ erga Deum est, quam sic definit: Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ (quam diuinam uocant) curam cæremoniamq; affert. Ita Speusippicis sic definitur: ὅσιον, θεράπευμα θεοῦ, ἀρετὴ θεῶ. De quo extat Platonis Eutyphron, in qua scitè quæritur, πότερον τὸ ὅσιον, ὅτι ὅσιόν ἐστι, φιλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν, ἢ ὅτι φιλεῖται ὅσιόν ἐστιν.

Superstitionem.) Quid religio & superstitio differant, uidebimus latius lib. 2. Prodicus Chius.) De hoc in primo Offic. diximus, cum de Herculis fabula egeremus, quibus hic adjiciemus ea quæ Suidas de eo memorat: Prodicus (inquit) Cæus, ex Ceo insula, ciuitate Iuliade, philosophus, physicus & sophista, coætaneus Democriti Abderitæ & Gorgiæ, discipulus Protagoræ, Atheniis cicutam bibens obyt, tanquam iuuentutis seductor. De huius uita præterea consule Philostratum, & Aristophanis commentatorem in Nebulis.

Euhemerus) Quem Theophilus ad Autolycum ἀθεώτατον nominat. de hoc apud Lactantium lib. 1. capite 11. diximus. Vide ad hæc ea quæ Gyraldus citat in historia poetica. Dubitatur de ipsius patria. Lactant. Messenium uult, Plutarch. Tegeaten, Athenæus lib. 14. Euhemerum Coum citat, de Baccho agens, περὶ ἱερᾶς ἀναγραφῆς. Quam profectò inscriptionẽ Ennius in sacra historia est imitatus. Vide ad hæc Plutarchi Placita lib. 1. cap. 7.

Omitto.) Occupatio est κατ' ἀναφορὰν. Eleusinem.) Enniani sunt iambi, quos (ut adparet) ex Euhemeri sacra historia transtulit. De Eleusine Atticæ parte, multa, sed non minus diuersa quàm uaria, diuersis ex scriptoribus, nempe Pausania, Plutarcho, Strabone, Diodoro, Callimacho, Ouidio, Claudiano, & Boccatio: aliisq; tam uetustis quàm recentioribus, sacris iuxtà, prophanisq; scriptoribus (si prolixores esse uellemus) adduci possent. Sed non hoc agitur. Institutum est Cottæ, ut aduersus uanum, uel si mauis, nefarium deorum cultum, exemplorum sylua negotium exaggeret. Prolixiores inquam essemus, nisi apud Lact. lib. 1. cap. 21. dixissemus, & ante nos apud Augustinum de Ciuit. Dei lib. 7. cap. 20. Ludouicus Viues hoc negotium diligentissimè pertractasset.

Sanctã illam & Augustã.) Non Cereris sobrĩ τιλετὴν ἱερίαν Thesmophoriis, et Thalysijs (quanq; hoc potissimũ) sed etiam

ſed etiam Triptolemi, Dianæ Propyleæ & Neptuni patris delubris clara fuit. imò parua etiam Herculis myſteria Eleuſini celebrabantur, ut Lycophronis commentator meminit. Atqui ſanctam hanc magnificentiam nemo magnificentius celebrat, quàm Nebularum chorus apud Ariſtophanem. Audiamus eas canentes:

παρθένοισι ὁμιχροφόροις,
ἐλθομεν λιπαρὰν
χθόνα παλλάδος, ἱεμνὸν γᾶν
δεξιπόρ᾽ ὀφόμενοι πολυήρατον,
οὗ σέβας ἀρρήτων ἱερῶν, ἵνα
λυσοδόπ᾽ ἀδμὴ
ἐν τελεταῖς ἁγίαις αὐλαδείκνυται,
οὐρανίοις τε θεοῖς θυμήματα,
ναοίθ᾽ ὑψιφερῆς, ἠδὲ ἀγάλματα,
ἠδὲ πρόσοδοι μακάρων ἱερώτατα,
εὐσεβίαι τε θεῶν
θυσίαι, θαλίαι τε,
παντοδαπαῖσιν ἐν ὥραις.

Quibus deinde adjiciunt etiam Bacchanalia,

ἔπειτ᾽ ἐπορχεμένω, βρομίᾳ χαρίς,
δινηλάδων τε χορῶν ὀρεσβίσματα,
ἠδὲ μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν.

Præterea Samothraciam.) Herod. in Euterpe indicat, Pelaſgos orgia ſua ſumpſiſſe à Samothracijs, cum quibus habitarant: deinde (ut eſt idololatriæ contagioſa quædam æmulatio) Athenienſes à Pelaſgis ſecum moratibus didiciſſe, ut Mercurium uirili rigido fingerent. item Pelaſgos ſermonem quendam ſacrum, quem Samothracij in ſuis myſterijs ſolennem habuerant, quaſi mutuatitium, in ſuis quoq; ſacris uſurpaſſe. Verba Herodoti, ſi quis forte requirat, ſubjiciam: ὅσοι τις δὴ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται, τὰ Σαμοθρήικες ἔπαιρνίζουσι, λαβόντες παρὰ Πελασγῶν, οὗτος

οὗτος ὠνὴρ οἶδε τὰ λέγω. τῶν γὰρ Σαμοθρηίκων οἱ πρότερον οἰκέοντες αὐτοὶ, τοί περ ἀβληχαίοισι σώμασι ἐγένοντο. ἐκ τούτων Σαμοθρήικες τὰ ὄργια παραλαμβάνουσι, ὀρθὰ ὧν ἔχειν τὰ ἀνδρία τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, ἀβλωχαῖοι πρῶτοι ἀλλὰ τῶν παρὰ Πελασγῶν μαθόντες, ἐποιήσαντο. οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρὸν τινα λόγον περὶ αὐτὸ ἔλεξαν, τὰ ἐν τοῖσι Σαμοθρηίκων μυστηρίοισι δεδήλωται. Phurnutus nõ rigentis modò huius noſtri Mercurij, ſed etiam flacceſcentis cuiuſdam figuram explicat. Illius, à ſenioribus ita fingi tradit, eo quòd maturior ætas ſermonem habeat fœcundiorem, quo quicquid intendat, efficiat: huius, iuniores & imberbes, remiſſo Mercurium pudendo finxiſſe, quòd ea ætas ſermonem habeat, ut minus maturum, ita parum etiam fœcundũ. Adſcribemus etiam huius Græca, quæ translatis aliquanto euidentiora ſunt: οἱ δ᾽ ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους γεγενῶν τας τὸν Ἑρμῆν, ὀρθὰ ποιέοντας τὰ ἀνδρία ἔχοντας. τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ ἀγενείους, ἀνειμένους. παρῃτῶντο, ὅτι ἐν τοῖς προβουλίοισι τοῖς ἡλικίας, γόνιμος ὁ λόγος καὶ τέλειος ἔστιν. ὡς δὲ καὶ τυχὸν τῷ ἐντὶ ἔστι, τυγχάνων ὧν αὐ πρόδηλος. ἐν δὲ τοῖς ἀνάγκαις, ἄχρηστος καὶ ἀτελής. Sed quia in Samothraciæ diſcidæmoniam incidimus, addemus etiam quæ Ariſtophanis enarrator de Dæmonibus Samothracijs in Pace annotauit: οἱ ἐν λειμῶσιν γενόμενοι, ἐπανελεῖτο τέτρις τοὺς δαίμονας τοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ. τούς τε λουσάμενος ἢ τῶν ἐκπλῶ. ὃς δὲ καὶ διαβόητον ὧν τὸ ζήμιον ἄνδρα, ἔνθα ταύτῃ ὠφελῆσαι ἢ ὠνησάμενον. Addit deinde: Initiatos Caberi numinis Samothracij myſterijs, iuſtos ſe inde, & à periculis, tempeſtatiũ maximè, incolumes euaſuros credidiſſe. Hinc Samothraciam Dionyſius Λοιμβάντιον ἄστυ nominat.

Quæ Lemni nocturno.) In Lemno quoque Caberos in precio habitos legimus. Sed nihil ſolidi de hoc habeo. Certum eſt, quòd

Vulcanum tellus Hypſipylæa colit.

Est autem Lemnus eadem, quæ Hypsipylea. Vnde Vulcanus Lemnius, & Lemnus Vulcania poetis dicitur. Dionysius ἱεραναὸν πέδον ἡφαίστου appellat, cuius ratio uel ex Homero in promptu est, nempe quod cœlitus præcipitatus, in Lemno exceptus, & deinde etiam cultus fuerit. Sed uix de ullis sacris apud scriptores pertinacius silentiũ est. Legimus sanè apud Stephanum de sacris Lemnijs, quæ non quidem Vulcano, sed Magnæ matri fuerant instituta, nec quicquam ibi est quod his Cottæ uerbis congruat: Stephani uerba subijciemus: λῆμνος νῆσος πρὸς τῇ θρᾴκῃ, δύο πόλεις ἔχουσα, ἡφαιστίαν καὶ μύριναν, ὡς ἑκαταῖος σύρωπη. ἀπὸ τῆς μεγάλης λεγομένης θεοῦ, ἣν λῆμνόν φασι. ταύτῃ δὲ καὶ παρθένους ἔθυον. ὠκίσθη δὲ πρῶτον ὑπὸ θρακῶν, οἱ σίντιοι ἐκαλοῦντο, ὡς στράβων. οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι καὶ σαπαῖοι. Hæc uerba Raphael Regius in 2. Metam. commentarium transtulit: Lemnos, inquit, insula est Thraciæ adiacens, duas habens urbes, Ephæstiam & Myrinam, à magna deorum matre, quæ Lemnos appellatur, denominata: cui etiam uirgines sacrificabantur, ut Hecatæus in Europa scribit. Hanc uerò primùm inhabitarunt Thraces, qui Sinties Sapæiq; uocabantur, ut ait Strabo.

Imagines diuinitate præditas.) Istas imagines (εἴδωλα) & simulacra superius per occasionem attigimus. ob id nunc missa facimus illa, curiosum lectorem ad Lucretium relegantes, qui hanc rem satis curiosè exequitur. Patria Democriti.) Abderitarum stupor prouerbio locum fecit, Abderitica mens. Consule Chiliadas, Ioachimum Vadianum in 2. Pomponij Melæ librum.

Tollit id.) Ostendit absurdum. Quanto Stoici.) Hoc circa finem iam in gratiam Lucilij dicit.

Amabilius.) Respicit in naturam τοῦ καλοῦ. Ita in Lælio: Nihil est enim amabilius uirtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter uirtutem

tutem & probitatem, eos etiam quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus. quibus deinde uerbis exempla subiungit, ut negotium magis fiat conspicuum.

Charum ipsum uerbum.) A' χάρις deductum literati arbitrantur, licet quantitas repugnet. Alij à carus, quod à careo uenit, quod & ipsum primam breuem habet: eo quòd omne carum, sicut omne rarum, charum est. Sed missis istis cõtentionibus, lite sub iudice pendente, rem ipsam spectabimus. In 2. Finium alterum, in Lælio utrunque ab amando deducit, ubi etiam quid amare sit, definitur: quam descriptionem, quia huic loco diligenter & fideliter ancillatur, huc ponemus: Amare autem, inquit, nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæsita, quæ tum ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. Cum illum locum enarrarem, adducebam tres ex Arist. amicitiæ fines: unum, hunc ipsum longè sanctissimum & honestissimum, doctrinæq; Christi maximè congruum: reliquos, sordidos, & parum liberales. Iam negotio non flagitante, missos facimus.

Familiaris omnium nostrûm.) Licet Stoicus, σύγκρονος tamen, & cum sub Marcello Romam uenisset, in magnam illorum uirorum familiaritatem accreuit: &, si ita placet, ad differentiam fortassis alterius Alexandrini, qui etiam ipse Stoicus & historicus fuit, Zenonis Citiensis discipulus. Nam hic noster Athleta cognomine, Panætij auditor & successor fuit, quorum utrorumq; crebram in Officijs mentionẽ Cicero fecit. Vide Suidam. Lactan. cap. 4. de Ira Dei, ad eludenda Epicuri dogmata hoc Posidonij testimonio, ex hoc Ciceronis loco utitur.

Lineamentis.) μονογράμμους enim finxerat.

Detestandæ.) Depellendæ, Lactant. legit. Talis est Deus.) Citatur ab eodẽ Lact. lib. eodem, cap. 8.

Valeat.) Lactant. *Quid contemptius in Deum dici potuit? Valeat, inquit, id est, abeat, recedat, quoniam prodesse nulli potest.* Et *in eandem sententiam similia quædam etiam ab initio tertij libri ab eodem Cotta dicuntur.*

Concludit autem hic sine epilogo, eò fortassis, quòd secundi libri principium huic aptè cohæret.

IN M. T. CICERONIS DE Natura deorum librum secundum Xysti Betul. Commentarius.

QVIA Lucilius Balbus partium Stoicarum defensor, paulo pòst scita diuisione institutæ orationis ἀποκάμψιν ita propositurus est, ut cuilibet, nisi à communi sensu amoto, futura disputatio ita conspicua futura fit, ne quæ ipsi nebulæ relinquantur, nos superuacua præfatione, uel Eisagoge facilè carere possumus. Quare ad explicationem quæstionis statim accingamur. Neque enim ipse Balbus præfatur multis, sed paulatim se in causam insinuat, occasione ex superioribus accepta. Præmissus fuit Epicureus temerarius: cui se uagus & inconstans, sed disertus tamen, Academicus opposuit. Relinquitur iam Stoico solidè docto, nec elingui, simplex quidem, sed luculentior & plausibilior (qualem illa ferebat ætas) ueritas. Sequentia itaq; Cicero solerti quadam & dialogistica ratione superioribus annectit, ut operi plurimum inde gratiæ accedat.

Rhetore.) Posset uideri μείωσις, et ob id habere contemptum, si pro artis doctore (qua significatione Quintilianus

lianus ferè hoc uocabulo utitur) intelligeres, qui ueterib. ferè sophistæ nominati sunt, cum apud Latinos oratores dicti fuerint uiri, qui eloquentiæ nomine celebres habiti fuerunt: in quibus etiam Cotta fuit numeratus, et quidem inter excellentes, ut de eo Cicero in Bruto memorat. Sed magis græcissat Velleius. Nam & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus est, ut Cicero ipse in Oratore testatur.

In disertum Academicum.) Quem tamen uix inuenire licuisset, cum non alia philosophorum factio arte dicendi magis floruerit, unde in 1. libro Academiam disertam disciplinam nominauit. Atq; ipse etiam Cicero suam eloquentiam Academiæ spacijs magis quàm rhetorũ scholis se debere, sæpe testatus est: cum contrà Epicurei (ut apud Fabium legitur) omnem disciplinam nauigatione quàm uelocissima fugere iubeant.

Inanium uerborum.) Pulchrè Cicero decorum tuetur, nam Epicureo hæc uerba conueniunt. Alius, Academicus maximè, aut Peripateticus, hoc nunquam facturus esset, qui eloquentiam sapientia non priuant. Loquentiam Sallustius nouo quidem, sed idonco uocabulo nominat eam loquacitatem, quæ nihil salis habet. Hoc idem nõ Quintiliani modò, aut Ciceronis, sed ipsius etiam Platonis libri testantur. Quæ causa postremò ab Hermolao contra Picum defensa est.

Corona.) Marsus frequentiam auditorum intelligit. Hanc enim, uel Lactantio teste, corona significat, & sic usurpant boni autores: sed uidetur mihi etiam palma, id est, uictoria intelligi posse.

Est enim philosophi.) A decoro & officio.

Vt nostri.) Epicureus uenatur fauorem à Stoico. fingit sibi commune quiddam esse cum eo, à quo longissimè dissidet.

Quid non sentirem.) Hoc est, falsa se intelligere, uera nescire, ut interpretatur Lactantius.

Quàm breuissimè.) Attentum reddit: nam benevolentiam ipse obtulerat. Docilitas in sequentibus est.

Omnino.) Diuisio, ut propositioni adjcitur, ita totum negotium euidentius reddit.

Primum docent.) Primum, tertium & quartum, fluentia ex quæstione An sit, constituunt statum coniecturalem: alterum ex Quale sit, qualitatis statum efficit.

Ne egere quidem.) Occupatione dissimulat se dicturum, quod non modò dicit, sed copiosè etiã amplificat.

Ennius.) Indicauimus alicubi, apud Lactantium (ni si memoria me fallit) ex Plutarcho, tres formas colendorum deorum apud antiquos fuisse: naturalem, fabulosam, & legalem. Priores leuiter attingit. τὸ φυσικὸν Enniano testimonio exornat, μυθικὸν in Hippocentauro & Chimæra explodit: νομικὸν multis exemplis roborat, quæ tamen Lactan. lib. 2. confutat. De his meliore occasione oblata, pluribus agemus.

Dein sol.) A' comparatione minoris, sed euidentiore.

Non tam stabilis.) A' præscriptione temporis, more iureconsultorum. & est argumentum, quale Gamalielis consilium, Act. 5. Verùm quòd stabilem opinionem dicit, non intelligo quid sit. nam si opinio est, infirmus assensus est: si stabilis, iam non opinio, sed certa persuasio, &, ut apostolica uoce utar, πληροφορία est.

Hippocentaurum.) De his libro superiore dictum est. Hæc etiam Virgilius apud inferos esse fingit, & Cicero in primo Tusculan. quæstion. huiusmodi fabulas negantem Atticum scitè introducit. Seneca in libro de Consolatione: Illa, inquit, quæ nobis inferos faciunt, terribilis fabula est. Vidi nostro tempore picturas quæ inferos, uel etiam purgatorios (quos uocant) ignes hisce poeticis fabulis

bulis refertos habuerunt. Quæ picturæ quid sibi aliud uoluerint, quàm istos fabulosum quoddam figmentum esse, non intelligo. Proclus certè Diadochus defendit Platonẽ, quòd Homerica ista uera crediderit, & quid illa sibi uelint exponit. Quare ociosum lectorem ad Proclum remitto. Nolo quis hæc eò rapiat, tanquam inferos etiã negem, cum Gehennam Dominus Christus toties nobis inculcet: sed cum Stoico nostro aniles, quæ de his finguntur, fabulas non ridere non possum. Oblectant & ista, Homerica & Virgiliana legentem in Platone non fero.

Apud Regillum.) Memoratur à Dionysio Halicarnass. lib. 6. Plutarcho in Coriol. Val. libro primo, capite de miraculis, & à minorum gentium & recentioribus aliquot scriptoribus. Quia uerò Liuius omnium fide dignissimus, huius nõ meminit, uix huic miraculo fidem habeo. Reliquit exiguum aliquod huius uestigium, nempe quòd Dictator Castori & Polluci ædem uouerit. Lacus Regillus est in agro Tusculan. ad Algydæ syluæ ingressum. Vnde Posthumius Dictator Regillensis dictus fuit. Hæc longius prosequitur Cotta lib. 3. hisce respondens.

Et recentiori memoria.) Annis circiter 330. Post illud enim memoratur 255. ab V. C. gestum, hoc 585. Vide Chronologiam. Caret etiam hæc historia fide solida. Liuius & Paterculus hic mutili leguntur. Variant Plutarchus & Florus, & Lactantius: ubi, opinor plura diximus. (nam ad manus Lactantiana non habebam) Eutropius, & autor de Viris illustribus, prorsus silent. Solus Valerius Ciceronis uestigijs insistit. Atqui 6. Calend. Febr. celebrabatur dedicatio templi eorum. Sic enim Ouidius in primo Fastorum:

At quæ uenturas præcedit sexta calendas,
Hac sunt Ledæis templa dicata deis.
Fratribus illa dies fratres de gente deorum

Circa Iuturnæ composuere lacus.

Verùm poetica libertas historicam autoritatem non attingit: nec ista quæ ad opinionem uulgi plerunq; scribuntur, satis uirium ad fidem faciendam habent.

Quod ad Fl. Sagram.) Ad ea quæ Marsus ex Strabone citauit, consule quæ annotauit ex 20. Iustini Erasmus in prouerbio, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ. Data opera hic breuiores sumus, partim quia pleraq; apud Lactant. nobis pertractata sunt, partim quia Cotta in 3. lib. ad hæc singula respondens iterat. Admonendus tamen lector est, quod apud Plutarchum in Æmilio Paulo, ubi hæc exempla ueluti fasciculo quodam complectitur, pro Locrensibus apud interpretem Romanos habet, in Græco codice ἰταλιῶτας. λέγεται καὶ τῆς ἐπὶ σάγρᾳ ποταμῷ μάχης ἰταλιωτῶν αὐθημερὸν ἐν πελοποννήσῳ λόγον γενέσθαι. Non magnũ in Græco periculum est, utraq; siquidem Italica est. Notanda tamen est interpretis securitas.

Sæpe Faunorum.) Faunus uiris, Fauna mulieribus fata dicebat. nam uel à fando, uel à fatis dicendis nomen habent: licet alij alias deductiones habeant. Numina sunt Latinorum peculiaria. Exemplum est apud Ouidium 3. Fastor. Quæ licet ipsa quoq; fabulosa uideri possunt, et improbantur quidem & exibilantur à Cotta lib. 3. habent tamen assertorem etiam Plutarchum. Quæ fabula prorsus similis est illi, quæ in 4. Georg. de Proteo refertur.

Prædictiones.) Hæc relinquimus libros de Diuinatione tractantibus.

Mopsum.) Duo Mopsi uates ab autoribus celebrantur. Alter Argonauta, ὁ γὰρ (ut Orpheus, seu quisquis autor ille Argonauticarum fuit, testatur) ἐδάκ σφῇσι μαντοσύνῃσιν. & Apollonius:

ἤλυθε δ' αὖ μόψος λιπαρήσιος, ὃν περὶ πάντων
λητοΐδης ἐλίδας θεοπροΐας οἰωνῶν.

Titaresium

Titaresium nominat, quòd Titaronis nepotem, Ampyco & Chloride Orchoni filia natum, Hesiodus in Scuto, fuisse testatur:

μόψον ἀμπυκίδην λιπαρήσιον ὄζον ἄρκος.

Ampycides sagax etiam ab Ouidio nominatur. Hic, ut Lycophronis commentator ait, serpentis morsu in Africa perijt, & sepultus inter Argonautas. Alter Apollinis & Mantûs filius, &, ut Pomponius refert, Tiresiæ nepos, qui, cum Calchas certans succubuit, sibi necem consciuit. De hoc certamine Strabo libro 14. plura ex Hesiodo & Pherecyde, & Lycophronis enarrator Tzetzes. Hunc à Cicerone hic intelligi coniectura est, quia de Diuinatione inter augures nuncupatim eum numerat.

Tiresiam.) ὁ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰδὼς ξυνουσίας, ut Lycophron ait. Quo loco Isacius Tzetzes totam explicat fabulam, cuius uerba non piget adscribere: φασὶν ὅτι ὁ τειρεσίας ὄφεις συνουσιάζοντας ἐν τῷ κιθαιρῶνι εὑρὼν, ἀνεῖλε τὴν θήλειαν, καὶ γέγονε γυνὴ. εἶτα τὸν ἄῤῥενα, καὶ γέγονε πάλιν ἀνὴρ. ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι γυμνὴν τὴν ἀθηνᾶν ἰδὼν, γυνὴ γέγονε. ἐρίζοντος δέ ποτε τοῦ διὸς πρὸς ἥραν, καὶ λέγοντος πλείονα πόθον ἔχειν ἐν τῇ συνουσίᾳ τὰς γυναῖκας, ἤπερ τοὺς ἄνδρας, φασὶ κριτὴν αὐτῶν καταστῆναι τὸν τειρεσίαν. κριτοῦ δὲ γεγονότος αὐτοῦ, ὡς καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γενομένου, καὶ φαμένου, ὅτι δεκαπλασίως ἐρᾷ τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ, ὀργισθεῖσα ἡ ἥρα, ἐτύφλωσεν αὐτὸν. ὁ δὲ ζεὺς ἐχαρίσατο τὴν μαντικὴν ἀσφαλὲς, καὶ ζωὴν πολυχρόνιον. ὡς καὶ ἡ περσεφόνη ἐν τῷ ᾅδῃ τούτῳ χαρίζεται, μόνῳ φρονεῖν τῶν ἄλλων ἁπάντων νεκρῶν περὶ τοῦ διὸς καὶ ἥρας περὶ τειρεσίου, ἕνεκα τῆς λαγνείας κρίσεως. De quibus Odyss. λ. & Plato in fine Menonis. & Cicero in 1. de Diuin. meminerunt, item Strabo lib. 16. Eadem in uaticinando dexteritate etiam in uiuis existens usus fuit, ut non quæstus sui causa fictas suscitarit sententias, ut ex Ennio Cicero indicat. Cæcitatẽ autem

 suam

suam ita integro tulisse animo, ut à poetis nuptiã de ea lamentis conquestus introducatur. Cæterùm de Iouis & Iunonis cõtentione fabulam Ouid. in 3. plurib. prosequitur. Verùm Lucianus in Astrologia hanc fabulã ad historiam transfert, nempe utrumq; sexum ideo sensisse, quòd planetas partim mares, partim fœminas esse dixerit: nec tamen eadem efficere. Verba Luciani sunt: λέγουσι γὰρ τειρεσίαν, αὐθρωβοιώτιον, ἢ δὴ καὶ μαντοσύνης πέρι πολλὴν ἀέιρεσθαι, τοῦτον δὲ τειρεσίαν ἐν ἕλλησιν ἅπασιν, ὅτι δὴ πλανωμένων ἀστέρων οἱ μὲν θήλεῖς, οἱ δὲ ἄῤῥενες ἐόντες, οὐκ ἴσα ἐπιτελέουσι. τὸ γὰρ μὲν διφυέα γενέσθαι, καὶ ἀμφίβιον τειρεσίην μυθολογέουσιν ἄλλοτε μὲν θῆλυν, ἄλλοτε δὲ ἄῤῥενα. Ad incredibilem senectutem peruenisse legitur. Nam Lucianus in Macrobij sententia refert, à Tragicis scribi, Tiresiam sex hominũ ætates uixisse. Isacius ait, alios septẽ illi, alios nouem ætates tribuere: ipsum autẽ à Ioue ἐπὶ ἔτι βίῳ γεγηρὰς μοιρόπωλον αὐθρώπων, ex Melampodia poesi, petijsse memorat. Dicit Isacius, & Cadmi eum & Polynicis uixisse temporibus, quod ex Euripidis Phœnissis et Bacchidibus habere potuit: illic enim parũ grata Charionti uaticinatur. Item ex Sophoclis Antigone et Oedipode, item ex Oedipode Senecæ. Athenæus lib. 2. ex Aristophane de ipsius obitu memorat, quòd cum Tilphossæ fontis frigus propter ætatem ferre non posset, ipsius hausta expirauerit: λεγῶν δὲ τὴν βοιωτίαν ὑπὸ τιλφώσσης, ἐφ' ὗς ἀριστοφάνης φησὶ τειρεσίαν πιόντα, διὰ γῆρας ὀχ' ὑπὸ μέγαντος τὸν ψυχρότητα ἀπενεγκεῖν. Vnde miror quid fiat, quòd Plinius sepulchrum eius in Macedonia posuerit. Lege ad hæc, quæ scribuntur à Diodoro lib. 5. antiquitatũ, cap. 6.

Amphiaraum.) Amphiaraus, teste Plinio, una hominis ætate ante bellum Troianum fuit. Hic uates natales suos ad Neleũ usq; refert, qui (ut Hom. Odyss. 15. scribit)

γείνατο δ' αὖτιφάτην ἠδὲ μαντιον υἱὸν ἀγαυὸν,
αὖτιφάτης μὲν ἔτικτεν ὀϊλῆϊ μεγάθυμος,
αὐτὰρ ὀϊκλείης λαοσσόον ἀμφιάρηον,
ὃν πρὸς Διὸς φίλει ζεύς τ' ἀιγιοχος καὶ ἀπόλλων,
πασσυίλῳ φιλότητι, σοφὰ δ' ἴσατο γοῦνα & οὐδόν.

Ex quibus uersiculis Plato in Axiocho ostẽdit, quòd Deus sibi charissimos, iuuenes adhuc, ex hac mortalitate eripere soleat. Interijt autẽ casu miserabili, cuius Pindarus aliquoties mentionẽ facit: in Nemeis uerò 9. Ode his uerbis:

— ὀλλ' ἀμφιάρηι
σχίσεν λοξαντῶν πελμὶα
ζεὺς τὸν βαθύφρονα χθόνα,
μαρύλῳ σὺν ἁμ' ἵπποις. Quibus adde quæ passim ex Statio citantur. Historia aliquanto fusius perscripta est à Diod. Siculo lib. 5. antiquit. cap. 6. à quo nõnihil uariat Boccat. lib. 15. de Geneal. deorũ: quæ quia nihil admodũ huc faciunt, ociosis lectoribus conferẽda relinquo. Scopus Ciceronis est, diuinationẽ statuere: et inde deos ipsos. Ex uatib. enim plerosq; diuino cultu honoratos olim fuisse, & hoc nomine uel à poetis celebrari. Quare illud potius faciamus. Amphiaraus nõ eo tantũ uaticinio celebris fuit, quod sibi mortem prædixit: sed laudẽ cum Tiresia cõmunem apud Ennium habet, q. nõ quæstus sui causa fictas excitauit sententias, sed etiam quòd ipsum sic honorauit fama Græciæ, ut Deus haberetur, atq; ut ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur. & hæc quidẽ Cicero. à Pausania uerò in Atticis memoratur urbs ad mare sita, Orpus nomine, à qua distat 12. amplius stadia sacellũ Amphiarai, ubi Thebis fugiens terræ hiatu una cum curru absorptus fuerit, et quod Orpij primi diuinos illi honores instituerint: et quæ deinde de Amphiarai apud Orpios fonte memorantur, ad prodigiũ usq; miraculosa sunt. Apud Strabonẽ numeratur inter eos diuinatores, qui in tanto precio fuerunt habiti, ut imperio digni censerentur. Extat uaticinij ipsius exemplum in Vrania Herodoti. Nec ut uates tantũ, sed ut

uir

uir prudens etiam & cordatus celebratur. Memoratur à Pindaro 8. Pythiorum Ode, præclarum ipsius apophthegma, quod ad Thebas de Argiuis rem fortiter gerentibus protulit:

φυᾶ τὸ γενναῖον
ἐπιπρέπει, ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα.

Calchantem.) De hoc quem rectius audiemus, quàm ipsum Homerum? Sic enim de eo scribit nō longè ab initio Iliad.

κάλχας θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,
ὃς ἤδη τάτ' ἐόντα, τάτ' ἐσσόμενα, πρότ' ἐόντα,
καὶ νήεσ' ἡγήσατ' ἀχαιῶν ἴλιον εἴσω,
ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε φοῖβος ἀπόλλων,
ὃ σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν.

Hic quoq; si Pherecydis testimonio credimus, genus ad Apollinem retulit. Ipse namq; Thestoris fuit filius, Thestor Idmonis, qui & ipse uates extitit, quo usi fuerunt Argonautæ: Idmon Apollinis, ex Asteria Coroni. Vt uideas uaticinia ab Apolline ferè fuisse hæreditaria. Fuit is Phrygius, & à suis Delphos oraculi petendi causa missus (sic enim Dares Phrygius rem ἱστορικώτερον exponit) Missus autem Achilles eódem etiam à suis, qui collatis ibi inter se oraculis, amicitiā inierunt. Sequutus itaq; Calchas Græcos. Quare statim pòst apud Homerum Achilli causam pestis aperit: quam, ut notam, missam hic faciemus. Libro deinceps 2. Calchas Græcis portentum exponit:

τίπτ' ἄνεω ἐγένεσθε κατηρεμόωντες ἀχαιοί;
ἡμῖν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας μέγα μητίετα ζεύς,
ὄψιμον, ὀψιτέλεστον, οὐ κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται·
ὡς οὗτος κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο, καὶ αὐτὴν
ὀκτὼ, ἀταρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα,
ὣς ὑμεῖς τοσαῦτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι,
τῷ δεκάτῳ δὲ, πόλιν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν.

Quem

Quem locum interpretatus est Ouidius in 12. Metamor. statim ab initio, — At ueri prouidus augur
Thestorides: Vincemus, ait, gaudete Pelasgi,
Troia cadet, sed erit nostri mora longa laboris,
Atq; nouem uolucres in belli digerit annos,
& quæ sequuntur. Hunc locum Homeri de Calchante Cicero 2. de Diuinatione lib. latinis uersibus inseruit. Repetitur à Q. Calabro lib. 6. et 8. & deinde lib. reliquis, præsertim 12. Adduntur etiam alia illius uaticinia, quæ breuitatis causa nunc omittimus. Deinde subiungit Ouidius aliud Calchantis uaticinium de Iphigenia in Aulide, post bellum, pro uento secundo Dianæ immolanda, quod apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi sæpius iteratur. Apud Senecam in Troadibus etiam Calchas uaticinans introducitur. Apud Vergilium in 2. Æneid. Sinon proditor fingit quoddam Calchantis uaticinium, quo ipse sacrificio fuerit destinatus. De eius cum Mopso certamine suprà in Mopso diximus. Cæterùm quòd post mortem pro Deo habitus fuerit, apud nullum dum quenquam inueni.

Helenum.) Cicero lib. 1. de Diuinatione: Quid Asiæ rex Priamus? nonne & Helenum filium & Cassandram filiam diuinantes habebat, alterū augurijs, alterum mentis incitatione & promotione diuina? De his Scholiastes Homeri, Iliad. 7. in hanc ferè sententiam scribit. Fabulæ ferunt de geminis Priami ex Hecuba, Heleno & Cassandra, quod in templo Apollinis Thymbræi, ubi γενέθλια celebrabant, colludentes obdormierint. Famulæ autem, quibus puerorum cura mandata fuerat, temulentiores, puerorum oblitæ domum abierint, postridie in templum reuersæ uiderint serpentes linguis sensorios puerorum meatus obstruere. Famulæ ex re tam inopinata exterritæ, uociferationem ediderint, ita ut serpentes aufugientes, inter lauros proximas se abdiderint, pueri uerò deinde uaticinandi

nandi numine correpti fuerint. Eiusq; rei autorem citat Anticlidem quendam. Homerus autem in illo loco scribit, Helenum ex Palladis & Apollinis colloquio animaduertisse, in illa pugna futura Hectorem uictorem euasurum: quare fratrẽ, ut macta uirtute sit hortatur. Isacius apud Lycoph. Helenus, inquit, Priami filius, cum uates esset uel solus ad Græcos transfiegit, ut Orpheus inquit, & Triphyodorus: aut ut Sophocles, ab Vlysse abductus atq; retentus, dixit Græcos Troia non aliter potiri posse, nisi Pelopis ossa inferrent, et Neoptolemũ Achillis filiũ, et Philoctetẽ. Aiax apud Ouid. 13. Vlyßi exprobrat tanq̃ factum minimè palmariũ, quod —Rhesum, imbellemq; Dolona, Priamidemq; Helenum rapta cum Pallade ceperit.

Verba quæ Tzetzes ex Sophocle citat, sunt in Philoctete: —μοῦνος ὧν τις σύγγονος,
πρεμάων μὲν ὑὸς, ἐυμμαχ' ὀνομάζετο
ἔλεγεν, ὃν οὗτος νυκτὸς ἀβλαβῶν μόνος,
ὁ πάντ' ἀκόσμα αἰσχρὰ κοὐ λώβητ' ἔπη
δόλιος ὀδυσσεύς, οὐλε. Δίσημον δ' ἄγων
ἐνδεξ' ἀχαιοῖς ὅν μέσον δόρατων ἰκαλώ.

Hic post cladem Troianam à Pyrrho Achillis filio, propterea quòd sibi pestem futuram prædixerat, seruatus: & propter merita etiam alia in partem regni, quam Chaoniam de nomine fratris appellarat, admissus fuit. Ad hunc in tanta rerum fortuna positũ, afflictus Æneas uenientem Æneid. 3. consilium ab eo petit his uerbis:

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et uolucrum linguas, & prapetis omnia pennæ.
Fare age (namq; omnem cursum mihi prospera dixit
Relligio, &c.)
Hic Helenus cæsis primùm de more iuuencis,
Exorat pacem diuûm, uittasq; resoluit

Sacrati

Sacrati capitis, meq; ad tua limina Phœbe
Ipse manu multo suspensum numine ducit,
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos, &c.

Hæc fortassis curiosius adducta quibusdã uideri possent, arbitror tamen philologo lectori minimè ingrata futura.

Nihil nos Pub. Claudij.) Exempla ista & oratoria sunt, & probabilia magis quàm historica. Citantur diligentius à Cicerone, quàm ab historicis referũtur. Cic. uel ut Augur in medium profert illa, uel decorum seruat personæ Stoicæ: sicut etiam in libris de Diuinatione. Sed quia sunt disidæmonestera, refelluntur ab illis theologis, qui ex professo aduersus gentiles gentilitijs illis temporib. scripserunt, ut Tertullianus, Arnobius, Lactantius et Augustinus, qui magno insectandi studio quæq; (ut in contentionibus fieri solet) captarunt, quæ ad eleuandum simulacrorum cultum facere uidebantur. Horum, inquam, scripta in his exemplis explicandis non citabimus, ne uel sacra prophanis miscere uideamur: uel quia his apud Lactantium, ubi magis idoneum locum habebant, usi sumus, nisi fortasse siue lectio diuersa, siue loci explicatio nos aliud monuerit. Videamus exemplum Appij, cuius etiam in 1. et 2. de Diuinatione meminit, et Valerius lib. 1. capite de Auspicijs. Abbreuiator Liuianus Epit. 19. Flor. lib. 1. cap. 2. Eutropius lib. 2. Sed inter hos solus Cicero & Valerius istius blasphemiæ mentionem faciunt. Atqui, ô Cicero, Polybius, quem tu bonum autorem nominare soles, hoc auspicium ne uerbulo quidem attingit: sicut nec Orosius, qui lib. 1. cap. 10. historiam hanc repetit.

Claudij.) Fuit is Cæci filius, ut Cicero de Diuinatione affirmat. Quid quod & Gellius huius sororem Cæci filiã facit? Quanq̃ Chronologia consularis hunc Cæci nepotem ponit. Nec ratio temporis permittit. Nam Cæcus citã Candace uix paucis ante annis ab historicis memoratur.

Variana

Variant deinde scriptores in huius prænomine: Potior et ponderosior consensus subscribit lectioni Ciceroniana. Sed numerosior calculus, Claudius habet: nam sic legunt Plinius lib. 15. cap. 1. Florus, Eutropius, Abbreuiator, Polybius translatus (nam Græcus etiam πόπλιον habet) & Polybij simia, Leonard: Aretinus, & hos sequutus Sabellicus, & cum his Chronologia consularis. Rursus in secundo de Diuinatione aliquo loco Clodius etiam, pro Claudius legitur.

Collega eius.) In consulatu uidelicet. Quia hæc historia cum superiori coniuncta est, non est cur alios quæramus scriptores.

Iunius.) L. Iunius cognomento Pullus, uel, ut alij placet, Bruto.

Classem.) Quam reparauerat, rostratarum nauium CXX. habuit, onerarias præterea frumentationis causa circiter LXXX.

Amisit.) Ad Pachyni promontorium: exercitum tamen, Eutropio teste, saluum habuit.

Condemnatus.) Reuocatus à senatu, iussusq; dictatorem dicere, C. Glauciã dixit, et magistratu se abdicauit.

Necem sibi.) Damnationis ignominiam uoluntaria morte præuenit: Valer. Cæteri uerò historici de hoc altissimè silentes, Ericis occupatione ignominiam ipsam aboleuisse narrant.

Cælius.) C. Cælius Antipater, uir optimus, Crassi familiaris, scripsit de bello Punico ad Lælium. Addidit historiæ maiorem sonum uocis. Hunc etiam in libro de Diuinatione in huiusmodi exemplis citat, fortè propter fidem tantum faciendã. Nam, ut Catulus de ipso in 2. de Oratore testatur, neque distinxit historiam uarietate locorum, neq; uerborum collocatione & tractu orationis leui & æquabili perpoliuit illud opus: sed ut homo neq; doctus, neq;

neq; maximè aptus ad dicendum, sicut potuit, dolauit. In primo de Diuinatione, non auspicij modò, sed ominis etiam neglector fuisse scribitur, ex eodem (ut arbitror) Cælio: Quid bello Punico secundo, nonne C. Flaminius Consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade reipublicæ, qui exercitu lustrato, quum Arretium uersus castra mouisset, & contra Hannibalem legiones duceret, & ipse & equus eius ante signum Iouis Statoris sine causa repentè concidit, nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis uidebatur, ne cõmitteret prælium. Idem quum tripudio auspicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quæsiuit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret? Quum ille, quiescendũ respondisset: Flaminius, Præclara uerò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur. Itaq; signa conuelli, & se sequi iussit. Quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset mouere loco, nec quicquam proficeretur, plures quum accederent, Flaminius re nunciata suo more neglexit. Itaq; tribus his horis concisus exercitus, atque ipse interfectus est. Scribunt hanc ad Thrasimenum fluuiũ cladem, Liuius lib. 2. de secundo bello Punico, Plutarchus in Fab. Max. Polybius lib. 3. Silius lib. 5. Florus libro 2. cap. 6. Orosius lib. 4. cap. 15. Eutropius lib. 3. leuiter attingit. Ex his Liuius, Plutarchus, Silius, & Orosius uaria & diuersa prodigia hanc cladem præcessisse memorant: & Valer. etiam inter prodigia recenset, solius ominis de signis nimirum immobilibus mentionem faciens. Quare colligo, Valerianum codicem ualde hoc loco uitiosum esse. Omnis Liuius, Silius, Valerius, Florus meminerunt. Polybius nullius prorsus mentionem facit: silet æquè Eutropius, pro more. De pullis, altissimum ubiq; silentium. Thrasimeni Chorographia est apud Liuium, Polybium,

lybium, & Silium. Cum magno reipub. uulnere.) XV. millium, Polyb. Liu. Plut. Valer. XX. millium, Eutrop. & Orosius.

Accij Nauij.) Quicquid hic difficultatis est, tollitur ab ipso Cicerone in 1. de Diuinatione: Quid lituus iste uester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde uobis est traditus? nempe eò Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus (id est, incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur, similitudine nomen inuenit) quum situs esset in curia Saliorum, quæ est in palatio, eaq; deflagrauisset, inuentus est integer. Quid multis annis post Romulum Prisco regnante Tarquinio? Quis ueterum scriptorum non loquitur, quæ sit ab Accio Nauio per lituum regionum facta descriptio? qui quum propter paupertatem sues puer pasceret, una ex his amissa, uouisse dicitur, si recuperasset, unam se Deo daturum, quæ maxima esset in uinea. Itaq; sue inuenta, ad meridiem spectans, in uinea media dicitur constitisse. Quumq; in quatuor partes uineam diuisisset, trisq; partes aues abdixissent: quarta parte, quæ erat regione distributa, mirabili magnitudine uuam, ut scriptum est, inuenit. Qua re celebrata, quum uicini omnes ad eum de rebus suis referrent, erat in magno nomine & gloria. Cæterum de lituo lege Gell. lib. 5. cap. 8. et inde Macrob. lib. 5. cap. 8.

Rex Hostilius.) Manifestus est Ciceronis error, uel lapsus potius memoriæ, quales tantis uiris securis obrepere solent. Nam ipse in loco iam citato, Tarquinij Prisci, Quinti Rom. regis, non Tulli Hostilij tertij, Augurem eum facit, communi omnium qui extant historicorum testimonio. Ex quibus potissimum citabimus Dionys. lib. 3. Plin. lib. 1. Valerium libro primo, capite de Auspicijs, Florum lib. 1. cap. 5.

Maxima

Maxima bella gesit.) Latinos bello domuit: Auctor de uiris illustrib. cap. 6. De hoc diximus apud Lactantium lib. 2. cap. 8.

Tum enim bella.) De Auspicijs lege Alexandrum ab Alexandro, lib. Genialium dierũ 1. cap. 29. Argumentum sic habet: Pugna non nisi auspicato & sine numine initur: Testamenta autem in procinctu fiebant, habitis iam auspicijs: Ergo nec testamentis in procinctu factis religio deerat, non minus quàm quæ in calatis comitijs fiebant. Nam etiam comitia omnia, non nisi consultis auspicijs celebrabantur. Gellius lib. 15. cap. 27. indicat tria quondam testamentorum genera fuisse: unum, quod calatis comitijs in concione populi fieret: alterum in procinctu, cum uiri ad prælium faciendum in aciem uocabantur: tertium per familiæ emancipationem, ciuæs & libra adhiberetur. Confer cum his quæ scribit Iustinianus lib. 2. Institut. Imperial. titulo de Testamentis ordinandis: qui indicat, hoc in procinctu testamentum, antiquum admodum fuisse. Nam in Coriolano Plut. huius mentionem facit his uerbis: ὧν δὲ τότε τοῖς ῥωμαίοις ἐθῶν & ἀς τάξιν ἔκαστοι καλοῦσι, καὶ μάλιστα τοὺς θυγατρους ἀναλαμβάνειν, καὶ τὰ ἐξόπλα δοῦναι πρὶν τύβρωνα, ἅμα τῇ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι, ἢ πρὸ τῆς τάξεως ἐκκλίνοντας, ὀνομάζοντας τὸν ἐπιτρόπευσον. Fit huius mentio etiam in 1. de Oratore, ubi Galbæ importunitas notatur. Videretur Cicero Iulium Cæsarem notasse, qui, ut Vlpianus L. 1. ff. de Militari test. refert, militibus liberam testamenti factionem primus concessit: nisi M. Marcellum quinquies Consulem eiusdem incusaret negligentiæ, ut iam inferius uidebimus. Cæterùm quòd dicit nullos uiros uocari, intelligit Calata comitia, quæ nomen habent ἀπὸ τοῦ καλεῖν, id est, à uocando. unde calatores & nomenclatores, & calendæ etiam ducuntur. Cæterum perennia et acumina sunt religionis uocabula.

Nam & alibi hoc in opere perennium auſpiciorum mentio fit, quod de Diuinatione lib. 2. iuge uidetur nominare. Cuius, niſi coniectura me fallit, exemplum eſt, quod mox de Semp. Graccho ſequitur. Cuius me Guarinus Plutarchi interpres commonuit, in Vita Marcelli, ubi refert ex libro Præceptorum militarium ſe admonitum, ſolenne aliquid inſcium præteriſſe Gracchum. ubi apud Plutarch. legitur, τὰ τῶ πρίω. ita ut πάρεμπτον τι, ſiue ſolenne, idem ſit quod perenne. Certè de auſpicio ex acuminib. ibidem Cicero eodem queritur modo: Bellicam, inquit, rem adminiſtrare maiores noſtri niſi auſpicatò noluerunt. Quàm multi ſunt anni, quum bella à Proconſulibus & Proprætoribus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Itaque nec amnes tranſeunt auſpicatò, nec tripudio auſpicantur: nam ex acuminibus quidem, quod totum auſpicium miſitare eſt, iam M. Marcellus ille quinquies Conſul totum omiſit, idem Imperator, idem Augur optimus. Vbi eſt ergo auium diuinatio? quæ, quoniam ab iis qui auſpicia nulla habent, bella adminiſtrantur, ab urbanis retenta uidetur, à bellicis eſſe ſublata.

Imperatores.) Duo Decij præ cæteris hoc nomine paſſim celebrantur: quorum, patris deuotio ſcripta eſt à Liuio lib. 8. V. C. Filij, lib. 10. utriuſq;, à Valerio lib. 5. cap. de Pietate erga patriam. Deuouendi cæremoniam, qua uſus eſt Decius pater, ut exemplum habeamus, adſcribam ex Liuio: In hac trepidatione Decius Coß. M. Valerium magna uoce inclamat: Deorum, inquit, ope Valeri opus eſt. agedum Pontifex publicus populi Romani, præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum togam prætextam ſumere iußit, et uelato capite manu ſubter togam ad mentum exerta, ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere: Iane, Iupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouenſiles, dij Indigetes, diui quorum eſt

rum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumq;, dijq; manes, uos precor, ueneror, ueniam peto, ferocq;: uti populo Romano Quiritium, uim uictoriamq; proſperetis: hoſtesq; populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteq; afficiatis. Sicut uerbis nuncupaui, ita pro repub. Quiritium, exercitu, legionibus, auxilijs populi Romani Quiritium, legiones auxiliaq; hoſtium mecum Dijs manibus Telluriq; deuoueo. Hæc ita precatus, lictores ire ad T. Manlium iubet, matureq; collegæ ſe deuotum pro exercitu nunciaret. ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit. Conſule ad hæc Macrob. lib. 3. Sat. cap. 9. Sed de his, niſi memoria me fallit, in Catone maiore quoq; dictum à nobis nonnihil eſt.

Ex Sibyllinis.) Quarum decem interpretes ex ciuitate eſſe uoluerunt, Cic. de Diuinat. 1. Sed illa Sibyllina, quæ noſtra cura in lucem uendicata ſunt, ut uerum plerunq; Deũ ſonant, ita ſimulacricolas maximè deteſtãtur.

Pub. Scipione.) Pub. Scipio Naſica, C. Martius Figulus, Coß. anno DXCII.

Tib. Gracchus.) T. Sempronius Gracchus, Publij filius, ſeditioſorum Gracchorum pater, qui bis Conſ. & Cenſor fuit, idemq; & ſummus augur & uir ſapiens, uir mira fortitudine & æquitate præditus, cooptatus in collegium augurum, cum eſſet admodũ adoleſcens. Plut.

Qui & Conſul.) ἀῤῥησις à circumſtantijs. At nos Tuſci.) μέσως, utrunque ex συνηθείᾳ. Quod cum pomœr.) Pomœrium, uerbi uim ſolam intuentes, poſtmœnium interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Hetruſci, quà murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant: ut neq; interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc uulgò etiam coniunguntur, & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pa-

téret soli. Hoc spacium, quod neq; habitari, neq; arari fas erat, non magis quòd post murum esset, quàm quòd murus post id, pomœrium Romani appellarunt: & in urbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Hæc Liuius lib. 1. ab V. C. Gellius uerò lib. 13. cap. 14. Pomœriũ quid esset, augures pop. Rom. qui libros de auspicijs scripserũt, istiusmodi sententia definierunt. Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum ponè muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicij. Antiquissimum autem pomœrium, quod ab Romulo institutum est, Palatij montis radicibus terminabatur. Sed id pomœrium pro incrementis reipub. aliquoties prolatum est, & multos editosq; colles circumplexũ est. Habebat autem ius proferendi pomœrij, qui pop. Rom. agro de hostibus capto auxerat: & quæ sequuntur, ex Messalæ auguris scriptis petita, minimè ab hoc instituto aliena. Non desunt, qui pomœrium quasi post murum dictum putent, ut Plut. & Seru.

Augures rem ad senatum.) Hæc à Valerio, de Cultu deorum, dilucidius aliquantulum scribuntur. A Tiberio, inquit, Graccho ad collegium augurum literæ ex prouincia mittebantur, quibus significabat se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animaduertisse, uitio tabernaculum captum, comitijs consularibus, quæ ipse fecisset: eaq; re ab auguribus ad senatum relata, iussu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Nasica è Corsica Romam redierunt, & se consulatu abdicauerunt. Repetitur hoc exemplum de Diuinatione 1. &, ut diximus, à Plutarcho in Marcello.

Quorum enim interpretes.) Non satis diligenter Balbe expendis, qualis ista tua ratiocinatio sit, atque ita, ut uel puer deprehendat uitiosam eam esse. Nam quod ex incertis

ex incertis principijs colligitur, æquè ut illa, infirmũ est. Propter quod quidq;, inquis, est, illud magis. Agnosce relationis locum: uel si id uis, causam etiam. Quur non ita argumentabimur: Lustralis ignis est, quia næniæ sunt? Similis est illa: Homines deorum fabri sunt, ergo dij sunt. In Academico, id est, in callido aliquo tergiuersatore, hoc argumentum ferrem: in homine Stoico, id est, Dialectico, & acuto disputatore, non fero. Imò uicissim sic argumentabimur: Dij, præter unum & solum & summum, nulli sunt: ergo & augures & auguria euanescunt.

Ars nulla medicina.) Longè hic melius colligit, uel soluit potius obiectionem, scita quadam distinctione. Differunt enim etiam artes inter sese. Ponam huc, quia locus requirere uidetur, differentiam illam ex Galeni methodo, ob oculos: nam unde rectius? quandoquidem ars medicinæ nobis hîc in controuersiam ponitur.

διττὴ τεχνῶν διαφορὰ
- αἱ μὲν γὰρ τοῦ καθ' ἑαυτὰς τέλους ἀεὶ τυγχάνουσιν, ὡς
  - τεκτονικὴ.
  - ναυπηγικὴ.
  - οἰκοδομικὴ.
- αἱ δ' ἐφίστητ' ἑαυτ' τέλους ὡς σκοποῦ, οὐκ ἀεὶ δ' αὐτ' τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. διὸ καὶ στοχαστικαὶ λέγονται, ὡς
  - ἰατρικὴ.
  - ῥητορικὴ.
  - κυβερνητικὴ.
  - τοξικὴ.

Huc refert μαντικὴν.

Quorsum autem pertinebit, si augurationem, ut medicinam, artẽ facias? Quasi uerò Dei cultus arte potius, quàm animi promptitudine, constet?

SEQVITVR ALTERA diuisionis pars.

Cleanthes.) De Cleanthe, in Velleij oratione lib. 1. dictum est. Diximus item de uerbo informandi, deq; Stoicorum de formis deorum sententia. Cæterùm de hac Cleanthis doctrina nihildum apud quenquam uidi. Stoicorum sanè prænotiones aliquæ ponuntur (ut in primo quoque libro monuimus) quæ partim cum his quæ à Balbo recensentur, congruunt: partim sunt aliæ. Hæ tamen quid consentiant, dissentiantq;, quàm poterit fieri, luculenter demonstrabo. Sunt autem apud Plutarchum libro primo, cap. 6. τῶν ἀφικνούντων, septem: cum Cleanthis hic quatuor duntaxat sint.

Cleanthi apud Ciceronem 4. notiones deorum humanis animis informatæ sunt.

1. Quæ orta est ex præsensione rerum futurarum.
2. Quam capimus ex magnitudine commodorum, &c.
3. Quæ terret animos fulminibus, tempestatibus, &c.
4. Æquabilitas motus, conuersio cœli, &c.

Apud Plut. ex sententia Stoicorũ

1. Hæc prorsus desideratur.
2. Hæc etiam est secunda.
3. Hæc etiam tertia est.
4. Hæc prima est.

Cæteræ apud Plutarchum in hac Cleanthis ratione nullum locum habent. Quarta deos rebus gerendis, quinta perturbationibus animi præfecerunt: sexta, fabulosa & poetica est: septima, uirtus est, quæ homines ad sidera tollit. De his singulis, ubi res flagitabit, pluribus agemus.

Ex ma-

Ex magnitudine commodorum,) Huc numerat Plutar. deos ὠφιλοῦντας, Iouem, Iunonem, Mercurium, Cererem. His alij alios etiam adjciunt, Bacchum & alios. Quidam etiam solem ipsum, & lunam, & sidera, quæ in primo numero Plut. ponit.

Quæ terret animos fulminibus.) Fulmina Iouis sunt: hinc Iouem terribilem Væiouem dixerunt. De Iouis fulminibus lege Senecam in secundo Natur. quæst. libro. Plutar. inter βλάπτοντας numerat, ποινὰς, ἐρινύας, Martem, quorum uiolenta noxiaq; numina uotis redimunt, à seq; repellunt.

Tempestatibus.) Vt Neptunus, qui ut Æneæ propitius, ita Vlyssi aduersus fuit.

Pestilentia.) Vt Apollo Iliad. α. Vnde sunt qui putant, eum dictum ὡς ἀπόλλωτας τὰ ζῶα, quòd exanimet et perimat animantes, cum pestem intemperie caloris immittit. Vide Macrob.

Terræmotibus.) δεισμοῖς, quorum species faciunt, σπαλίντας, βράστας, χασματίας, quas Balbus hiatus inferius nominat. item παλματίας, id est, uibratores: μυκτίας, quas Balbum hic fremitus nominare arbitror. De quarum differentia consule librum Aristotelis de Mundo.

Lapideis imbribus.) Huiusmodi uisi sunt M. Messala, C. Liuio Coss. anno 566. C. Mario, Q. Luctatio Coss. anno 652. ut est apud Iul. Obsequentem. Refert etiam Valer. in Piceno lapides pluisse, Reate. Liu. lib. 3. Dec. 5. Plinius lib. 2. cap. 38. causam indicat, quòd uento sint rapti. **Quasi cruentis.)** Plin. lib. 2. cap. 56. memorat lacte & sanguine pluisse, M. Acilio, C. Porcio Coss. Item, Q. Martio Philippo iterum, Q. Seruilio Cepione Coss. teste Liuio lib. 5. Dec. 5. præter ea quæ à Iulio Obsequente memorantur.

Tum lapidibus.) Plin. libro 2. cap. 58. Celebrant

Græci, Anaxagoram Clazomenium Olympiadis octauæ secundo anno prædixisse, cœlestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset in sole, idq; factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen, qui lapis etiam nunc ostenditur magnitudine uehis, colore adusto, comete quoq; illis noctibus flagrante. Meminit etiam Laert. Liu. lib. 1. Dec. 5. lapidem in agro Crustumino in lacum Martis cecidisse scribit.

Hiatibus.) Qualis Curtij memoratru. χασματίας uocant, qui terræ labes relinquũt in caua subsidentis. Qui uerò ui eruptione facta terram patefaciunt, ῥῆκται, id est, effractores dicuntur: quorũ alij flatum, alij saxa, alij cœnum secum rapiunt, qui & ipsi ceu species terræmotibus subijciuntur.

Hominum pecudumq; portentis) Cic. de Diuinat. 1. Quia enim ostendunt, inquit, portendunt, monstrant, prædicunt: ostenta, portenta, monstra, prodigia, dicuntur. Corn. Fronto hanc inter ista differentiam ponit: Ostentum (inquit) est, quod præter consuetudinem offertur, utputa si uideatur terra ardere, uel cœlum. Portentum, quod porrò & diutius tendit, futurumq; postmodũ aliquid significat. Monstrum, quod contra naturam est, ut Minotaurus. Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. Id enim est prodigere. Labeo Iurisconsf. ut Vlpianus citat in L. 38. ff. de Verb. sig. ostentum definit, omne contra naturam cuiusq; rei genitum, factumq;. Itaq; duo genera ostentorum facit: unum, quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus aut pedibus fortè: quod genus ego hic portentorum nomine intelligo, ut sunt ἀνδρογύνοι, & id genus innumera, quibus & ueterum libri referti sunt: & nostra ætas in singulos dies plurima non ex pecudibus magis quàm hominibus, non segnius quàm olim Africa ex commistione semper aliquid

aliquid noui portabat, ubiq; terrarum uaria monstrorum genera profert. Alterum Labeo facit, cum quid prodigiosum uidetur, quod Græci φάσμα uocant, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Eius generis sunt faces & cometæ, quæ iam Balbus recenset. Faces.) Græci quoq; λάμπαδας nominant, à similitudine, sicut etiam aliás ignes: ut δοκίδας, id est, trabeculas: πίθους, dolia: βοθύνους, scrobes: κίονας, columnas: ἅλως, areas: αἶγας, capras: δάλους, torres, & si qua sunt alia siue κατ' ἔμφασιν, siue κατ' ὑπόστασιν, quæ apud Aristotelem, Senecam, & Plutarchum leguntur, & præsertim apud Plin. lib. 2. cap. 26. ubi quædam disertæ horum differentiæ habentur. Quæ omnia φασμάτων nomine intelligo: quæ Cicero hic uisus cœlestes nominat. nisi horum nomine etiam illa intelligere quis uelit, quæ his calamitosis temporibus multa uisa sunt: ut, aquila super cruce uolitans, pheretrum, leones, exercitus, quæ inter prodigia rectius numerantur. Obiter monendus incautus lector est, si fortè in eo libello, qui Aristot. titulo de Mundo extat, uersetur, pro φαντασμάτων, φασμάτων legendũ esse. nam hæc uox etiam in Meteoris legitur.

Cometas.) κόμη siquidem comam, siue crinem significat. De cometis eosdem propè lege scriptores, quos iam suprà citauimus. Arist. in μετεωρογογικῶν cap. 6. cum cometis etiam πωγωνίας iungit, hoc est, ignes seu stellas barbatas. ἐὰν μὲν γὰρ πάντη ὅμοιος, κομήτης· ἐὰν δὲ ἐπὶ μῆκος, καλεῖται πωγωνίας. Sed iuuat audire etiam Plin. Cometas, inquit, Græci uocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, & comarum more in uertice hispidas. Iidem πωγωνίας, quibus inferiori ex parte, in speciem barbæ longæ promittitur iuba, &c. Plures differentiæ sunt apud Senecam lib. 7. qui præ cæteris hic disertus est.

Bello Octauiano.) Marianum historici, à potissimo nimirum autore, hoc bellum nominant. Eidem facit Plinius

Plinius lib. 25. sic scribens: Sed cometes nunquam in occasura parte cœli est, cum magna ex parte sidus, ac non leuiter piatum, ut ciuili motu Octauio Cos. Valer. de prodigijs etiam omine Octauium territum fuisse scribit. Conqueritur Plutar. quòd præstigiatoribus Chaldæis potius, quàm peritis rei militaris, munus suũ administrarit. Cum quo consentit etiam Appianus. Chaldæi fortaßis religionem obtruserunt, cometa uidelicet admoniti.

Sole geminato.) παρήλιον Græci nominãt, qui (ut est apud Aristotelem in 3. Meteorologicõn, cap. 6.) fit, cum solem uersus refringitur aspectus. γινέται, inquit, παρήλιος, ἀνακλωμένης τῆς ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον ἀπό τινος. Plinius lib. 2. cap. 31. quibusdam exemplis indicat, aliquando tres, aliquando plures soles apparuisse. Tres soles simul uisos, memorat etiam Liuius lib. 1. Dec. 5. inter plurima alia prodigia.

Tuditano & Aquilio.) C. Sempronio Tuditano, M. Aquilio, anno V. C. D C X X V. quo idem Scipio de repub. disputasse fingitur. De Scipionis obitu lege Appianum lib. 1. epitomen Liuianam 59. Obserua obiter elegantißimum colorem, ex coniugatis ductum.

Aequabilitatem motus.) Ait enim Arist. in 2. de Cœlo, κίνησιν ὁμαλὴν καὶ ἀνόμαλον esse. Æquabilitatem autem propterea dicit, quod (ut philosophus ibidem ait) ἐν τοῖς ὑπὸ κάτω πλείους ἤδη αἱ φοραὶ συνεληλύθασιν εἰς ἕν. Et hanc æquabilitatem, harmoniam uocant, quæ in Somnio Scipionis elegantißimè describitur.

Conuersionem.) Reuolutionem Marsus interpretatur, nec malè. Sic enim recentiores astronomi nominant, quæ à Græcis astronomis, & ab Aristotele maximè, κινήσεις appellantur, quæ fiunt à dextra in sinistram, id est, ab ortu in occasum, non siderum magis quàm orbium. Hoc modo etiã infrà de Posidonij sphæra disserens, planetarum

planetarum ambitus hoc nomine nominat: & meliores interpretes Ciceronem secuti, sic transtulerunt. Nominatur ista conuersio quandoq; etiam generaliore uoce φορὰ, nonnunquam περιφορία. Item περιστρέφεσθαι uerbum, unde conuersionis uox deducta est, aliquoties pro τοῦ κινεῖσθαι usurpatur. Cleomedes etiam hinc prouidentiæ diuinæ argumentum haurit: ὁ τοίνυν οὐρανὸς κύκλῳ εἱλούμενος ὑπὲρ τὸν ἀέρα καὶ τὴν γῆν, καὶ ταύτην τὴν κίνησιν προνοητικὴν οὖσαν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ διαμονῇ τῶν ὅλων ποιούμενος, ἀναγκαίως καὶ πάντα τὰ ἐμπεριεχόμενα αὐτῇ τῶν ἄστρων περιάγει, &c. Porrò obseruabis, quòd apud Plutar. Stoici solem, lunam, stellas θέοντας, hoc est, ut Budæus uertit, perenni cursu irrequietas, ἀπὸ τοῦ θέειν, id est, currendo, θεοὺς dictos asserunt.

Distinctionem.) Vt τῶν δώδεκα μορίων in signifero, illis enim etiam partes anni distinguuntur.

Vtilitatem.) Cõmoda solis unius inæstimabilia sunt, nedum aliorum siderum & elementorum.

Pulchritudinem.) Hinc rerum uniuersitas Latinis mundus, Græcis κόσμος, teste Plinio, dicitur. Vnde etiam Stoici diuinitatis opinionem (nam fidem dicere non audeo) hauserunt. Pulchritudinem autem illam metiuntur ex forma, colore, amplitudine, stellarumq; mundum ambientium uarietate. ἐκ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ χρώματος, καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς περὶ τὸν κόσμον τῶν ἀστέρων ποικιλίας. Plut. Sed de hoc per occasionem fusius.

Ordinem.) Qui uel maximè in errantibus cernitur, deinde in parallelis. Sed de his singulis suo loco, ubi dabitur occasio, plura dicemus.

Vt si quis.) Comparatio maioris ad minus. Chrysippus.) Colligit suffragia.

Acerrimo ingenio.) εὐφυὴς καὶ ὀξύτατος, teste Laertio.

Non

Non ut ipse reperisse.) Nam non in inueniendis doctrinæ dogmatibus, sed probationibus ingeniosus fuit: adeò ut ad Cleanthem sæpe dixerit, μάνυε σὺ τῶν δογμάτων διδασκαλίας χρήσιμον, τὰς δ' ἀποδείξεις αὐτὸν ἐυρήσειν.

Si enim, inquit.) Pulchrè seruat decorum dialectici. Nam in ea ut Stoici excelluerunt, qui hanc artem αὐτοκλεξίαν & ἀματαιότητα, et alijs præclaris nominibus nominarunt, ita Chrysippus principatum tenuit: ita ut creditum sit, si usus aliquis istius artis apud superos esse posset, non futurum alij locum quàm Chrysippeæ. Quod uerò ex hac tota ratiocinatione conficitur, hoc est, Deum esse conditorē: hypothesis, quæ apud Laert. ex 5. de Prouidentia citatur, nempe τὸν κόσμον σύνεδον εἶναι κατὰ νοῦν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν. Est autē apud Stoicos catholicum, Deum mentem esse. Hoc distant, quod hîc creatio, illic administratio Deo tribuitur, quæ temerè diuelli non debent.

Etenim si diu.) Hic desiderabantur in antiquioribus editionibus quatuor satis spacioſa folia.

An uerò si domum.) Remouetur absurdum à causa finali. An ne hoc siquidem.) A situ & ordine uniuersi.

Quibusdam regionibus.) Vnde prouerbia: οὖς βοιώτιον, Auris Bataua, Boetica sus, Abderitica mens, de quibus suo loco.

Apud Xenophontem Socrates.) Marsus dicit in commentarijs hæc esse. Sic opinor τὰ ἀπομνημονεύματα nominat, τῶν ὑπομνημάτων sortassis nomine admonitus. In eorum enim 1. lib. Socrates præclarè de prouidentia Dei disserit, eamq; à mentis humanæ præstantia per analogiæ argumentum Aristodemus non infeliciter probat. Adscribam ea uerba, ad quæ potissimum Ciceronem (si modò non locus mutilus est) respexisse arbitror: ἀλλὰ μήν, ἔφη, κατάμαθε, ὅτι καὶ ὁ θεὸς νοῦς ἐστὶν, τὸ μὲν σῶμα ὅπως βούλεται, μετακοσμίζεται. οἶσθα οὖν καὶ τὸν ἐν ἀνθρώποις φρόνησιν τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι. Si quid certius occurret, dicemus in 3. ubi Cotta Balbo ad hæc respondebit. Quin & humorem.) Et quæ iam sequuntur apud Ciceronem, uidentur ad eiusdem Xenophontis imitationem scripta. Nam in 8. de Institutione Cyri, sic legimus: ὀρᾷς γὰρ, ὅτι καὶ τὰ θνητὰ σώματα, ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ἢ ᾖ ψυχὴ, ξῶντα παρέχεται. εὖ δέ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχὴ, ἐπειδὰν τοῦ ἄφρονος σώματος δίκην γένηται. διὰ τοῦτο πίστευσον. ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐν καθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἶναι δοκεῖ αὐτὸν εἶναι. διαλυομένου δὲ αὖ ἀνθρώπου, θηλὰ ὄψιν ἔπαφα, ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυλον, πλὴν εἰ ψυχῆς. αὕτη δὲ μόνη οὔτε παροῦσα, οὔτε ἀπιοῦσα ὁρᾶται. Hoc autem argumentum, quo nunc utitur, sumptum est ex partium distributione. Nam homo ut primùm constat anima & corpore, & ut in morte anima commigrat in suas ædes: ita corpus constans ex quatuor elementis, singulæ partes in sua elementa resoluuntur. quod ut euidentius cernatur, depictam hanc rem, ita ut Galenus in Medico ex Hippocrate docuit, oculis exhibebimus.

Corpus



Quibus, inquit Galenus, additur ab Athenæo quintum, secundum Stoicos, spiritus cuncta penetrans, à quo cuncta continentur & gubernantur. uel si ipsius mauis uerba, διικὸν διὰ πάντων πνεῦμα, ὑφ' οὗ τὰ πάντα σωίχεσθαι καὶ διοικεῖσθαι. Cuius tamen hic à Stoico nulla mentio fit.

Hoc unum quod plurimi est.) Relinquitur, animam esse corpus. nihil enim requirit locum, nisi corpus. Et hoc Stoicorum est: qui tamen interitui subjciunt, uniuersitatis animam corruptioni eximentes. De hoc uarias philosophorũ sententias pete à Plut. lib. 4. τῶν ἀρεσκόντων.

Animum spirabilẽ.) ψυχικὸν, opinor, medici uocãt, qui sentiendi mouendiq; facultatẽ habeat. Naturalis enim spiritus, quem φυσικὸν πνεῦμα uocant, etiã stirpibus communis est. Hecticus præterea, lapidib. quoq;. Humores aũt (χυμοὺς ἐκ πρώτης ὑγρότητος) quatuor ponũt: αἷμα, sanguinem, cuius sedẽ ponũt in corde: pituitã, φλέγμα, in capite: flauã bilem, ξανθὴν χολὴν, in capite: atrã bilem, μέλαιναν χολὴν, in splene. Hæc superflua scientibus uideri possunt.

Zenone.) Huiusmodi Zenonis & aliorum Stoicorum ratiocinationes colliguntur aliquot à Laertio in uita Zenonis, ac singulæ ferè refutantur à Lact. lib. 2. cap. 6. Quæ ab Aristot. contra Zenonis placita disseruntur, lubens omitto, quæ hic locum habere nec debent, nec possunt.

Quod ratione utitur.) Vtitur quidem ratione, non tamen sua, sed ipsius architecti. Nam qua ratione conditus mundus est ab initio, eadem perpetuò regitur.

Mundi autem.) Lactantius negat uel homines, uel alia animantia esse partes mundi. Nec inesse illa mundo tanquam partes toti, sed tanquam incolas domicilio. Sic enim fore, ut ranæ atq; culices mundi partes sint, atq; ob id dij: deinde absurdum esse, ut ex multis partialibus dijs, unus aliquis totalis confletur.

Mundus autem generat.) Hanc quoq; negat Lactantius:

ctantius. nam hominem Deus, cæteraq; animantia ab initio condidit, non, ut glires ex putrefactione nati sunt.

Si ex oliua.) Ob has ipsas similitudines ἐκ τῶν ἀδυνάτου ductas, argumenta ista non imbecillia modò sunt, sed ridicula insuper, & absurda. Quur nõ sic potius colligitur: In caseo uel pomo nascuntur uermiculi sese mouentes, sentientes, uiuẽtes: Ergo caseus uel pomum magis sese mouet, magis sentit, magis spirat. Non considerant (quod rectè ab Aristotele de Generatione dicitur) quòd pati & moueri materiæ est, agere uerò & mouere alterius potẽtiæ.

Sed quoniam.) Videt se ab instituto itinere deuiasse: institutam amphoram, currente rota, urceum exire. Instituerat argumẽtis edocere, deos esse: inde studio sectæ raptus eò est, ut ratiocinetur mundum Deum esse.

Nam omne quod est.) Atqui ex solo calore, nisi humor æquabili temperamento accedat, nihil uiuum producitur, (mittimus ἔντομα, in solo igne nascentia) in quo physici cum medicis consentiunt: & hoc ipsa rerum experientia docet. Semina siquidem in glebam cõiecta, tum demum germinant, cum terra humectata, calor solaris uigorem aliquem inde ciet. Quod usq; adeò uerum est, ut facticius calor, naturalis illius æmulus, sæpe idem faciat. Nam si surculos arboris succulentos circa brumam uasculo aqua referto in loco igne calefacto posueris, calor ille non folia modò, sed etiam flores aliquando producit. Et seminalis humor tum demum uegetatur, & uitalem acquirit spiritum, si æquabili calore præditus sit: & uterus, quo fouetur, temperatis qualitatibus sit constitutus. Et illæ regiones maximè steriles sunt, quæ uel nimio æstu calent uel nimio frigore rigent. Nam extremitates illæ uitiosæ (uel Aristotele teste) fœcunditati maximè officiũt. Sed quid in re manifesta laboramus? Omnino uerò caloris encomion ostentatione quadam instituisse uidetur. Sed hoc

hoc certum est, calorẽ naturæ, quàm frigus, amiciorem esse. Hic siquidem positiuus (loquor medicorũ more) frigus uerò priuatiuum est. Numerãtur sanè à medicis plurima caloris cõmoda, sed non pauciora damna, si nimius sit: et inter cætera hoc non minimum est, quod (ut à Celso scriptum est) coctionẽ prohibet, quam Cleanthes tuus ô Balbe, soli calori tribuit. In re manifesta laboras. Non Cleanthes modò cõcoctionem calori tribuit, sed etiã Hippocrates & Aristoteles. Sed plus apud te ualet hominis Stoici autoritas. Sic in definitionibus medicinalibus legimus: τὰς πέψεις τῆς τροφῆς ἱπποκράτης ὑπὸ τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ φησὶν γίνεσθαι. Philosophus autem in 4. μετεωρολογικῶν, concoctionem sic definit: πέψις μὲν οὖν ἐστι τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ οἰκείου θερμοῦ, ἐκ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν. Atq; rursus contrario modo ex priuantibus definit ἀπεψίαν, quam cruditatẽ, opinor, latinus rectè nominabit, ἀπεψία δὲ ἀτέλειά ἐστι τῶν κειμένων παθητικῶν. Quæ uerò sint κείμενα, seu ἀντικείμενα παθητικὰ, mox sequentibus uerbis exponit ipse, οἰκεία ἑκάστῳ φύσει ὕλη. Quod si adhuc alicui obscurum est, ex principio huius libri, ubi euidens hæc elementorũ dispositio et diserta differentia ponitur, lucidius fieri poterit.

τῶν στοιχείων τὰ { μὲν δύο ποιητικὰ, { τὸ θερμὸν. τὸ ψυχρὸν. δὲ δύο παθητικὰ, { τὸ ξηρὸν. τὸ ὑγρὸν.

Et hæc eadem etiam de πεπάνσει tradit, quam maturationem libet appellare, quam & ipsam πέψιν esse dicit, ἐν τοῖς περικαρπίοις.

Micare.) σφύζειν: hæc est enim medicorum uox. Hinc σφυγμὸς, quem pulsum medici nominant. Cuius hæc definitio, cæteris huc magis quadrat: σφυγμὸς ἐστι κίνησις φυσικὴ καὶ ἀπροαίρετος, τοῦ ἐν καρδίᾳ καὶ ἀρτηρίαις θερμοῦ.

Vocant etiam ῥυθμὸν, à pulsu fortaßis musicorum, qui per certa & æqualia fit interualla.

Euulsum.) Quod uel maximè in salmone pisce uidere est. Palpitaret.) πάλλοι. Vnde παλμὸς, illa palpitatio, quæ & ipsa σφυγμὸς dicitur.

Per omnem mundum.) Per analogiam. Elici ignem.) Cilicis filius Pyrôdes, primus ex silice ignem excutere: Prometheus, primus in ferula seruare inuenit. Plin. lib. 7. cap. 36.

Terram fumare calentem.) Quæ alioqui sicca est & frigida. Sed dum ista prosequi uis, quur non illud etiam pari studio addis, quòd pleraque terrena calida sunt? Quia uereris, ne philosophus respondeat, id fieri διὰ τῶν τοῦ θερμοῦ δημιουργίαν. An non eodem quoq; modo terra calore non proprio, sed alieno et aduentitio fumat? Quur non obijcis Ætnæos, aut aliarum terrarum nocturnos et perennes æstus? Ne quis fortè respondeat, miraculosa ista esse. Nam plurima huiusmodi philosophus περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων memorat. In quibus hoc singulare est, quod scribit, in Lipara insula terram quandam reperiri, qua si ollam obruas, quicquid inijcias, lixari. & ut maior tibi asserenti fides habeatur, ecce tibi uerba ipsius autoris: ἐν λιπάρᾳ τῇ νήσῳ λέγουσιν εἶναί τινος γῆν, εἰς ἣν ἐὰν μρύψωσι χύτραν, ἐμβάλλοντες ὃ ἐθέλουσιν, ἕψουσιν.

Atque etiam in puteis iugibus.) Disputat hanc quæstionem Lucret. lib. 6. ibi, Frigidior porrò.

Atq; aquæ etiam.) His argumentis, ô Balbe, nunquam probabis, aquam, quæ humor algidus est, (ὑγρὸν ψυχρὸν) sui natura quicquam caloris habere. forinsecus accedit, quicquid illius est, non minus quàm terræ, quæ uel zephyris in uere soluitur, uel calore solari: sicut nec ignes terræ uiscerib. inclusi, terrestris naturæ sunt, sed suæ. Quod ad congelationem uel solutionem attinet, tenenda nobis

nobis in his philosophi sententia est: Quæcunq; calore uel frigore concreta soluuntur, contrarijs solui solent: λύεται τοῖς ἐναντίοις, ὅσα λύεται τῶν ὑπὸ θερμοῦ παγέντων, ἢ ψυχροῦ. Quòd si obijcias thermas: respondeo tibi, quod Seneca ex Empedoclis sententia lib. Nat. quæst. 3. adducit, qui hoc ignibus tribuit, quos multis locis terra opertos egit. nisi uelis hoc sulphuris naturæ tribuere, quam rationem idem Seneca non difficulter admittit. Quid physicis facies, quibus aqua per frigiditatem magis est aqua, quàm per humiditatem? Maria agitata.) Quid facies illis aquis, quæ per fistulas tenues (quibus de Seneca scribit) frigidæ intrant, effluunt calidæ? Motui ne adscribes hoc, an naturæ aqueæ? Video quid Balbus dicat. Videt ignem nihil humoris admittere, humorem uerò teporem facilè: Igitur natura quiddam igneum inesse aquis, igni aquæ nihil. Quàm ualida hæc ratio sit, physicus aliquis uiderit. Quasi uerò patientis in agens aliqua sit efficiendi facultas. Sed hæc physicis relinquimus.

Ipse uerò aer qui natura est maximè frigidus.) Stoicum hoc prorsus est, qui elementa, ut est apud Laertium, ignem calidum dicunt, aquam liquidam, aerem frigidum, terram aridam. Quæ quidē sententia pugnat communi sententiæ tam physicorū quàm medicorum: quam licet ratam, & doctiß. minimè obscuram, studiosæ tamen iuuentutis causa ob oculos ex Macrobio ponā, opponámque Stoicorum dogma ex Laertio, Empedoclis (si fortassis etiam huius aliquando usus incidet) ex Plutarcho. Macrobij argumentum est, cibum non simplicem & uniformem esse debere, sed uarium. Nam Deum fabricatorem, etiam aerem quo circumfundimur, & cuius haustu spiramus, non simplicem uoluisse, sed ex diuersitatibus & qualitatibus 4. partium anni commiscuisse. Est autem lib. 7. Sat. cap. 5. huiusmodi qualitatum dispositio:

Deus δημιουργὸς fecit

Aestatem calidam & siccã.	Ver calidũ & humectum.	Autumnum frigidum et siccum.	Hyemem frigidam & humidam.	Sic et elementa, quae sunt nostra principia, ex diuersitatib. constant, & nos nutriunt. Est enim	Ignis calidus & siccus.	Aer humectus & calidus.	Terra frigida & sicca.
Aqua humida & frigida.	Stoici uerò faciũt	τὸ πῦρ θερμὸν.	τὴν γὴν ξηρὸν.	τὸ ὕδωρ ὑγρὸν.	τὸ πῦρ θερμὸν.	τὴν ἀέρα ψυχρὸν.	Empedocles autem
τὴν ξέσιν καὶ τὸν αἰθέρα	φερέσθαι ὑπὸ τὸν ἀέρα	τὴν γὴν	σπέρμα καὶ ὕδωρ.	τὸν δία.	τὴν ἄρτιν,	τὸν ἀϊδωνέα.	τὴν νῆστιν, καὶ ἀρήνωμα βρότειον.

Atq;

Atq; idem Macrobius lib. 1. cap. 6. de Som. Scip. indicat quibus qualitatibus inter se conueniant elementa, quibus non, hoc modo:



Sed & apud Aristotelem de Mundo, ὁ ἀὴρ ζοφώδης καὶ παγετώδης τὴν φύσιν, id est, caliginosus & gelidus natura est. Sed illustratur agitatione, atq; accenditur, ὑπὸ δὲ κινήσεως λαμπόμενος ἅμα καὶ διακαιόμενος. Coniecturæ multæ sunt, hunc libellum Stoici cuiusdam esse, emunctius tamen scribentis.

Ipse enim oritur ex respiratione.) Aerem quidem calidum & humidum constituunt. Sed quia philosophus duas partes illi tribuit: unam, quæ circa terram est, calentem atq; humidam, uaporem uidelicet: alteram superiorem, calidam & aridam, exhalationem nimirum: typum huius aliquem ex primo μετεωρολογικῶν apponemus.

τοῦ λεγομένου καὶ καλουμένου ὑφ' ὑμῶν ἀέρος { τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν, ἡ ἀτμίς τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, ἀναθυμίασις } ταύταιν ἡ φύσις { τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν. τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν.

Vtrinq; calor est, Balbe, ne tibi litem facere uideamur, qui disciplinæ tuæ addictus, difficultatem tuæ probationi facis, ubi nulla te adigebat necessitas, si uoluisses communem sequi sententiam.

Iam uerò reliqua quarta pars.) Non ignem prouulgato more appellat. nec enim est ignis, uel philosopho sentiente: qui rationem istius addit, quòd ignis caloris quædam exuperantia, & feruor quidam existit. Sed audiamus ipsum Aristotelem: ὃ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἔστι δὲ πῦρ, ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ, καὶ οἷον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ. Sunt qui ignem ætherem uocant. Ouid. Igneam conuexi uim.

Ex quo concluditur.) Partibus enim sufficienter enumeratis, sequitur conclusio.

Quiddam simile mentis.) Apud Plutar. ubi hæc quæstio agitur, est, ἀμωσγέπως πάντα τὰ ζῶα διανοίας καὶ λογισμοῦ μετέχειν. Quod omnino conueniet cum hoc Balbi dicto, si sequimur Simonis Grynæi, scientissimi & summo iudicio uiri translationem, qui ἀμωσγέπως qualitercunq; interpretatus est.

ἡγεμονικὸν.) Dissident etiam hoc loco Stoici à Platonis, Aristotelis, atq; adeò à communi philosophorum meliorum sententia, qui animæ hominis tres partes faciunt, uel tres potius animas: Rationalem, quam à principatu ἡγεμονικὸν, à ratione συλλογιστικὸν nominare solent: Alteram uocant θυμοειδὲς, cui tribuunt uirtutem uitalem, affectus & appetitus: Tertiam ἐπιθυμητικὸν, cuius officium est nutrire & gignere. Rationalem illam Plato ceu reginam in arce ponit, quæ affectus & cupiditates ceu ciues bonos

bonos & malos regat: ceuq; aurigam, qui equos partim sponte officium facientes in officio seruet, calcitrantes frenet, & iugo subigat. Vnde Sallustius etiam monet, animi imperio, corporis seruitio magis utendum esse. Habent etiam sacræ literæ suum ἡγεμονικὸν. nam Dauid cum ab epithymetico & libidine in adulterium incautior fuisset præcipitatus, implorauit opem diuinam, rogauitq; sibi τὸ πνεῦμα τὸ ἡγεμονικὸν στηρίξαι, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ εὐθὲς ἐγκαινίσαι. Quem Paulus quoq; non ignorauit, νόμον τοῦ νόος appellans: quem regendis affectibus et ἐπιθυμητικῷ non sufficere cum intelligeret, sic ad Rom. 7. conqueritur: βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου (sic enim τὸ ἐπιθυμητικὸν, uel etiam τὸ θυμοειδὲς nominat) ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νόος. Et quemadmodum τὸ ἡγεμονικὸν domandis affectibus per se uires non habet, nisi diuino numine roboretur: ita τὸ λογιστικὸν brutum est, nisi diuinitus illuminetur. id enim cœlestis doctor φῶς appellat. Sed hæc parerga sunt. Nam locus hic noster est περὶ τοῦ τῶν στωϊκῶν ἡγεμονικοῦ, & hisce Balbi uerbis conformis est hæc Græcorum definitio: ἡγεμονικὸν, ὁ νοῦς, ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται, ὅπερ εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ λέγεται. De anima summam doctrinæ Stoicæ ex Plutarcho subijciam:

οἱ στωικοὶ δὲ ὀκτὼ μερῶν φασὶ συνεστάναι τὴν ψυχὴν { πέντε μὲν τῶν αἰσθητῶν { ὁρατικοῦ, uisitatrice. ἀκουστικοῦ, auditrice. ὀσφρητικοῦ, odoratrice. γευστικοῦ, gustatrice. ἁπτικοῦ, tactrice. } ἕκτου δὲ φωνητικοῦ, locutrice. ἑβδόμου, σπερματικοῦ, proseminatrice. ὀγδόου, αὐτοῦ τοῦ ἡγεμονικοῦ, id est, ipso principe, ἀφ' οὗ ταῦτα πάντα ἐπιτέτακται διὰ τῶν οἰκείων ὀργάνων. }

Cæterùm qua corporis parte principatus animæ sit, magna philosophorum dissensio est. Quam quæstionem, quia ad rem præsentem nihil pertinet, hîc prætergredimur, lectorem studiosum ad Plutarhum relegantes, qui singulorum dogmata numerat libro Placit. 4. cap. 5. De principatu uerò uniuersi, ipsi etiam Stoici parum inter se consenserunt. Singulorũ dogmata, ut à Laertio collecta sunt, hîc inseram: τὸν δὴ κόσμον οἰκεῖσθαι κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν, καθά φησι χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ προνοίας, καὶ ποσειδώνιος ἐν τρισκαιδεκάτῳ περὶ θεῶν, εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς. ἀλλ' ἤδη δὶ ὧν μὲν μᾶλλον, δὶ ὧν δὲ ἧττον. δὶ ὧν μὲν γὰρ ὡς ἕξις κεχώρηκεν, ὡς διὰ τῶν ὀστῶν καὶ τῶν νεύρων· δὶ ὧν δὲ ὡς νοῦς, ὡς διὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ. οὕτω δὴ καὶ τὸν ὅλον κόσμον ζῶον ὄντα καὶ ἔμψυχον καὶ λογικὸν, ἔχειν ἡγεμονικὸν μὲν τὸν αἰθέρα, καθά φησιν αὐτίπατρος ὁ τύριος ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ κόσμου. χρύσιππος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ προνοίας, καὶ ποσειδώνιος ἐν τῷ περὶ θεῶν, τὸν οὐρανὸν φασὶ τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου. κλεάνθης δὲ, τὸν ἥλιον. ὁ μέν τοι χρύσιππος διαφορώτερον πάλιν τὸ καθαρώτερον τοῦ αἰθέρος ἐν ταυτῷ, ὃ καὶ πρῶτον θεὸν λέγουσιν αἰσθητικῶς, ὥσπερ κεχωρηκέναι διὰ τῶν ἐν ἀέρι, καὶ διὰ τῶν ζώων ἁπάντων καὶ φυτῶν.

Atq; etiam.) Amplificat prouidentiam diuinam, & roborat Deum per uniuersum diffusum, argumento ab effectu ad causas, per comparationem minoris ad maius ducto. Feruorẽ rursus uocat, ignis uocabulum reformidans. Quanquam nec Plato quicquam simulans, aliter nominat: & Aristoteles huius elementi essentiam φλογώδη καὶ πυρομένην esse dicit.

Purior, perlucidior.) λαμπρότατον ἰδεῖν τε καὶ κάλλιστον. Plato in Timæo. Hoc autem dicit Balbus, non respectu ætheris superioris, sed inferioris aeris spissi. Nam apud Homerum etiam Pluto sortitus est aerem, quem poeta ideo

ta ideo ζόφον ἠερόεντα (ut Plutarchus exponit) uocat, quod lumen proprium non habet, sed à sole, luna, & reliquis astris lucem mutuatur. αἰθὴρ autem καθαρότητα significat, quem poetæ etiam reliqui secuti pro igne accipiunt. in qua sententia etiam Anaxagoras non mala Aristotelis pace fuit.

Mobilior.) Gradus ipse comparatiuus ostendit, hæc non sine comparatione dici. unde Plato huic elemento τὸ εὐκινητώτατον tribuit, cuius calorem Aristoteles cùm magnitudini, tum τῇ τῆς κινήσεως ὀξύτητι, quæ inde sequitur, adscribit. Sed quur non potius doctrinam Platonicam, ut euidentius cerni queat, ante oculos ponimus?



Platonem

Platonem quasi quendam philosophorum Deum.) Quem etiam Panætius Stoicus diuinum, quem sapientißimum, quem sanctißimum, & philosophorum Homerum solitus est appellare Cic. Tusc. quæst. 1. Vnde fortaßis etiam est, quod Quintil. diuinam illi & Homeri eam dicendi facultatem tribuit.

Cui duos placet esse motus.) Locus Platonis est libro de Legibus 10. ubi hospes Atheniensis ex motu Deos probare nititur, & disputationem de anima urget: ἔστω τοίνυν ἡ μὲν ἕτερα δυναμένη κινεῖν κίνησις, ἑαυτὴν δὲ ἀδυνατοῦσα αἰεὶ μία τίς. ἡ δ' ἑαυτὴν τ' αἰεὶ καὶ ἕτερα δυναμένη, κατά τε συγκρίσεις, ἔν τε διακρίσεσιν, αὔξαις τε καὶ τῷ ἐναντίῳ καὶ γενέσεσι καὶ φθοραῖς, ἄλλη μία τίς αὖ τῶν πασῶν κινήσεων. Cicero quoq; de Vniuersitate, ex Platonis Timæo docet, Deum diuinis duo genera motuum dedisse: de quib. consule utrumque. Inibi motum αὐτοκίνητον describit his uerbis: τῶν δ' αὖ κινήσεων ἢ ἐν αὐτῷ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀρίστη κίνησις. μάλιστα γὰρ τῇ διανοητικῇ τοῦ παντὸς κινήσει ξυγγενής. Macrob. lib. 2. de Som. Scipionis, cap. 13. non dißimilia ex eodem Platone in medium profert. Sed capite sequenti Aristoteles contra Platonem ostendere conatur, animam à se moueri non posse. De quo uidendus etiam Plutarchus est lib. 4. Placit. cap. 9. Cæterùm quæstionem περὶ τοῦ αὐτοκινήτου καὶ ἑτεροκινήτου, prosequitur Aristoteles lib. Physic. 8. & ibidem Iacobus Scheggius, Aristotelicæ philosophiæ professor doctißimus.

Vt enim nulla pars.) Argumentum à partibus ad totum. Quod Lactant. alicubi confutauit.

Primo enim.) Aliud argumentum à differentibus, quod fit comparatione & enumeratione partium, quas Aristoteles δυνάμεις uocat, τὰ nimirum τῆς ζῆν, id est, uitas siue animas uulgò uocant. Habet autem argumentum κλίμακος cum incremento, ampliorem uim quàm ἐπαγωγὴ: quam

quam si uoles amplificationem à comparatione partium dicere, non repugnauerim. Balbus itaq; quartam partem tribus illis, quas communis philosophorum (Aristotelicorum maximè) consensus agnoscit, adijcit. Hæc autem non ut suffragator, sed ut enarrator adscribo: non ignorans, quid catholica hic doctrina sentiat. Sententiam nostram in Lactantianis interposuimus. Sed ut argumentum Balbi euidentius fiat, hypotyposi quadam deliniemus, idq; ex Aristotelis doctrina, quæ est in 2. de Anima.

τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων	α τὸ θρεπτικὸν μόνον	ἀπονέμει	α τοῖς φυτοῖς.
	β ἔτι τὸ αἰσθητικὸν		β τοῖς ζώοις.
	γ ἔτι καὶ τὸ λογικὸν		γ ἀνθρώποις.
	δ νῦν δὲ ἔτι καὶ τὸ θεῖον		δ τῷ κόσμῳ.

Quam ut alendo.) De hac facultate lege Plutarchum in Placitis, lib. 5. cap. 26.

Sensum.) αἰσθητικὸν. Motum.) κινητικὸν κατὰ τόπον. Appetitu.) τὸ ὀρεκτικὸν, quibus Aristoteles τῶν αἰσθήσεων τὴν ἁφὴν addit, omnibus animantibus ex æquo communem.

Accessum ad res salutares.) Aristot. ᾧ δ' αἴσθησις ἐπάρχει, τούτῳ ἡδονή τε καὶ λύπη, καὶ τὸ ἡδύ τε καὶ λυπηρὸν. οἷς δὲ ταῦτα, καὶ ἡ ἐπιθυμία. τοῦ γὰρ ἡδέος ὄρεξίς ἐστιν αὕτη: & cætera quæ ibi sequuntur.

Porrò sensum & motum.) Quum has δυνάμεις possessiua formatione proferant philosophi Græci, αἰσθητικὸν καὶ κινητικὸν, Cicero primogenia sensum, non sensitiuum, motum, non motiuum dicit: quia latinus sermo respuere illa coacta solet. Sed quia idem differre uidentur, quod oculus & uisus, auris et auditus: docti nostri seculi, in qui-

in quibus Budæus est, uerbalibus in tris istas facultates efferre solent, si substantiua sint: sin adiectiua, per bilis, ut sensibilis.

Deo tribuit, id est mundo.) Hoc Platonicum est, qui Timæum his uerbis claudit: καὶ δὴ καὶ τέλος περὶ τοῦ παντὸς νῦν ἤδη τὸν λόγον φῶμεν ἡμῖν ἔχειν. θνητὰ γὰρ καὶ ἀθάνατα ζῶα λαβὼν, καὶ ξυμπληρωθεὶς ὅδε κόσμος, οὕτω ζῶον ὁρατὸν, τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ, θεὸς αἰσθητὸς, μέγιστος καὶ ἄριστος, κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος, εἷς οὐρανὸς ὅδε, μονογενὴς ὤν.

Perfectum illum.) Quapropter etiam Plato in Timæo mundum animantem dicit ex perfectis partibus esse perfectum, ζῶον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν.

Vt pictura.) Ea de re superius aliquanto figuram ex Galeni methodo posuimus.

Quòd omnes naturas cohibet & continet.) Omnium naturarum nomine fortaßis intelligit omnes animantes & omnes formas, πάντα ζῶα καὶ πάντα σχήματα. Sic enim Cicero de Vniuersitate ex Timæo colligit, τὸ σφαιροειδὲς, formam uidelicet omnium absolutißimam. Plutar. lib. primo Placit. capite quinto, Platoni respondet, mundum consummatum non esse, neque etiam omnia continere, alioquin hominem quoque consummatum esse oportere.

Intelligentem esse mundum.) ἔμψυχον καὶ ἔννουν in Timæo nominat.

Neq; enim si scirpum.) Hæc tota collectio pertinet ad probandam (ut ita loquar) exemplaritatem, per eosdem gradus. Exemplaritatem uoco, qua ὁ δημιοῦργος mundum ad suam similitudinem condidit. ab eodem exemplar illud παράδειγμα ipse Plato & Plutarchus nominant, Laertius etiam ὑπόδειγμα. Plato uerò eandem similitudinem

litudinem etiã ὁμοιότητα nominauit. Sic apud Ciceronem de Vniuersitate legitur: Hoc posito, quod sequitur, uidendum est, cuius'nam animantium Deus in fingendo mundo similitudinem sequutus sit: nullius profectò eorum quidem quæ sunt nobis nota animantium. Adyciam etiã Platonica, unde hæc translata sunt: τούτου δὲ ὑπάρχοντος, αὖ τὰ τούτοις ἐφεξῆς ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς συνέστησε: & cætera quæ sequuntur. & aliquanto inferius: πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους; λέγειν κῦ ὀρθότερον ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται, &c. Cic. Recte'ne igitur unum mundum dixerimus, an sint plures et innumerabiles, dictu uerius & melius. Vnus profectò, siquidem factus est ad exemplar. Ad hæc respondet Plut. exemplaria multa esse, quemadmodum in statuis, ædificijs, picturis, &c. Sed idem Plutarchus lib. 1. eiusdem operis, cap. 7. ait hoc dogma olere Arcadum atq; Cascorum nugamenta. Sic enim Budæus ista transtulit: πλάτων ὁ μεγαλόφωνος εἰπὼν, ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτὸν ὑπόδειγμα ὄζει λήρου. &c. Mundum ista diuinitate, quam Stoicus hîc ex Platonis sententia texuit, exuit Lactant. libro secundo, capite sexto. Sed hæc fortè, quàm res requirat, uerbosius. Hæc tamen interim addemus, si Balbi argumentatio procedit, collabetur illa physicorum ratio, quòd mundus magnus homo est, & homo paruus mundus. Taceo quòd diuina scriptura ad Dei similitudinem hominem formatum dicit, mundum nõ item. Sed longum foret, atq; præter institutum, singula uelle ad ueritatis regulam exigere.

Chrysippus.) Eadem Chrysippi sententia citatur etiam in tertio de Finibus. Sed sacræ literæ tradunt, ipsum etiam mundum hominis causa fuisse creatum. De quo etiam apud Lactant. uberius diximus.

Tribuenda

Tribuenda est sideribus eadem diuinitas.) Hoc dogma Stoicis est antiquius. Pythagoram siquidem agnoscit, uel Hermetem Trismegistum, Platone uetustiorem, qui solem Deum deorum præstantissimum nominat. De Pythagora Laert. ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς. Rationem addit, in illis nimirum excellere calorem, qui sit uitæ autor. Proxima huic Platonicorum ratio est, qui θεὸν ἀπὸ τοῦ θεῖν deducunt, hoc est, à motu celerrimo, & ob id calidissimo quoq;. Nam hanc derivationem sequitur Cratylus etiam Platonicus. Plato itaque (si huius doctrinam requiris) in Epinomide, sideribus θεὸν γίνεσθαι tribuit, καὶ φρόνιμον. Atq; rursus in eadem, ea tanquam deos hymnis esse celebranda, aut tanquam simulacra deorum & statuas esse habenda dicit, ἃ γὰρ θεοὺς αὐτοὺς ταῦτα ὑμνητέον ἐρρήτατα, ἢ θεῶν ἐκφώνησις ὡς ἀγάλματα ὑπολαβεῖν γιγονέναι θεῶν αὐτῶν ὁρατὰ σωμένων. In Timæo uerò θεῖα ζῷα nominat. Hinc Africanus quoq; apud Ciceronem de Repub. stellas diuinis mentibus animatas dicit. Platonem sequuti sunt etiam Stoici, quorum dogma Epiphanius refert his uerbis: μορίζουσι γὰρ οἱ αὐτοὶ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μορικὰς θεότητας, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα, εἰς ψυχὴν καὶ ἄερα, καὶ τὰ ἄλλα, &c. Sed antea Stoicos, & cum Stoicis etiam Anaximander et Alcmæon, de quibus suo loco dictum est. Menander de Epicharmi sententia, Augustino interprete:

Epicharmus esse dixit hos quidem deos,
Ventos, solem, terram atq; ignem, stellas, aquam.

Higinus, teste Macrobio, uolucres illis immolandas censuit. Aduersus ista lege Lactant. lib. 2. cap. 5.

Ex nobilissima purissimaq; ætheris.) Vix in ulla quæstione magis hæsitat, magisq; uariant philosophi, quàm de siderum essentia. Non facilè uideo, quem hic potissimum Balbus sequatur. In libello de Mundo, qui Aristoteli adscribitur, sic legimus: ὄρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων εὐσίαν μήτε ἀΐδιον λακτοῦμεν, sed ignea esse negat. Sicut etiã idem Aristoteles lib. 1. de Cælo, cap. 7. eiusdem naturæ sidera credit, in qua feruntur: feruntur autẽ in æthere. ibidemq; caloris rationem reddit, ignea esse minimè probans. sed Stoici & Platonici dum ignea credunt, uidentur proximè accedere ad Empedoclis sententiam, qui πύρινα dicit, ἐκ πυρώδους, ὅπερ ὁ αἰθὴρ ἐν ἑαυτῷ πορίεχων ἀϊδίοις λακτὰ τῶν πρώτων διάκρισιν. Africanus certè in Somnio cœlestes ignes nominat. Varias sententias inuenies apud Plutarchum in Placit. lib. 2. cap. 13. Excutit hanc quæstionem Cælius Rhod. lib. 13. Antiq. lect.

Cleanthes.) Apud Epiphanium, δεδοῦχεν ἐφασκεν εἶναι τὸν ἥλιον. Apud Laertium ex Stoicorum sententia αἰθερώδης πῦρ appellatur, id est, ignis purus, liquidus, sincerus. Placita philosophorum uide apud Plutarchum, lib. 2. cap. 20. Galen. cap. 17. de Historia philosophica. His poetæ quoq; subscribere uidentur, dum solis equis ignifera indiderũt nomina, Pyroëis, Æthon, Phlegon: excepto Eoo, qui ab aurora suum nomen habet. Epitheta solis hoc idem monent. Pindaro alio loco ἀργυρέαν, alio αἰθωνα dicitur: quæ si uera ea, constituent tibi definitionem superiori planè similem. Λαμπρὸς item, id est, ardens, eidem. Orpheo πυρίεθρον, ab ignis crepitu. Theodecti, citante Strabone, τὴν μωρὰν, ubi nigroris Æthiopici causam reddit. Quin Dionysius quoq; Afer Æthiopum planiciem μελαθρίοις λιπαυγέσιν ἡλίοισιν dicit, id est, feruentibus adustam solibus. Vergilio poetarum Latinorum principi in Æglogis ardens, in Georg. igneus, in Iride flammifer dicitur. & in hanc sententiam innumera alia.

Sæpe comburat.) Quæ res Phaetontis fabulæ locum dedit. Argumentum ex effectibus ad causam efficientem ductum est.

Oceaniq; alitur humoribus.) Laert. in Zenone, de hoc ex Stoicorum sententia sic scribit: τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα ταῦτα, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, τὸν μὲν ἥλιον ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης νοσρὸν ὄντα ἄναμμα, τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποτέμων ὑδάτων, ἀδρομιγῆ τυγχάνουσαν, καὶ πρόσγειον οὖσαν. citatq; huius autorem Posidonium. Meminit Plut. in Placitis lib. 2. cap. 20. & 23.

Consumptor.) Macrob. autem lib. 1. Sat. cap. 18. sic à minori colligit: Si enim hominum commento ignis adhibitus, multiplex præstat auxilium, quid adscribendum est æthereo solis calori? Minoris roborandi gratia Vergilianum citat uersum ex Georg. 1.

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, &c.

Vitalis.) Nam ab eo uitam omnia mutuari, affirmat Macrob. lib. 1. in Som. Scip. cap. 6.

Salutaris.) Et ob id sub Æsculapij effigie colitur, eodem Macrobio teste. Esse enim Æsculapiũ uim salubrem de substantia solis, subuenientem animis corporibusq; mortalium. lib. Sat. 1. cap. 20.

Qui æther uel cœlum.) Aristoteles etiam οὐρανὸν καὶ ἄστρων οὐσίαν αἰθέρα uocat. Nam cœlum quandoq; pro aere, quandoq; pro mundo accipitur, Platone, Plinio, & Macrobio testibus. & Aristot. lib. de Cœlo 1. cap. 9. cœlum trifariã dici testatur. Sed hæc fortaßis ἀπροσδιόνυσα.

Absurdum esse Aristoteli.) Nititur ad dogma suum confirmandum autoritate Aristotelica, hoc est, autoritate Peripatetica: nec ineptè sanè, quandoquidem confitetur, ne audiat quod in libris de Finibus Stoici audiunt, criminationem uidelicet furti, ipsos nimirum totam suam philosophiam ab Academicis & Peripateticis transsumpsisse, nomina tantum quædam sicut fures signa mutasse. Sed ab initio me suspensum diu hi loci Aristotelici, atq; dubium tenuerunt. Putabam enim primùm, hic quædam subesse

subesse à doctrina Aristotelica diuersa. Deinde quia (ut ingenuè meam inscitiam fatear) non admodum probè in Aristotelis monumentis uersatus fueram, de inuestigandis illis desperabam. quare malebam aliunde opem auxiliatricem petere, quàm quicquam temerè statuere. Sed unde rectius peterem, quàm ab eo, cuius opera philosophia iam Aristotelica, physica maximè, ita illustrata partim hactenus est, partim et in dies singulos illustratur, ut ingratus & Musis parum propitijs natus uideri queat, qui non magno cum applausu in gratitudinis significationem extollat? IACOBVM, inquam, SCHEGGIVM, alterum Themistium: cuius amicitia recens inita fretus, non dubitaui appellare, quem & uelle sperabam, & posse non ambigebam. Nec falsus, nec diu spe lactatus ab eo sum. Nam qui non ignorabat, officium duplicem mereri gratiam, quod nullas necteret moras, rescripsit, & mihi sanè ita satisfecit, ut nõ dubitem, quin omnes eruditi hoc idem mecum cõfessuri sint. Adscribam ipsius potißimum uerba, quibus ad meam petitionem respondet.

PARS EPISTOLÆ IACOBI Scheggij Schorndorffensis, Physices apud Tubingam professoris celeberrimi, ad Xystum Betuleium Augustanum.

Mitto hæc, & uenio ad magis necessaria, nempe ad ἀπορίας illas tuas, quibus utinam per ocium respondere copiosius potuissem. nunc tantum capita quædam, & quasi summas huius disputationis accipies: quibus tamen tanquam ansa, cætera tuipse facilè apprehendes: ut mihi nõ docendus, sed duntaxat admonendus de plerisq; uideare. Quæ à Balbo dicuntur hoc loco, non est ut planè aduersari hæc Aristotelis sententiæ existimes. Verisimile enim

non est, ignarum quid sentiret Aristoteles, hac in re fuisse Ciceronem: quoniam constat, maximum fuisse Peripateticum. Sunt tamen quædam quæ hoc loco dicuntur, non admodum consentanea Aristotelis decretis, nempe quum dicit astra nasci. nam generata, secundum Aristotelem, astra non sunt, nec interitu aliquo aboleri possunt: quemadmodum nec totũ uniuersum, quod ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον in primo περὶ οὐρανοῦ probat. Præterea rationum argumentorumq; Aristotelicorum duplex genus esse, unum accuratum, alterum populare, quorum illa in Esotericis, hæc in Exotericis proponebat in mediũ: quæ quòd essent communia, & facilè à quibusuis possent intelligi, ἐγκύκλια quoq; scripta appellare fuit solitus, ut in primo περὶ οὐρανοῦ· καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις, ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον, ἀναγκαῖον εἶναι πᾶν τὸ πρῶτον καὶ ἀκρότατον. E' cuiusmodi scriptis excerpta mihi hæc Ciceronis argumenta uidentur, quorũ testem ipse Aristotelem citat. Verùm, ut scis, desiderantur à nobis ἐγκύκλια, exquisitiora hæc, & esoterica: tamen quæ in manibus sunt omnium, eorum quæ ad hanc quæstionem pertinent, nihil desiderare nos patiuntur, quæ paucis ita habeto. Primum motorem uim & efficaciam habere dicit ciendi cœlestis orbis: at primo motore cum nihil sit nec præstantius, nec ualentius, quiddam diuinum esse oportet. cuius rei testimonium habes in primo de Cœlo. Proinde cœlum corpus esse ἔμψυχον, nec moueri ipsum naturali, sed animali motu, in secundo de Cœlo ostendit. Præterea astra quoq; uiuere, eodem libro demonstrat. ac motum cœlorum astrorumq; practicum esse dicit, sic scribens: δεῖ τῶν ἄστρων ὑπολαμβάνειν, ὡς μετεχόντων πράξεως καὶ ζωῆς. Ex quibus concludendum, orbium cœlestium non solum motiones animales esse, sed etiam practicos, & ab intelligentia quadam motrice eas proficisci.

proficisci. nam πράξις est motus, à mente qui regitur, & ratione. Iam ut perfectißima sunt corpora cœlestia: ita mentes eorum etiam quibus mouentur & uiuunt, diuinissimæ erunt. Ac pro diuinis non haberi hæc ab Aristotele, non rectè existimas: qui cœlos non solum diuinos, sed etiam animalia diuina, ac deos etiam in Metaphysicis appellat. uide medium duodecimi Metaphys. ubi sic motorem primum (tot autem sunt primi, quot orbes cœlestes) describit, φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῶον ἀΐδιον, ἄριστον. De cætero autem, motorem primum mouere, appetitu summi boni incitatum, scribit eodem libro. quare conuersio cœli à uoluntate, non à natura proueniat, necesse est. Motus enim omnis aut uoluntarius est, aut naturalis, aut uiolentus. Summum illud bonum, cuius appetitu cientur in orbem, est unus Deus ille uerus, optimus, maximusq;, quem Aristoteles & Plato uniuersi bonum & moderatorem dicunt. Plato in sexto de Repub. αὐτοαγαθόν. Aristoteles illum unicum regem esse omnium cõfitetur, de quo sic scribit: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. Tu loca hæc perlustrabis diligentius. Esse porrò primos motores, mentes quasdam, animosq; diuinos, in 8. Physicorum demonstratur. Habes quid hac in disputatione sentiat Aristoteles. Si quis præterea tibi scrupulus incidet, proximis commonefacies me literis, ad quas forsan respondebo uberius. multa enim sunt, quæ me, quo minus accuratè scribantur omnia, impediunt. Iccirco ne ægrè feras, me tam incondita epistola hæc qualiacunq; perstrinxisse. nam hoc ipso die cùm alijs negotijs, tum publicis prælectionibus impedito, plura scribere non licuit.

Quæ autem natura mouentur.) τὴν γὰρ φύσιν κινήσεως ἀρχὴν φαμὲν εἶναι αὐτοῖς. Arist. 1. de Cœlo.

Hæc aut pondere deorsum.) Arist. porrò hanc diuisionem ibidem hoc ferè modo prosequitur:

πᾶσα κίνησις, ὅσῃ κατὰ τόπον, ἣν καλοῦ μὲν φορὰν

- αἱ ἁπλαὶ τούτων
  - ἡ μὲν σὐθεῖα
    - ἡ ἄνω μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου.
    - ἡ κάτω δὲ, ἡ ἐπὶ τὸ μέσον.
  - ἡ δὲ περιφερὴς, ἡ κύκλῳ ἐστὶ, ἡ περὶ τὸ μέσον.

Causam allegat, quia corpora sunt simplicia.

- ἡ μικτὴ ἐκ τούτων, αἱ ποικιλοτέραι. Causa itaq; est, quia corpora non simplicia.



QVALES DII.

Restat.) Transitus est à prima disputationis quæstione, ad alteram. Asserunt autem Stoici, Platonicos sequuti, mundum esse σφαιροειδῆ. Asserunt mundum esse Deum. Hinc Epicurei ludendi occasionem sumũt, eluduntq; hanc ratiocinationem, quæ hoc modo colligitur:

Mundus est Deus,
Mundus est rotundus: Ergo
Mundus est rotundus Deus.

Mundum autem esse, urget Epicurum ex confessis. Qualitatem autem, hoc est, formam deorum ex uniuersi & partium demonstratione, docere Stoicus conatur, idq; maximè per partium enumerationem.

Nisi figuris hominum.) Notat Epicurum, qui deos omnes ἀνθρωποειδεῖς finxit, referente Plutarcho, de quo aliquando apud Lactant. egimus. Quòd autem Balbus dicit, nihil difficilius illis esse, quàm à consuetudine oculorum aciem mentis abducere, pro Epicuro uerba Plutarchi

tarchi adscribam integrè: ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς θεοὺς, λόγῳ γὲ πάντας τούτους θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως.

Notionem.) ἔννοιαν. **Epicur. iocetur.)** Sed Epicureis Stoici sui ridendi facultatem dederunt, ut in 2. de Diuinatione legimus. Legimus item, Epicurũ deos suos iocandi causa induxisse, perlucidos et perflabiles, &c.

Minimeq; respiciens patriam.) Quos uel Paulus propter superstitionem eorum δεισιδαιμονεστέρους nominat. ueritus enim est Areopagum, de quo libro primo dictum est.

Nunquam me mouebit.) Quasi dicat, Non me mouet quid Epicurus de qualitate & figura deorum nugetur, dummodo deos esse fateatur.

Præstantem esse naturam.) Alludit ad definitionem Epicuri. Nam ad Menœcium, definit ζῶον ἄφθαρτον καὶ μακάριον. & quod apud Plutarchum additur, συμπεπληρωμένον πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ κακοῦ παντὸς ἄδεκτον, &c.

Mundo autem.) Hanc autem minorem negaret, si saperet: hoc est, si Deo prouidentiam & curam rerum tribueret. Nam illud quod regit, illo quod regitur, est præstantius. Atqui Deus regit. Sed relinquamus istas confutationes Lactantio, philosophomastigi.

Qua ratione.) Quia caret ea differentia, quæ hominem à diuina conditione secernit, quæ θειότης Græcis, Latinis diuinitas appellatur. Est enim hæc partium enumeratio minimè sufficiens.

Conum tibi ais, & cylindrum.) Hæc responsio non Epicurum ipsum, uel Epicureos in uniuersum attingit, sed Velleium priuatim. Non negant mundum rotundum esse posse: sed, quòd plures asserunt mundos esse, uolunt hoc sibi dari, ut credant alios rotundos

esse, alios aliam posse sortiri formam. De quo in Placitis Plutarchi.

Sed sint ista pulchra.) Sinit enim suum cuiq; pulchrum esse, concessione oratoria: cuius officium est, largiri aduersario nonnihil, ut summa rerum obtineatur.

Quid enim pulchrius.) Non Stoicorum hæc propria sunt, sed utitur ijs quæ non assensum modò, sed etiam applausum apud alios philosophos merentur. Videntur hæc Platonica esse. Nam ex Timæo Platonis Cicero de Vniuersitate sic habet: Formam autem, & maximè sibi cognatam & decoram dedit. A quo enim animantes omnes reliquos contineri uellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua una omnes reliquæ formæ concludantur. Ergo globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci uocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. Idq; ita tornauit, ut nihil effici posßit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum, omnesq; partes similimæ omnium, quoad eius præstabat iudicio, similitudinis dißimilitudo. Verùm quid prohibet, ne in gratiam studiosorum Platonica adjiciamus? καὶ σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ συγγενές. τῷ γὰρ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ, πρέπον αὐτὸ σχῆμα τὸ περιειλφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντη πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον αὐτὸ ἔχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐτορνεύσατο πάντων τελειότατον, ὅμοιόν τε αὐτῷ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μυρίῳ μᾶλλον τὸ ὅμοιον ἀνομοίου. Meritò ergo Epicurus rotundum Platonis quoq; δημιούργημα ridebit, qui mundum ad suum exemplar sphæricum finxit. Sic enim colligetur,

Mundus est sphæricus,
Mundus est ad Demiurgi exemplar factus: Ergo
Demiurgus est sphæricus.

Incisum

Incisum angulis.) Vides de Vniuersitate inclusum legi. Alteruter locus ex altero castigandus est, castigationem Platonica nihil iuuabunt. Ego sanè rem exactius expendens, incisum, quàm inclusum, legere malim.

Quanquam duæ formæ.) Aristot. in 2. de Cœlo, probaturus cœli figuram rectè globosam esse, simili propemodum utitur argumento. ut circulum planis cæteris, sic globum solidis omnibus præfert, eiusq; rei duas instigues & physicas causas assignat: unam, quòd naturæ ordine simplex compositio: alteram, quòd perfectum imperfecto prius est. Sed conabimur hanc rem euidentius demonstrare.



ὡς γὰρ ἔχει ὁ λυκλὸς ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, οὕτως ἡ σφαῖρα ἐν τοῖς στερεοῖς. Cæterùm figuras istas ex Euclide petendas esse, nemo est qui ignoret. Atqui de sphæricæ figuræ perfectione legendus est Plinius lib. 2. cap. 2. Nat. hist. Mundũ porrò globosum esse, Cleomedes quoq; probat lib. 1. cap. 11. & Ptolemæus lib. τῆς μαθηματικῆς συντάξεως 1. cap. 3. & Heraclides Ponticus ex hoc Homerico uersiculo,

ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.

Item illo Iliad. θ. τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανὸς ἐστ' ἀπὸ γαίης. Item alijs locis. Nam & scutum Achillis in huius argumentum rapit: & solis quædam epitheta. nam ἀκάμαντα, ἐπιλέκτορα καὶ ὑπερίωνα ob id appellari.

Illum puluerem.) Mathematica studia pulueris nomine per μετωνυμίαν intelligit. Quid enim celebrius est Archimedis pulueribus? Hoc ideo moneo, quia uideo quosdam puluerem cursorium hîc intelligere. Marsus rectè exposuit: & addit, Epicureos mathematicam neglexisse, Nam Polyænum à mathematices studio auocare, quàm sequi maluit. Et in 1. de Finibus taxatur etiam Democritus, quòd mathematices studia posthaberet.

Bis bina.) Id est, exiguam arithmetices partẽ, quæ & ipsa pars mathematices est. Habet formam adagij.

Cœli palatium.) Allusio uocum est. nam sicut Græci τὴν ὑπερῶαν, id est, palatium, teste Iulio Polluce, ὀρανὸν quoq; nominant: ita Balbus palatij nomen Enniana autoritate ad cœli ὑπερῶαν transfert. ὑπερῶον γὰρ, τὸ μετέωρον, τὸ ὑπὲρ τὴν ὄραν ea nimirum pars, quæ terram undiquaque in sublimi ambit. Sensus autem est, Epicurum magis uoluptatib. quàm astronomiæ uel meteoris intentũ fuisse.

Nam quum duo sint genera siderum.) Hoc argumento utuntur etiam Aristoteles & Ptolemæus.

Stellarũ rotundi ambitus.) Non hoc agitur, utrũ stellæ habeant sphæricã figuram: sed ex stellarũ ambitu, hoc est,

hoc est, meatu, itinere, (his enim nominibus Plinius appellare solet, quod Plato περίοδον) sphæricam mundi formam edocet.

Ipsa enim umbra terræ) Virgil. in 4. noctem periphrasi diserta humentem umbram nominat:

Humentemq; aurora polo dimouerat umbram.

Cleomedes hoc autoritate Homerica conatur ostendere:

συμπεριέρχεται μὲν ἡ σκιὰ τῆς γῆς τῷ ἡλίῳ, ὡς καὶ ὁμηρος ἐναργῶς δηλοῖ λέγων οὕτως·

ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,

διαμετροῦσα δὲ ἀεὶ τὸν ἥλιον, καὶ κωνοειδὴς ὑπάρχουσα, αὐτὸ τὸ ἄκρον τῆς σκιᾶς τὸ κέντρον τοῦ ἡλίου κατὰ διάμετρον ἔχει ἀναγκαῖον. Vide præterea Plinium lib. 2. cap. 19.

TYPVS NOCTIS.



LX & CCC.) Quam ob causam quinto anno unus intercalaris dies additur, ut temporũ ratio facilius solis itineri cõgruat. Plin. lib. 2. cap. 8. Lege Censorinum de Die

Die natali, cap. 17. Agnoscit autem Cicero annum iam à Iulio institutum, de quo Ouidius 3. Fast.

Ille moras solus, quibus in sua signa rediret,
Traditur exactis disposuisse notis.
Is decies senis, tercentum & quinq; diebus
Iunxit, & è pleno tempora quinta die.

Ad septentr.) Tropicum cancri notat, quem ob id ipsum ἐαρινὸν τροπικὸν, sicut capricorni tropicum χειμερινὸν Proclus & alij nominant. καλοῦνται, inquit Cleomedes, τροπικοὶ, ὅτι διὰ τῶν τροπικῶν τοῦ ἡλίου σημείων γράφομεν αὐτοὺς.

Hyemi senescenti.) Sicut hominis ætas ad partes anni rectissimè confertur, hoc modo:



Ita

Ita uicissim partes anni, metaphoras ab ætatibus hominum accipiunt.

Ex quatuor temporum.) *Duobus nimirum solstitijs, & duobus æquinoctijs: unde circulus ille alijs æquator, alijs ob id ipsum æquinoctialis, Græcis auspicationis nomine ab æqualitate dierum dictus est ἰσημερινὸς. Alijs ipsa tempora ἰσημερίαι, alterum ἐαρινὸν à uere, alterum φθινοπωρινὸν ab autumno.*

Iam solis annos cursus.) *Annuos legendum esse, nemo sani iudicij negabit. Quanquam non negauerim, singulis planetis singulos tribui annos. & ob id, ut Macrobius testatur, Vergil. solis annum, magnum dixisse annum, cum ait:*

Interea magnum sol circumuoluitur annum:

Comparatione nimirum anni breuis, hoc est, mensis, quod à Græco ἀπὸ μηνὸς nomine dicitur. Consule de his Macrobium libro secundo de Somnio Scipionis, cap. 11. libro 1. Sat. capite 14. Plutarch. in Placitis, cap. postremo lib. 1.

Spacijs menstruis.) *Octo & uiginti propè diebus totius zodiaci ambitum conficit. De quo consulendus est idem Macrobius libro de Som. Scipionis primo, capite 8. & 19.*

Tenuissimum lumen.) *Macrobius multa pro septenario numero illustrando laborans, quatuor hebdomadum dispositionib. luminis lunaris uires disponit. Quæ res quia non parum ad huius loci declarationem pertinebit, dilucidius demonstranda uidetur.*

Hebdomades



Septem rursus apud eundem Macrobium permutationibus, quas φάσεις uocant Græci, tota mense distinguitur. Figuras ipsis, ut conspici possint, pingemus.

ἀπὸ

ὁ τῶν σελήνης φάσεων τύπος.



a πανσέλη-νος, Plenilunium. b νυκτὸς μίαν, Noctiluium. c d f g ἀμφίκυρτος. h i δίχηνος. k l m μειουμένη δίχα. ὁ ἥλιος, Sol.

Hæc, inquam, à Macrobio uberius sunt pertractata, & à Galeno in historia philosophica, cuius uerba subijciemus: σχηματίζεται δὲ ἡ σελήνη ἁπλαχῶς. ὅτε γὰρ τέλειος φαίνεται μηνοειδὴς, δίχηνος, ἔστ' ἀμφίκυρτος, εἶτα πανσέληνος. εἶτα πάλιν ἀπ' ἀγκυροῦσα αὖθις γίνεται ἀμφίκυρτος, εἶτα δίχηνος, κἀ τὸ ὕστερον μηνοειδὴς, ἔστ' ἀφανὴς διὰ τὴν πανσέληνον. πλεῖστος γίνεται περὶ αὐτὸ λόγος. quæ uero libentius adscripsimus, quòd ea Budæus apud Plutarchum lib. 2. Placit. cap. 27. transtulit, quæ tamen in græcis hactenus editionibus non extant.

Defectibus.) Non ἐκλείψεις intelligendæ sunt, sed μειώσεις illæ, quibus luna decrescendo contrahitur.

Aquilonaris.) Numerantur etiam à Iulio Polluce inter lunæ schemata, αὐχενώδης, δύσις, αὐχὴν, δυσμὴ, ἰσόπλευρος, κέρας, μισομήνιος. Addit etiam Plinius superioribus istis: Iam uerò, inquit, humilis & excelsa, & ne id quidem uno modo, sed aliàs admota cœlo, aliàs contigua montibus: nunc in aquilonẽ elata, nunc in austros deiecta. Quæ singula in ea deprehendit hominum primus Endymion, & ob id amore eius captus, fama traditur. Audiamus etiam Martianum hæc nomina Græcè sonantem: Verùm eadem, inquit, luna, cum secans solarem lineam in aquilonem scandit, uocatur ὑψωμένη. Cum ab aquilone ad solarẽ lineam redit, dicitur ὑψ' & ταπεινωμένη. Cum à solari in austrum descendit, ταπεινὸς, ταπεινωμένη. Cum deinde rediens ad solem resurgit, ταπεινὸς ὑπωμένη.

Brunæ quædam & solstitij.) Hic malè in editionibus quibusdam Brunæ, pro Brumæ legitur. Intelligenda hæc sunt διαταχθησιν ὡς περὶ ἀναλογικῶς, proportione solaris cursus. Nec aliter quàm mensem, lunæ annum appellari uidemus: Luna siquidem eadem spacia per zodiacum faciente, licet cursu pro globi lunaris à solari distantia concitatiore. Nec mirum est, lunæ brumas & solstitia tribui, cum Cicero Platonem sequutus, & cæteris planetis assignet. Sic enim de Vniuersitate scribit: Has igitur ob causas nata astra sunt, quæ per cœlum penetrantia, solstitiali se & brumali reuocatione conuerterunt, ut hoc omne animal quod uidemus, esset illi animali quod sentimus, ad æternitatem similimum. Plato ibi communi ea nomine θρεπτὰς uocat.

Quibus & animantes alantur.) Macrob. lib. 1. de Som. Scip. cap. 11. Nec dubium, inquit, est, quin ipsa sit mortalium corporum & autor & conditrix, adeò ut

nonnulla corpora sub luminis eius accessu patiantur augmenta, & hac decrescente minuantur. & hæc sententia experientia uulgò recepta est. Sed qui magis autoritate nituntur, consulant Galen. lib. 2. de Diebus decretorijs, Ptolem. lib. 1. de Iudicijs, non longè ab initio.

Maximè uerò admirabiles.) Quæ hîc à Cicerone fusissimè tractantur, leuius attinguntur à Platone in Timæo, & ex Platone Plutar. in Placitis lib. 2. cap. 32. repetit. Martianus item satis copiosè illa retractat. Cæterùm de ordine planetarum paulo pòst dicetur.

Earum quinq; stellarum.) Pleriq; Græcorum solos quinq; πλανητὰς ἢ πλανουμένους uocarunt: solem uerò & lunam κατ' ἐξοχὴν, φῶτα, reliquos errantes, ἀστέρας. Vnde hoc loco Cicero duo illa luminaria propter dignitatem præmittit, alibi alios secutus ordines. Nam Martianus quoq; simili ratione Lunæ primùm, deinde Solis cursum enarrat, deinde planetas quinq; prosequitur, nihilominus solem in medio locans.

Quæ falsò uocantur errantes.) Cum Cicerone sentiunt Plinius & Martianus, grauiter ferentes eas erraticas dici, quibus certa itinerum spacia diuinitus præscripta sunt. Atqui Cicero, ut in plerisq;, sic in his etiam, passibus æquis sequitur. Nec dissimulandum est quid sentiam. nempe quòd Cicero sub persona Stoici Platonicam sententiam ex Academia in porticum quasi transfert, ut innuat Stoicos totam suam philosophiam mutato habitu quasi furtim in suam possessionem uendicare. Est enim hic locus ex 7. Platonis de Legibus, in Stoam suam à Balbo petitus: πειρατέον, ὃ γὰρ ἔστι τοῦτο, ὦ ἄριστοι, τὸ δόγμα ὀρθὸν περὶ σελήνης τε καὶ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων, ὡς ἄρα πλανῶταί ποτε, πᾶν δὲ τοὐναντίον ἔχει τούτου. τὴν αὐτὴν γὰρ αὐτῶν ὁδὸν ἕκαστον, καὶ οὐ πολλὰς, ἀλλὰ μίαν ἀεὶ κύκλῳ διεξέρχεται. Planetas autē, seu uagantes stellas, ueteres (teste Macrobio) errare

errare dixerunt, quia & cursu suo feruntur: & contra sphæræ maximæ, hoc est, ipsius cœli impetum contrario motu ad Orientem ab Occidente uoluuntur. Videmus utrinq; autoritatem esse summam: hinc Græcorum, qui artium istarum uel inuentores uel illustratores extiterunt: illinc Latinæ philosophiæ principum, qui & ipsi, ut uidimus, autoritate Platonica nixi, τῶν πλανητῶν seu uagantium nomen non improbant modò, sed explodunt etiam. Huic liti SIMON GRYNÆVS, præceptor meus, nunquam mihi sine honoris præfatione nominandus, ut in utraq; lingua exercitatissimus, ita in his artibus summo iudicio præditus, tanquam arbiter honorarius suam sententiam interponit. Vaga, inquit, dicta sunt, non quòd incerta, sed quòd ambagibus pluribus, quum priorum simplicissimi cursus sint, illa ferantur. Cuius sententiæ Græcorum quidam ueterum consentiens, his uerbis litem dirimit, nempe, τοὺς πλανητὰς οὐκ ἔχειν τὴν τάξιν τῆς θέσεως τῶν ἀπλανῶν, ἀλλὰ περανομένους καὶ μετανάστας. hoc est, planetas non eundem semper meatum habere, sed ortus occasusq; terminos subinde mutare.

Magnum annum mathemat.) Aristoteles, teste Censorino, maximum potius quàm magnum appellat: cuius anni hyems summa est Cataclysmos, quam nostri diluuionem uocant: æstas autem Ecpyrœsis, quod est mundi incendium. Nam in his alienis temporibus mundus tum exignescere, tum exaquescere uidetur. Africanus in Insomnio hunc annum uerè uertentē nominauit. De quo consulendus est Macrobius libro 2. capite 11. Non defuerunt, qui hunc annum, mundi annum, & Platonis annum appellarunt.

Magna quæstio est.) De qua præter citatos consule Plutar. quoq; in Placit. lib. 2. cap. 32.

Nam ea quæ Saturni stella dicitur.) Sic etiam

Scipio in Somnio: E quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. Quem locum Macrobius (malo enim illius, quàm mea interpretatione uti) exponit his uerbis: Notandum, quod esse stellam Saturni, & alteram Iouis, Martis aliam, non naturæ constitutio, sed humana persuasio est, quæ stellis numeros & nomina fecit. Non enim ait illam quæ Saturnia est, sed quam in terris Saturniam uocant, & ille fulgor qui dicitur Iouis, & quem Martium dicitis. Adeò expressit in singulis, nomina hæc non esse inuenta naturæ, sed hominum commenta significationi distinctionis accommodata.

φανώνῃς.) Hæc itaq; nomina Platoni debemus, qui disciplinam istam ex Ægypto & Syria (ut est in Epinomide) secum portauit. Hinc, opinor, Cicero ista mutuò sumpsit, hinc Aristoteles in libro de Mundo. Platonica hæc esse, Plutarchus confitetur lib. Placit. 2. cap. 15. Martianum ista Ciceroni debere nihil dubito. φάενντα, siue φάενοντα (ut apud Platonem & Martianum legitur) ἀπὸ τοῦ φάεινειν, id est, à lucendo dicti, uel pueris manifestum est.

Abest plurimum.) De quo lege Plinium lib. 2. cap. 21. & 22. ubi non modò de siderum interuallo, sed etiam harmonia agitur.

Cursum suum conficit.) Apud Aristotelem quidam additur. Sic enim ibi legitur: σωιχῶ δ' ἔχει ἀεὶ ταύτὴν τὴν δίσιν, ὁ τοῦ φαίνοντ& ἅμα τῇ ἡμέρᾳ καλουμένῳ λίνκει. Quæstio est, utrum sidus unà cum circulo circumferatur, quod ut ex his uerbis clarè colligi non potest, ita Martini sententia nobis liquidior uidetur, qui apertius paulò dicit, Saturni sidus circulum suum per longitudinẽ circumcurrere, et in hanc sententiã uideo doctiores pedibus ire.

Multa mirabiliter.) Hæc astrologis relinquimus. Quanquam hic locum habere possunt etiam quæ à Plinio scribuntur, lib. 2. cap. 41.

φαίθων.)

φαίθων.) Nomina ista non temerè indita esse, facilè apparet. Longeq; rectius quàm ab ijs qui diuinis illos insigniuere cognominibus, fulgorem Africanus nominat, & eum prosperum sanè, salutaremq;. Quo loco Macrob. ex stellarum colore differentiam inter Iouem & Martem statuit, fulgere nimirum hunc, illum rutilare. Nescio quo modo Phaetontis fabula cum hoc cõueniat. Nec illi Phaetonti uideo congruere, qui, ut ex Orpheo Lactantius citat, πρωτόγονον& φαίθων πρωμάχοιο& ὕιος& ὑὸς. Multo minus, qui Cephali filius apud Hesiodum in Theogonia fingitur.

Infra autem hanc stella Mercurij.) Incipit hîc magna uariatio, quæ apud autores passim occurrit, de situ & ordine planetarum. Noster hic secutus uideri potest illum ordinem, qui Anaximandro, Metrodoro Chio, Cratiq; adscribitur, qui solem omnium supremum, teste Plutarcho, constituunt: post hunc lunam, infra hos errantes inerrantesq;. Plato rursus (in Timæo nimirum) lunam in una quidem sede locat, solem in penultima, uel ultima potius, supra lunam. Huic libellus de Mundo, qui Aristotelis titulo fertur, subscribit. Et hæc quidem Ægyptiorum sententia est, quam Ioachimus Camerarius, meliorĩ eruditionis per Germaniam princeps, hoc Tristicho complexus est:

ἀστρῶν ἐπτάδιον μὲν ὀλύμπιον σχῆμα πλανῶνται
ἑπτὰ, μερόπων& μὲν ἀνὴρ, σιὼν ἀρηϊδι λυπρὸς,
φοῖβ&, ἀκηρασιπόμπός τε, καὶ ἑβδόμη ἄρτεμις ἀγνὴ,

Hinc rursus alio communem sententiam edisserit:

οὐρανίους σφαίρησ' ἑκατέρωθ' ἑπτὰ πλανήτους
ἀστέρας, μερόπων& καὶ ζῶντας, ἀβλὰς τε, καὶ ἠελίου φῶς,
καὶ παφίην, καὶ ἑρμείην, λαμπάς τε σελήνης.

Hanc Cicero de Somnio Scipionis expressit. Rursus autem inter hos ipsos, qui solem in meditullio ponunt, lunamq; citimam sedem assignant, quidam de Veneris nimi-

rum & Mercurij ordine dissentiunt. Sed totam adeò uarietatem tibi ob oculos ponam.



☉	☽	♄	♃	♂	☿
☽	♃	♂	♀	☉	♀
♄	♃	♂	♀	☿	☿
♂	♂	☿	☿	☿	☿
☿	☿	☉	☉	☿	☿
☿	☿	☽	☽	☽	☽

Communior hæc est sententia, quam sequitur Cicero in Som. Scip. Plin. Ptolem. Cleom.

Illi ferè similis est ea quæ ponitur à Plutarcho lib. 2. Placit. cap. 32.

Ægyptiorum τάξις, quam sequitur Plato, Macrobio & Plutarcho testibus.

Hæc est Aristotelis de Mundo, Platonis in Timæo, Ciceronis de Vniuersitate, Procli.

Anaximandri, Metrodori, Cleanthis, citante Plutarcho.

Poterat Balbus hoc loco uideri hunc ordinem sequutus fuisse. Sed quemadmodũ superius monuimus, Martianus quoq; ijsdem propemodũ uestigijs insistens, duo luminaria præmittit, quib. reliquas errantes subiungit, ita ut nõ obticeat solẽ in meditullio ponendũ esse.

στίλβων.) Quasi tu dicas, radians, uel coruscans.

Anno ferè uertente.) Quem annum uerè uertentem dixerint, superius ex Macrobio dictum est, nempe Maximum illum. Annus autem, quem hîc Cicero secundum communem sententiam uertentem uocat, annus solis est, qui (ut dictum est) ex Iulij Cæsaris constitutione, CCCLXV. dierum spacium & unius diei quadrantem occupat, quibus Sol à Tropico ad Tropicum peruenit, & unde egressus est, redit. unde etiam annus uertens, ut Macrob. lib. 1. Sat. cap. 14. docet, dicitur: sicut ipsi Solis termini tropici: quorum alter quasi carcer, alter quasi meta solaris cursus censendus est. Ferè, inquit, quanquam Plin. dicat eum nouem diebus ocyore ambitu ferri, quàm Venerem: Plutarchus tamen Solem, Venerem & Mercurium ἰσοδρόμους facit, sicut nostrum hunc Plato ὁμόδρομον ἡλίου nominat, eo quòd modò ante Solis exortũ, modò post occasum splendens, nunquam ab eo 23. partibus remotior est, ut Ctesias atq; Sosigenes, teste Plinio, docent. et ob id putãt, cum διάκτορον à poetis, id est, deorũ nuncium fingi. À quibusdam hoc sidus Apollinis cognominatum, eodem Plinio teste. Appellat rursus eum Plato ἱερὸν, et ex Platone Cic. sanctam Mercurij stellã. Cæterùm de colore στίλβοντος, apud Platonẽ in Timæo, ubi de coloribus agit, scriptũ inuenimus, ex igniculo humore suffocato uarios colores oriri, μαρμαρυγάσq; hanc mixturã uocari, et illarũ effectũ λαμπρόν τε καὶ στίλβον cognominari. Iulius Pollux lucernæ cuiusdam mentionẽ facit, quam στίλβην Græci, παρὰ τῷ στίλβειν, id est, à splendendo uocant. Sunt qui hoc Vergilij uersu, qui Georg. 1. est, τὸν στίλβοντος nomẽ insinuari putant: Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.

Infima est quinq; errantium.) Hîc clarè apparet, nec Solem nec Lunam inter errantes à Balbo, sicut à plerisq;, numerari. Suprà uidimus, à Cicerone atq; Aristotele

Mercurium Venere superiorem esse, cum communior sententia Venerem Mercurio superiorem faciat. Sed audiamus Plinium, qui hoc loco quasi paraphrastes Ciceronis esse potest: Infra solem ambit ingens sidus appellatum Veneris, alterno meatu uagum, ipsisq; cognominibus æmulum Solis & Lunæ. præueniens quippe, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut sol alter diem maturans: contrà ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, uicemq; Lunæ reddens. Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadragesima secunda, quæ fuit urbis Romæ annus centesimus 42. Iam magnitudine extra cuncta alia sidera est, claritatis quidem tantæ, ut unius huius stellæ radijs umbræ reddantur. Itaq; & in magno nominum ambitu est. Alij enim Iunonis (nam apud Aristotelem etiam τῆρας nomen est) alij Isidis, alij matris deùm appellauere, &c.

φώσφορος.) Platoni ἑώσφορος. Hesperos.) Vesper, uel iuxta Plautum Vesperugo.

Latitudinem.) Latitudo est, stellarum à linea ecliptica, id est, à medio signiferi distantia. Quam duplicē faciunt: arctoam alterā partem uocant, austrinā alteram.

Et longitudinem.) Hæc est stellarum ab initio arietis distantia. His addunt declinationem, quæ nihil aliud est quàm stellarum ab æquatore distantia. Sol quidē semper sub ecliptica est: reliqui uerò planetæ omnes declinant uel ad septentrionem, uel ad austrum. unde Cleomedes solarem eam appellat, Proclus διὰ μέσων τῶν ζωδίων. Hæc lucem adferūt etiam illis, quæ suprà de Luna ex Plinio & alijs dicta sunt.

Hanc igitur in stellis constantiam.) Hæc argumentatio tam firma est, quàm si dicas: Hic seruus diligenter exequitur domini negotia: Igitur dominus est.

Inerrantes.)

Inerrantes.) ἀπλανῆ, ἢ ἀστέρας ἀπλανεῖς, quorum etiam globus ἀπλανὴς nominatur. Cōuenit cum Boethi Stoici doctrina, quæ citatur à Laertio ex libro περὶ τῆς φύσεως, qui ait τὴν οὐσίαν θεοῦ τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν εἶναι.

Non est enim ætheris.) Singularis hæc opinio est, ipsisq; adeò Stoicis pugnans, qui stellatum globum ab æthere non excludunt. Sic enim apud Laert. in Zenone legitur: ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ, ὃν δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γενεῖσθαι, εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων. Et Aristoteles de Mundo, in æthere etiam τὰ ἀπλανῆ ponit, οὐρανοῦ δὲ, inquit, καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, & quæ ibi sequuntur. Cicero itaq; hoc loco Balbum magis Platonizantem, quàm Stoicum facit. Platonicum enim hoc esse nemo dubitauerit, qui illa ex Phædone uerba, quæ iam subiungam, cum hoc Ciceronis loco contulerit, αὐτὴν δὲ τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ οὐρανῷ, ἐν ᾧπερ ἐστὶν τὰ ἄστρα, ὃν δὴ αἰθέρα ὀνομάζειν τοὺς πολλοὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν. Quibus uerbis notare uidetur illorum opinionem, qui sidera in æthere ponunt.

Neq; cœlo inhærentes.) Malim legere Cælo inhærentes, sine particula negatiua, ut neget τὰ ἀπλανῆ ætherea esse. Hoc enim ipsius est institutum. Aristoteles certè in 2. de Cælo, cap. 7. εὐλογώτατον τὸ ἕκαστον τῶν ἄστρων ποιεῖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος, ἐν ᾧ τυγχάνει τὴν φορὰν ἔχειν. Noster autem dicit, non ætheream habere illa naturam, sed cœlestem. Vnde Africanus quoq; in Somnio extimum globum, in quo sidera feruntur, cœlestem uocat. Sic auus nepoti dicit: Quæso quousque humi defixa tua mens erit? Num ne aspicis quæ in templa ueneris? Nouem tibi orbibus, uel potius globis, connexa sunt omnia: quorum unus est cœlestis extimus, qui reliquos omnes cōplectitur, summus ipse Deus, arcens & continens cæteros: in quo sunt

 infixi

infixi illi, qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni. Cui subiecti sunt septẽ, qui uersantur retrò contrario motu atque cœlum. Quo loco Macrobius est uidendus. Aristoteles hunc πρῶτον οὐρανὸν, eiusq; φορὰν πρώτην nominat, lib. de Cœlo 2. cap. 6. & lib. 1. cap. 9. nominis οὐρανοῦ significationes enumerans, οὐρανοῦ uocabulum hoc maximè significare ait. Sed audiamus ipsum: ἕνα μὲν οὖν τρόπον οὐρανὸν λέγομεν, τὴν οὐσίαν τὴν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντὸς περιφορᾶς, ἢ σῶμα φυσικὸν τὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ περιφορᾷ τοῦ παντός. εἰώθαμεν γὰρ τὸ ἔσχατον, καὶ τὸ ἄνω, μάλιστα καλεῖν οὐρανὸν, ἐν ᾧ τὸ θεῖον πᾶν ἱδρῦσθαι φαμέν. Audiamus etiam Macrobium libro 2. de Som. Scip. cap. 3. disertè hoc ipsum enunciantem. Theologi quoque (inquit) nouem Musas, octo sphærarum musicos cantus, & unam maximam concinentiam, quæ constat ex omnibus, esse uoluere. Vnde Hesiodus in Theogonia sua octauã Musam Vraniam uocat, quia post septem uagas, quæ subiectæ sunt, octaua stellifera sphæra superposita, proprio nomine cœlum uocatur, &c. quæ eodem & sequenti capite sequuntur.

Nulla igitur in cœlo nec fortuna) Non seruat ordinem in Antapodoto reddendo. Ita sibi inuicem rectè opponetur:

Nam	Fortunæ	opponit	Ordinem.
	Temeritati		Rationem.
	Errationi		Constantiam.
	Vanitati		Veritatem.

Zeno igitur naturam.) Apud Plutarchum quoq; in Placitis lib. 1. cap. 7. & apud Galenum in historia philosophica, cap. 28. hæc Zenonis definitio non naturæ, sed naturæ autori Deo tribuitur. Eam ex Plutarcho adscribam: οἱ στωϊκοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον, ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους. Fit autem hoc sub nomine τοῦ ἡφαίστου.

Nam

Nam apud Laert. ubi Iouis quædam nomina explicãtur, inter cætera ἥφαιστον etiam nominari testatur, κατὰ τὴν διάτασιν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ. Sed de hoc suo loco uberius. Verùm apud Laertiũ etiam in uita Zenonis natura hoc modo definitur: δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὴν μὲν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν, ὅπερ ἐστὶ πνεῦμα πυροειδὲς καὶ τεχνοειδὲς. **Ad gignendum progredientẽ uia.**) Aristoteles etiam lib. περὶ ἀρχῶν 2. cap. 1. ubi uarias τῆς φύσεως significationes recenset, etiam huius meminit, ἔτι δὲ, inquit, ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ὁδός ἐστιν εἰς φύσιν. et Paulo superius docuit eandem differentiã inter τέχνην καὶ τεχνικὸν, quæ est inter φύσιν et φυσικὸν. Hinc Cicero hũc ignẽ nõ artificiosum solum esse, sed ipsum artificem dicit.

Natura mundi.) Signanter mundi naturam dicit eam, quæ continet mundum. Sic enim apud Laertium: φύσιν δέ ποτε μὲν ἀποφαίνονται, τὴν συνέχουσαν τὸν κόσμον. Neq; ab hoc instituto aliena erit etiam illa altera significatio, ποτὲ δὲ τὴν φύουσαν τὰ ἐπὶ γῆς.

Omnes motus.) Hoc exprimitur illa definitione, quæ apud Laert. sequitur: ἔστι δὲ φύσις, ἕξις ἐξ αὐτῆς κινουμένης κατὰ σπερματικοὺς λόγους, ἀποτελοῦσα τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὐτοῖς ἐν ὡρισμένοις χρόνοις, καὶ τοιαῦτα δρῶσα ἀφ' οἵῳ ἀπεκρίθη. Extat hæc definitio etiam inter medicinales, quæ Galeno adscribuntur. ὁρμὰς.) Ab analogia τοῦ μικροκόσμου, cuius ut animo & menti ὁρμὰς tribuuntur, ut Cicero in Lucullo, in 3. & 4. Finium, in 1. Offic. docet: sic hoc etiam loco τῷ μεγάλῳ τῷ κόσμῳ ὁρμὰς assignat. In homine medici etiam ὀρέξεις nominant. Cæterùm περὶ τῆς προνοίας in 1. lib. & apud Lactant. dictum est. **Molientium cũ labore.**) Hoc dicitur propter Epicureos, qui πρόνοιαν his nominib. exagitãt atq; explodũt. **Monogrammos.**) Adscribam Cælij Rhodigini uerba ex lib. 5. cap. 19. quib. hũc Ciceronis locũ explicat. Monogrãmos, inquit,

inquit, ex monumẽtis Marcelli inuenio dici, homines ma-
cie prætenues ac decolores, ſtrigoſoſq; ac incuratores
quæ nuncupatio uidetur ex picturæ ratione inflexa, qua
lineari dicitur, ut ex Plinij doctrina percipi licet, q
prius quàm coloribus corporetur, lineis ad umbram
tur. Probat porrò Nonius Lucilij autoritate, cuius
uerba: Vix uiuo homini & monogrammo. Cæterùm
ijs non omnino quidem eluceſcit Ciceronis nodus, ad
tellectum tamen aditus aperitur: qui plenus fiet, ſi pla
Epicuri de natura diuina exploratius nouerimus, qua
Anthropomorphitarum hæreſi haud ita diſſarantur:
ruſtica ſimplicitate Deum humana membra habere
trantur, unde & appellationem ſortiti creduntur. O
nium animantium, inquit, formam uincit hominum
ra. Deus autem animans eſt. Ideo ea profectò figura
quæ pulcherrima ſit omnium: quoniã deos beatiſſimos
ſe conſtat. Beatus autem eſſe ſine uirtute nemo poteſt,
uirtus ſine ratione conſtare, nec ratio unquam ſine
nis figura. Hominis igitur ſpecie eſſe deos confitendũ
Nec tamen ea ſpecies corpus eſt, ſed quaſi corpus: nec
bet ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem. Addamus porrò
perſpicua magis tota res fiat, quod aptiſſimè concipit
theſis. Omne corpus quod ſolidum eſt, ac στερεὸν Græ
uocant, triplici conſtat dimenſione, longitudinis, latitudi
nis, profunditatis. Ex his tribus lineæ ductu una conſ
git dimenſio, quam longitudinem dicimus, citra latitudi
nem ullam. Planicies uerò, quam ἐπιφάνειαν uocant, lon
go latoq; diſtenditur, alto tamen caret. Soliditas uerò per
ficitur, ſi illis altitudo acceſſerit. Cæterùm id magnoperæ
aduertendum, quòd corpus quodlibet ſuperficie quidem
cluditur, tanquam termino. Hic uerò terminus quamuis
circa corpus ſit, incorporeus tamen intelligitur. Eſt enim
hæc incorporea natura prima, nec tamen purè, quando
non niſi

non niſi circa corpus apparet. Propterea etiamſi ſuperfi-
ciem à corporibus res non ſequeſtrat, intellectus tamen
ipſum hoc facit. Hæc ſuperficies ſicuti terminus corpo-
rum eſt, ita terminatur & ipſa lineis, quas ſuo nomine
γραμμὰς Græci dicunt: punctis uerò finiuntur lineæ. De-
nig; corpora hæc ſunt, quæ Mathematica uocant. Ex his
uerò iam dilucere arbitror, cur deos non habentes cor-
pus, ſed quaſi corpus, ut acutè delirabat Epicurus, etiam
Monogrammos nuncuparit. Nam nec ſuperficies, quæ li
neis connectitur, corpus eſt, ſed quaſi corpus, quia citra
corpus non eſt. Sic & monogrammos pictura quaſi ſu-
perficies quædam concipi debet, quoniam non eſt corpo-
rata coloribus, qui profunditatẽ imaginibus tabulisq; ad-
dere uidentur. Qui porrò emaciati ſupra modum ſunt, &
pellucidi quodammodo, ut quibus nulla adeſſe carnis ui-
deatur altitudo, rectiſſimè profectò & hi monogrammo
rum inſigniuntur cognomine. Hæc Cælius.

Ex magnis beneficijs.) Suprà lib. 1. mentionem fe
cimus ſeptem coniecturarum, quibus cæca gentilium an
tiquitas imbuta fuit, quadam diuinitatis opinione: quæ or
dine huc poſitæ, huic loco multum lucis adferent. Sunt au
tem ex Plutarchi Placitorum lib. 1. cap. 6.

ὁ τῶν



Vt cum

Vt cum fruges.) Per eam ſpeciem metonymiæ, qua autor pro re inuenta ponitur.

Terentij.) In Eunucho, ſub perſona Chremetis, adoleſcentis, ruſtici.

Fides.) Fidei quidem ædes uicina Ioui in Capitolio fuit, ut in 3. Offic. noſter Cicero meminit, ubi nos quædã annotauimus. ſed fuit antiquiſſimũ Fidei templum in Palatio, à Roma (ut quidam uolunt) Æneæ filia conditũ: à Romulo, ut coniecturis quibuſdam colligo, inſtauratum.

Vt Mens.) Liuius lib. 2. Decad. 5. Mentis, inquit, ædem Attilius Prætor uouit. Meminit Ouid. in 6. Faſt.

Mens quoq; numen habet, Menti delubra uidemus
Vota, metu belli perfide Pœne tui.

Et de hac nos diximus apud Lactant. in lib. de Falſa religione, qui uanitates illas dignis modis explodit. Quanquã ſunt qui dicant, hoc nomen uerè diuinitatis eſſe, adeoq; Latinis Græcisq; iuxtà tetragrãmaton eſſe, cum his võs, illis Mens quatuor elementis ſcribatur. Sed quia Græcis ſua lingua generis maſculini eſt, Latinis uerò fœminini: maſculum illi, hi fœmellam fecerunt.

Vides Virtutis templum, uides Honoris.) Liuius lib. 9. Decad. 3. Ædem uirtutis eo anno (D L. M. Cor. Cethego, P. Sempronio Tuditano Coſſ.) ad portam Capenam M. Marcellus dedicauit, ſeptimodecimo anno poſtquam à patre eius primo conſulatu uota in Gallia ad Claſtidium fuerat. Geſſit autẽ primum conſulatum Marcellus pater cum Cn. Cor. Scipione Caluo, anno V. C. D. XXXII. Inter quem & filij dedicationem XVII. interfuiſſe reputantur anni. Nec interim hoc minus uerum eſt, quod quintum conſulatum gerens, templum deuotum conſecrare uoluiſſe legitur, quo cum T. Quintio Criſpino functus interijt, anno DXLVI: quia idem Liuius lib. 7. eiuſdem Decadis, liquido teſtimonio affirmat. Marcellũ,

inquit,

inquit, aliæ atq; aliæ obiectæ animo religiones tenebant, in quibus quod cum bello Gallico ad Clastidiũ ædem Honori & Virtuti uouisset, dedicatio eius à pontificibus impediebatur, quod negabant unam cellam amplius quàm uni Deo rectè dedicari: quia si de cœlo tacta, aut prodigij aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret, quod utri Deo diuina res fieret, sciri non posset. Neq; enim duobus, nisi certis deis, ritè una hostia fieri. Ita addita Virtutis ædes approperato opere. Neq; tamen ab ipso ædes ea dedicatæ sunt, sed à filio, quinquennio nimirũ pòst. Consensit Plut. in Marcelli uita, ubi hæc templa δίξυς καὶ ἀρετὴ uocantur. Meminit Valer. lib. 1. cap. de Cultu deorum. Mentio fit nescio an alterius cuiusdam Honoris consecrationis, apud Cic. de Legibus. Victruuius item lib. 7. memorat Caium quoq; Marium Honori & Virtuti ædem construxisse. Contra Virtutis cultum diximus apud Lactantium lib. 1. cap. 20.

Opis.) Opi Tatius rex templum consecrauit, quòd hæc terra dicatur, quæ quidem mater rerum omnium est. Hoc templum de cœlo tactum, Liuius scribit. Nescio an idem sit, quod cum Saturno marito commune habuit, in quo ærarium populi Romani fuit. De Ope apud Lactantium diximus lib. 1. cap. 13.

Salutis.) Marlianus, harum omnium ædes in Capitolio fuisse dicit, nescio huius loci autoritate, an certa aliqua notitia nixus. Salutis templum P. Victor in VI. urbis regione, hoc est, in Quirinali statuit. Scribit Festus, Salutarem portam Romæ appellatam, quòd prope ædem Salutis esset.

Concordię.) Concordia Græcis ὁμόνοια, sicut Salus ὑγίεια, à Romanis plurimum culta, & ob id plurima templa habuit, quæ collegerunt Pomponius Lætus, Marlianus, & postremò diligentißimè Gyraldus.

Libertatis.)

Libertatis.) Huic ex pecunia mulctaticia à Tib. Gracchò patre templum dedicatum atq; conditum fuit, autore Liuio. Ab Hælio Peto & Cor. Cethego refectum & ampliatum est. Postremò à Pollione cum uetustate ruinas faceret, instauratum est, teste Tranquillo.

Victoriæ.) Scriptores Victoriæ templum in Palatio ponunt, quod Posth. Ædilis Cur. ex mulctaticia pecunia faciendũ curauit: Cons. cum M. Attilio Regulo, bello Samnitico dedicauit. prope hoc fuit ædicula Victoriæ uirgini sacra, quam Porcius Cato uouit.

Quia uis erat.) Si omnia numen essent, quæ numine reguntur; essent cunctæ uniuersitatis partes numina censenda. Nihil autem magis numine, quàm homo regitur. Quid ergo relinquitur, quàm ut singuli homines singula sint numina?

Cupidinis.) Vitia ne se prodigijs gerant, alibi dicitur. De Cupidine apud Lactantium dictum est, libro primo, cap. 11.

Voluptatis.) Volupiam eandem nominant. Repete quæ scriptores de Angerona memoriæ prodiderunt.

Lubentinę Veneris.) Libentiæ quoq; Veneris mentio apud Plautum semel atq; iterum fit, quæ mea sententia eadem est cum Lubentina, siue Libentina. Quanquam Lubentinam à Libidine Augustinus dictam putat, cum Varro Libentinam à libendo denominet. Huic lucus Romæ fuit. Hanc prorsus aliam à Libitina putabis.

Vt beneficijs excellentes.) Hic locus prolixè tractatur in 1. Tusc. quæst. ijsdemq; propemodum exemplis utitur: atq; rursus in 2. de Legibus. quos locos Lactantius noster citat lib. 1. cap. 15. non quidem ut subscriberet hisce tam uanis erroribus, sed ut confutaret atq; refelleret. quo loco quæ hîc dici possent, à nobis, nisi memoria me fallit, dicta sunt. Huius ἀποθεώσεως ratio eadẽ fuit, quæ πρόμαχον

m ipsum

ipsum & ἀλεξίκακον cognominauit. Nec libet hîc cõmemorare, quòd plures Hercules sub eodẽ nomine culti fuerunt. Castor & Pollux.) Apud Pindarum enim optionem Polluci Iupiter dedit: ἥμισυ, inquit, πνέοις γαίας ὑπένερθεν ἐὼν, ἥμισυ δ' οὐρανοῦ ἐν χρυσέοις δόμοισιν. Vnde Ioãnes Tzetzes in secunda Variæ historiæ Chiliade, ἦμαρ πὰρ ἦμαρ δὲ φασὶ ζῆν τούτους καὶ θνήσκειν. Hoc interpretantur, quòd inter sidera relati alternis luceant. Sic enim idem Tzetzes refert:

τοῦ πολυδεύκους δ' ὁ πατὴρ ὁ ζεὺς ὁ ἀστρολόγος,
τοῖς ἄστροις κατηστέρισε τοὺς παῖδας τεθνηκότας,
καὶ τοὺς διδύμους κέκληκεν, κάστορα, πολυδεύκην,
ἦμαρ πὰρ ἦμαρ ζῆν τούτους τε καὶ θνήσκειν.

Cæterùm quòd poetæ illis epitheton tribuunt, quod uni IESV debetur, eat cum cæteris gentilium erroribus. σωτῆρας enim eos uocant. Sic poeta in eius hymno: σωτῆρας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, ὠκυπόρων τε νεῶν. Sic Theocritus in Dioscuris, ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων. Item, ὦ ἄμφω θνατοῖσι βοηθόοι, ὦ φίλοι ἄμφω. Sed quia hic peculiariter de Romanorum religione mentio fit, religiosius à Romanis culti fuerunt, postquam eos bello Macedonico pro imperio Romano excubasse creditum est. Diximus de his apud Lactantium lib. 2. cap. 8. Quare de illorum apotheosi in præsenti satis.

Aesculapius.) Hunc etiam meritò inter deos retulerunt. Sunt qui putant hunc Homeri tempore nondum fuisse cum dijs numeratum, eo quòd non Martis uulnera ipse, sed Pæon curasse fingitur, sub finem Iliad. ε. Et quod Iliad. δ. ad Menelai curationem Machaon Æsculapij filius adhibetur, poeta φῶτα eum nominat. Atqui sicut dij gentilium homines etiam procrearunt, sic è regione homines deos, non hîc ipsius diuinitatẽ, quam pius nullus credit, in cõtrouersiam uoco: sed quid opus erat patrẽ cœlitus uocare,

uocare, cum filius σύγχρονος illorum temporum rebus sufficere posset? Homeri tempore inter deos fuit habitus, alioquin Homerus eum hymno non celebrasset. Taceo quòd ἠὼν ἀπόλλωνος nominat, καὶ δίας κωρόνιδος, cum causam τῆς ἀποθεώσεως hoc uersiculo exprimat:

χάρμα μέγ' ἀνθρώποισι κακῶν θελκτῆρ' ὀδυνάων,

Est enim Æsculapius (si Macrobio credimus) uis salubris de substantia solis. Nec uacat hîc commemorare, cur Romani & alij eum sub figura draconis coluerint, cum de his uanitatibus apud Lactantium dixerimus.

Hinc Liber etiam.) Hoc dicit ad differentiam aliorum. Diodorus siquidem tres ponit, Cicer. lib. 3. quinq;. de quibus suo loco. Nominis Liberi plures præter hanc rationes ab alijs commemorantur: quas, quia partim obscœnæ sunt, partim ne irascatur nobis cõmentarius æquo prolixior, chartisq; parcamus, omittemus, lectoremq; curiosum relegabimus ad Gyraldi de Dijs gentiliũ historiam, qui has ut diligenter, ita dilucidè exponit.

Liberum cum Cerere.) Horum trium deorũ templum Cor. Tacit. in secundo Annal. Romæ apud Circum Max. constructũ ait, ab A. Posthumio Dictatore uotum, à Tib. Cæsare instauratum. Liuius lib. 1. Dec. 5. Supplicatio, inquit, ad Cereris, Liberi, Liberæq; fuit, quòd ex Sabinis terræmotus ingens, cum multis ædificiorũ ruinis nunciatus erat. Natos liberos.) Quanquam secundum C. Iurisconsulti doctrinam non sine liberis sit, cui uel unus filius uel una filia est, & ea uox semper pluraliter efferatur, idq; euidentißimis etiam Ciceronis & Terentij exemplis à Grammaticis edoceatur, uidemus tamen hoc exemplo antiquitus in mysterijs singulari etiam numero usurpata ista fuisse. Quod autem hîc dicit, in libero non item seruari, eò intelligo, quòd hoc nomen, propter multitudinem liberorum amphibologiam gignit.

Romulum, quem quidam eundem esse Quirinum.) Duæ sunt de Romuli apotheosi quæstiones. Vana; utrum inter deos numeretur: quod expeditur, si dijs placet, ab Ennio, cuius uersiculus in 1. Tusculan. quæstionum hic citatur,

Romulus in cœlo cum dijs agat æuum.

Plusculi sunt apud Lactant. lib. 1. cap. 15. ubi hanc controuersiam excussimus. Altera quæstio est, utrum Romulus idem sit, qui Quirinus. Quirinum significare Martium, Proculi uerba, quibus hoc plebi credulæ, priusq; in hanc persuasionem pronæ, facilè persuasit, ex Plutarcho adscribemus: καὶ πρόκλος αὐτὸς ἐπιφανὴς διωμόσατο, φωνὴν ἰδεῖν εἰς ἀρχαῖον σὺν τοῖς ὅπλοις ἀναφερόμενον, καὶ φωνῆς ἀκοῦσαι λεγούσης, αὐτὸν ἐνομάσθαι λυγῖνον. Vnde Quirinus dicatur, indicat Ouid. in 2. Fast. his uersiculis:

— At tertia dicta Quirino,
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.

Siue quòd hasta quiris priscis est dicta Sabinis,
Bellicus à telo uenit in astra Deus.

Siue suo regi nomen posuere Quirites,
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Qui plura uolet, petat ex Dionysio, Liuio, Plutarcho, Plinio, Iustino, Eutropio, & alijs.

PHYSIOLOGIA.

Alia quoq; ratione.) Suprà quodam loco (nisi me memoria me fallit) theologiæ gentilitiæ diuisionem posuimus, cuius primam speciem physicã, id est, naturalem: alteram fabulosam, seu poeticam: tertiam legalem, seu ciuilem. Hoc loco constituit philosophos physicos interpretes ineptiarum poeticarum, et ij maximè fuerunt Stoici, contra quos disserit Lactantius lib. 1. cap. 11. 12. & sequentibus: ubi nos cùm ex Augustino, tum ex alijs quædam annotauimus.

Atq;

Atq; hic locus à Zenone.) Zenonis πρὸς λημάτων ἐμπεμπῶν quinq; libri à Laertio memorantur, item περὶ ποιητικῆς ἀπροσάτως. Cleanthis, περὶ τοῦ ἡδωνὴν & φυσιολογίας. Citatur ab Athenæo μυδικὰ, Chrysippi περὶ ποιημάτων ad Philomathen. Verùm non à Stoicis tantum, sed etiam à Pythagoricis, Platonicis atque Peripateticis tractantur. Sunt huius generis Heraclidis Pontici allegoriæ. Sunt Procli, Porphyrij, Plutarchi, Phurnuti, atq; Alberici lucubrationes. Quinetiam uideas Platonicis quædam huiusmodi esse aspersa. Quid quòd inter Christianos quoque fuere, qui hisce uanitatibus occuparentur, in quibus præcipui Fulgentius & Boccatius, & cum his alij, quorum nominibus studio nunc parco? Plutarchus Homericis fabulis his uerbis patrocinatur: ἀ δὲ δὴ αἰνιγμάτων καὶ μυθικῶν λόγων τινῶν ἐμφάνεται τὰ τερπνὰ, ὃ χρὴ παραδέχεσθαι ἡγεῖσθαι. τοῦτο γὰρ αἴτιον ποιητικῆς, καὶ τῶν ἀρχαίων ἦθος, ὅπως οἱ μὲν φιλομαθεστάτοις μετά τινος δυμοσίας ψυχαγωγοῦ μέλος, ῥᾴον ἴσως τι τὴ σφίσησι τῶν ἀληθείων, εἰ ἢ ἅμα δύσ μὴ καταφρονῶσι τέτων, ὧν οὐ δύνανται σωτίνειν.

Vt scilicet exectum.) Macrob. lib. 1. de Som. Scip. cap. 2. aduersus Epicureos disputat, quædam genera fabularum non dedecere philosophum, inter quæ tamen hæc repudiat, his uerbis: Aut enim contextio narrationis pertinpia & indigna numinibus, ac monstro similia componitur, ut Dei adulteri, Saturnus patris Cæli pudenda abscindens, & ipse rursus à filio regno potito in uincula conjectus: quod genus totum philosophi nescire malunt. Plato uerò in Euthyphrone, ista hæc ipsa illorum deorum facinora ad definitionem τοῦ ὁσίου exigit, à qua tam aliena deprehenduntur, ut τὰ ἀνόσια magis definitioni conuenire uideatur. Cæli castratio ab Hesiodo describitur his uersiculis:

— ὁ δ' ἐκ λοχοῖο πάϊς ὠρέξατο χειρὶ
σηκὸν, δεξιτερὴν πελώριον ἔλαβεν ἅρπην

μανηνὴν, ἐαρχαιόδοντα. φίλος δ' ἀπὸ μήδεια πατρὸς
ἐσυμένως ἤκουσε, πάλιν δ' ἐρέψι φοιβάδαι
ἐξοπίσω. Sed quia tam hîc, quàm apud Lycophronem, ἁ ἅρπης nomen inuenitur, non uideo unde de Drepano dissputatio nata sit. Phurnutus monet, Gallos, qui Cybeles seu Rheæ sacerdotes fuere, hanc Saturni castrationem repræsentasse. Varronis expositio est, semen igneum de cœlo in mare cecidisse, ac natam è spumis Venerem Vranam, seu Cœligenam, coniunctione nimirũ ignis & humoris. Fulgentij expositionem repetit Boccat. lib. 3. cap. 23.

Saturnus.) Lactan. lib. 1. cap. 12. hunc locum diligenter exagitans modis, ait his Ciceronis uerbis Stoicorum sententiam exponi, de quo suo loco uidimus. Heraclides Ponticus: χρόνον μὲν γὰρ, inquit, ὀνομάζει τὸν χρόνον, κατὰ μετάληψιν ἑνὸς στοιχείου τοῦ τῶν ὅλων ὁ χρόνος, ἡλίου λέγω καὶ σελήνης καὶ ἀμύχρονόν τι τῶν ὄντων δίκην χρόνου. διὸ δὴ ῥίζαν τῶν τεττάρων στοιχείων οὗτός ἐστι. Meminit & Seruius Æneid. 3. ibi, Creta Iouis. &c. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 22. nonnihil uariat, ubi Saturnum nihil aliud quàm solem esse docturus, sic scribit: Saturnus ipse, qui autor est temporum, & ideo a Græcis immutata litera χρόνος quasi χρόνος uocatur, quid aliud nisi sol intelligendus est? cum tradatur ordo elementorum, temporum numerositate distinctus, luce patefactus, nexus æternitate traductus, uisione discretus, quæ omnia actum solis ostendunt. Sed cap. 8. libri eiusdem, & nomen eodem cum Cic. modo explicat, & mythologiam exponit: Est porrò, inquit, idem χρόνος καὶ χρόνος. Saturnum enim in quantum mythici fictionibus distrahunt, tantum physici ad quandam ueri similitudinem reuocant. Hunc aiunt abscidisse Cælij patris pudenda, quibus in mare deiectis, Venerem procreatam, quæ à spuma unde coaluit, ἀφροδίτη nomen accepit. Ex quo intelligi uolunt, cum Chaos esset, tempora non fuisse. Siquidem tempus est certa dimensio, quæ ex cœli conuersione colligitur. Tempus cœpit inde. Ab ipso natus putatur χρόνος, qui (ut diximus) χρόνος est: & cætera quæ sequũtur. Plato χρόνον dictum ait, quasi λόγον ὄντα τοῦ νοῦ, hoc est, mentis satietatem. Verba Platonis in Cratylo hæc sunt: τοῦτον ὃ, χρόνον ἰόν, ὑφεῖ τινὰ μὴ αὖ τινι δόξειν εἶναι ἀπόσαυτι ἰὼν ἀφανὴς. εὔλογον δὲ, μιγάδης τινὸς διανοίας ἐυγενὲς εἶναι τὸ δία. λόγον γὰρ σημαίνει ἡ παιδία, ἀλλὰ τὸ ματαρὸν αὖ τοῦ, μὴ ἀκήρατον τοῦ νοῦ. Phurnutus tamen χρόνον dictum ait ἀπὸ τοῦ χράσθαι, id est, à commiscendo. Quod saturaretur annis.) Temporis enim Deus fingitur, nec abhorret à χρόνου nomenclatione, nec ab eo quod Plato quasi λόγον dictum dixit. λόγος enim satietatem significat, quanquam hoc de mentis satietate dictum sit. Fulgentius quoq; à saturando dictum ait, propter annonæ erogationem, quæ populum Italicum ad se attraxit: respiciens ad Saturnia regna. unde et Sator, & Vitisator, et Sterculeius Latinis nominatus: ideoq; falx illi quoq; à quibusdam tribuitur, quòd agriculturæ usum tradidit. Macrobius autem aliam huius nominis rationem reddit. capite siquidem 8. lib. 1. Sat. sic scribit: Propter abscissorum pudendorum fabulam, etiam nostri eum Saturnum uocitarunt, παρὰ τὸ σάθων, quod membrum uirile declarat, ueluti Sathunum. Vnde Satyros etiã, ueluti Sathunos (quòd sint in libidinem proni) appellatos opinantur. Capite tamen sequenti, non negat à satu dictum, cuius causa de cœlo est. nam et Varro de lingua Latina, Saturnum cœlum facit, his uerbis: Quare quòd cœlum principium, à satu dictus est Saturnus: & quòd ignis, Saturnalibus cerei superioribus mittuntur. Atqui Fulgentius præterea citat Apollophanem quendã, in Epico carmine scribentẽ, Saturnum quasi sacrum νοῦ, aut satorem νοῦ, quasi creantẽ sensum & mentem. Natos comesse.) Prorsus huc intelligo locum Ouidij ex 15. Metamor.

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas,
Omnia destrutis, utiataq; dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Hæc quoq; non perstant, quæ nos elementa uocamus. Macrobius uerò non comesse solum, sed etiam rursus euomuisse scribit: quo uicissitudinem rerum significat. Verba illius subijciam: Hunc aiunt filios suos solitum deuorare, eosdemq; rursus euomere. Per quod similiter significatur, eum tempus esse, à quo uicibus cuncta gignantur, absumanturq;, & ex eo denuò renascantur. Cæterùm apud Hesiodum nulla de liberorum, sed de lapidis quem pro Ioue deglutierat, uomitu mentio fit. Simpliciter enim sic legitur:

ἠρὶ τοὺς μὲν ἔκατίπινε λεβόν& μέγας ἔκαστ&,
ὑκλύ& δὲ ἰόρῦς μκῆρὸς πρὸς γοῦνατ' ἔκοιτο.

Vinctus autem à Ioue.) Sic enim illi in fatis fuisse, Hesiodus canit: — οἱ πίπρωτο ἑῷ ὑπὸ παλλὶ δαμῆναι.
ἠρὶ ἔρατορῷ πρὸ ἐοντι. cum ipse ne cogitasset quidem aliò quando fore, ut sibi superstes esset pro lapide filius,

— ὅ μιν τάχ' ἔμελλε βίῃ ἠρὶ χέρσι δαμάσσας
τιμῆς ὀξελάσειν, ὅ οἱ ἐν ἀθανάτοισιν ἀνάξειν.

Sed tandem Terræ dolis deceptus,

νικηθεὶς τέχνῃσι βίῃφι παιδὸς ἑοῖο.

Macrobius hæc ita exponit. Eundem, ait, à filio pulsum, quid aliud est, quàm tempora senescentia ab his quæ post sunt nata, depelli? Vinctum autem, quòd certa lege naturæ connexa sint tempora, uel quòd omnes fruges quibusdam uinclis nodisq; alternentur. Cæterùm de laneo uinculo consule ipsum Macrobium. Saturnũ autem à Ioue pulsum, & in Italia latuisse, historiæ quoq; memorant. nam Latium inde à latendo dictum affirmant, & Saturniam à Saturno.

Sed ipse Iupiter, id est, iuuans pater.) Plerique ueterum

ueterum etiam Iouis in nominandi casu dicunt, in quibus est Higinus: nec dubium est, quin à iuuando dictus sit.

Pater diuûm.) Reliqui siquidem tam Latini quàm Græci poetæ usurparunt, quod ab Hesiodo in ipsa Iouis generatione inditum fuit,

ἠνά τε μητίόχυτα θεῶν πατέρ' ἠδὲ ἀνδρῶν.

& paulo post,

ἀλλ' ὅτε δὴ ἄρ ἔμελλε θεῶν πατέρ' ἠδὲ ἀνδρῶν.

Homer. cùm alibi, tum Odyss. α.

τῶσι δὲ μύθων ἦρχε πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε.

Item Vergil. Æneid. 1.

Olli subridens hominum sator atq; deorum. &c.

Opt. Max.) Sic in solenni precatione nominabatur. de Finibus lib. 3. Atq; etiam Iouem, quũ Opt. et Max. dicimus, quumq; eundem salutarem, hospitalem, statorem, hoc intelligi uolumus, salutem hominis in eius esse tutela. Minimè autem conuenit, quum ipsi inter nos abiecti neglectiq; simus, postulare ut dijs immortalib. chari simus, & ab ijs diligamur. In oratione pro Domo sua ad Pontif. sub finem: Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia pop. Rom. Opt. propter uim Max. nominauit, etc. Ad hunc nostrum locum respondetur infrà lib. 3. Conuellitur à Lactantio lib. 1. cap. 10. & 11.

Sublime candens.) Hinc ὄλυμπον, quasi ὅλον λαμπρόν, id est, totum splendidum appellari, Plutar. testatur.

Iouem fulgentem.) Fulgurantis & Tonantis Iouis epitheta diligenter à Gyraldo sunt collecta. Templi Ioui Fulgurio sacri meminit Victruuius: Ioui Tonanti, Plinius. Fulmina Ioui Elicio ab eodem Plinio tribuuntur. Poterant Enniana uel ad Iouis sidus, quod candidum est, uel ad solem, quod Macrob. contendit, referri, nisi Cicero Euripidis autoritate de æthere interpretaretur. Euripidis locus, qui à Cicerone hîc citatur, in ijs quæ extant, haud

facilè inuenietur. Reperitur tamen ab Heraclide Ponti in Allegorijs citatus. Videtur autem Cicero prorsus Heraclidis uestigijs institisse. Nam sicut ille Homerica testimonio Euripidis confirmat, sic noster hîc Enniana. Homerica quæ Heraclides interpretatur, sunt Iliad. γ. Nec ingratum philologo fore arbitror, si totũ Heraclidis locum huc scribam: νυῦ δ' ἀποχρῶσιν οἱ μετὰ τῶν ἑτέρων ῥηθέντα δίκην ὅρκοι, τὸ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν βεβαιῶσαι, ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, μελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, ἠέλιός τ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις. καὶ ποταμοί, καὶ γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε μεμύκασι ἀνθρώπους τίνυσθαι ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. πρῶτον ὑπακούει τὸν ὀξύτατον αἰθέρα, τῶν ἀνωτάτω τόξων ἐληχότα. πυρὸς γὰ εἰλικρινὴς φύσεως ἄτ οἶμαι λευφεστάτην τὴν ὑψηλοτάτην ἀποκεκλήρωται χῶρον. εἰκὸς δ' ἂν εἶμαι τοῦτον ζεὺς ἐπώνυμον, ἤτοι τὸ ζῆν παρεχόμενον ἀνθρώποις, ἢ πατρὶ τῶν ὅλων ζῆσιν οὕτως ὠνομασμένον. ἀμείνει ἢ καὶ ὁ ὅμηρος πίδης τὸν ὑποστατικὸν αἰθέρα φησὶν, ὃν ἄρας τόν δ' ὑψοῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, καὶ γῦμ πτερύξ, ἔχοντ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις: τοῦτον νόμιζε ζῆνα, τὸν δ' ὑγροῦ διὸν. ὁ μὲν οὖν πρῶτος αἰθὴρ, καλεῖται μεσίτης τῶν ὅλων, πατὴρ δὲ καὶ γῆ, τὰ ὑλικὰ στοιχεῖα μετὰ τὸν πρῶτον φύσιν αὐτῶν. Qui tamẽ locus Homeri de fœdere Priami, hodie passim aliter legitur. Euripidis locum ante nos Ioachimus Camerarius ex Luciani Ioue Tragœdo indicauit.

Aer autem ut Stoici.) Stoicus hæc Stoicis tribuit. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 4. de penatibus loquens, hoc dogma Samothracibus acceptum fert: Esse autẽ, inquit, medium æthera Iouem, Iunonem uerò imum aera cum terra, & Mineruam summi ætheris cacumen. & argumento utuntur, quòd Tarquinius Demarathi Corinthij filius, Samothracijs religionibus mysticè imbutus, templo

templo ac sub eodem tecto numina memorata coniungit: quæ tamen à communi physicorũ doctrina uariant. Propius rem attigisse uidentur, qui hæc ad Empedoclem autorem referunt, qui quatuor elementa Ioui, Iunoni, Plutoni, Nesti assignat, his uersiculis:

τέσσαρα γὰρ τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε, ζεὺς ἀθὴρ, ἠρὴ τε φορβάδι, ἠδ' ἀϊδωνεύς, νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει μερόπων βρότειον. Hos Plutarchus sic enarrat: λέγει μὲν γὰ τὸν ζῆνα καὶ τὸν αἰθέρα, ἥρᾳ τε φορβάδιον τὸν ἀέρα, πλὴν δὲ γλῶ τὸν ἀϊδωνέα, νῆστιν δὲ καὶ μερόπων βρότειον, οἱονεὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸ ὕδωρ. Non ignoro hosce apud Laertium aliter legi: sed de his, opinor, apud Lactantium diximus.

Quæ est soror & coniunx.) Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 17. Hinc Iuno, inquit, & soror eius et coniunx uocatur. Est autem Iuno aer: & dicitur soror, quia eisdem seminibus, quibus cœlum, etiam aer est procreatus: coniunx, quia aer subiectus est cœlo. Eadem etiam à Plutarcho in uita Homeri scribuntur: ἐν οἷς καὶ φησὶν ὁ ποιητὴς σωοικεῖν τῷ διὶ πλὴν ἥρᾳν οὖσαν ἀδελφὴν, δοκεῖ τῶν παλαιῶν ἀγορεῦσαι, ὅτι ἥρα μὲν νοεῖται ὁ ἀὴρ, ἔστιν ὑγρὰ οὐσία. διὸ καὶ λέγει, ἥρᾳ δ' ὕδωρ πρόδεν βαθεῖαν. ζεὺς δὲ ὁ αἰθὴρ, τοιοῦτόν τι πυρῶδες καὶ ἐνθερμον οὐσία. ζεὺς δ' ὑπερτάτῳ ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν. Non dissimilia sunt etiam apud Heraclidem Pont. quæ breuitatis studio intermittimus. Hæc confutantur ab Augustino libro quarto, capite decimo.

Tria regna.) Illa regnorum diuisio est Iliad. ο.

τρὶς γὰρ τ' ἐκ μερόνυν ἀμφὴ ἀδελφεοί, οὓς τέκε ῥέα, ζεύς τε καὶ ἐγὼ, ποσειδάων τ' ἀΐδης τ' ἐνοσιγαίων ἀνάκτων, τριχθὰ δ' πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς, αὐτὰρ ἐγὼν ἔλαχον πολίον ἅλα ναιέμεν αἰεὶ πλαζόμενος, ἀΐδης δ' ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα,

ζεὺς

ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι,
γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς ὄλυμπος.

Illis insultat Lactantius libro primo, capite undecimo.

A iuuando.) Alij malunt à ianua, quasi Iano, quòd maritis & nascituris ianuam pandat, ut quæ tam imberbibus quàm parturientibus adesse soleat, unde uaria epitheta sortita est. Fidem huius maiorem facit, quod Ianus etiam Iunonius in sacris dici solitus fuit. Dictus autem Iunonius, si Macrobio credimus, quasi non solum mensis Ianuarij, sed mensium omniũ ingressus tenens. Græci ἥρα ipsum aera interpretantur. unde & Iunonis templum ἡραῖον, sicut etiam Macrobius Iunonẽ aeriam dictam scribit. Facilis huius ratio est, ut metathesi unius literæ ex ἥρα ἀὴρ fiat. Quanquam Plato quasi ἐρατὴν, id est, amabilem, dictam putat propter amorem, quo ab Ioue afficitur. Alij quasi ἱερὰν dictam malunt. Sed hæc fortè, quàm par est, curiosius.

Vt Portunus à portu.) Video quosdam à porta legere, qui Portunum eundem cum Iano faciunt: alios, nec eos ineruditos, à portando, ut fortaßis sit deriuatio κατ' ἀναλογίαν deducta. Nec locus hic requirit, ut quicquam de Palæmone dicamus. Est enim planè alius à Melicerta Athamantis filio. Quo modo etiam illud Æn. 5. intelligendum censeo: Et pater ipse manu magna Portunus euntem Impulit. Quid enim alioquin opus erat, patris epitheton addere? Neptunum ducunt à nando: Varro à nubendo, quòd nubat, id est, cooperiat terras uel nubes. ποσειδῶνος, & alia illius nomina omittimus, nisi fortè definitionem quæras. Phurnutus enim hoc modo definit: ποσειδῶν δέ ἐστιν ἡ ἀπεργαστικὴ ἐν τῇ γῇ, καὶ περὶ τὴν γῆν ὑγροῦ δύναμις. Quia tamen superius aliquanto in Empedoclis uersiculis νήστιος mentio facta est, qua uoce id significatur, quod uulgo Neptunus est, quæri posset, quid nam ea uox sibi

sibi uellet, cum νῆστις uel ieiunium sit, uel intestinum ieiunum. Sed, Suida referente, significat etiam τὸ ὕδωρ, qui et ipse uersum Empedoclis citat, aliter quàm uel Laertius, uel Plutarchus. Qui uolet, conferat: nobis admonuisse sufficit.

Terrena autem uis omnis.) De Ditis sede et regno uarias philosophorum sententias recensebat Macrobius libro primo de Somnio Scipionis, cap. undecimo. Ditem nuncuparunt à diuitijs, quòd eæ ex penetralib. terræ eruuntur. Sunt qui Diespatrem nominarũt, quod cum hac deriuatione pugnat. Sunt qui Ditem patrem per ἀντίφρασιν dictum credunt, quòd inferorum Deus homines ad sua regna migraturos omnibus diuitijs priuet. Sed probabilius est Latinos respexisse rationem, qua Plutonem ab opibus nominarunt. πλοῦτος enim (qua nomenclatione Aristophanes hunc deum suæ fabulæ introducit) diuitias significat. De hoc nomine sic disserit Socrates in Cratylo Plat. τὸ δὲ πλούτωνος, τὸ δὲ τοῦτο μὲν κατὰ τὴν τοῦ πλούτου δόσιν, ὅτι ἐκ τῆς γῆς κάτωθεν ἀνίεται ὁ πλοῦτος ἐπωνομάσθη. Phurnutus uerò nominis huius rationem sic explicat: καὶ πλούτων δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ πάντων ὄντων φθαρτῶν, μηδὲν εἶναι ὃ μὴ τελευταῖον εἰς αὐτὸν κατάγεται, καὶ αὐτοῦ κτῆμα γίνεται. Cæterùm τοῦ ἅδου nomen, quod hîc in quæstionem non uocatur, in medio suspensum relinquimus. De quo præter superius citatos, consule præterea Ponticum Heraclidem.

Proserpina.) Quanquam Cicero nomen hoc græcum dicat, Varro tamen à proserpendo deducit, nempe quòd luna modò in dextram, modò in sinistram partem cursum flectat. nam ueteres serpere ac proserpere in eodem significatu posuerunt: et sic, qui eandẽ eam esse cum luna uolunt. Alij, quasi radicitus terram proserpat. Hanc Macrobius numen terræ inferioris circuli et Antipodum esse dicit. περσεφόνην uerò dici Hecalen, quòd ea ueneficijs patrem

patrem Persea interfecerit, putant: sed hoc nihil ad institutum. Raptus Proserpinæ cùm ab alijs, tum luculentissimè describitur à Claudiano. Huius μυθολογίαν Phurnutus explicat his uerbis: ἁρπάσαι δ' ὁ ᾅδης τὴν θυγατέρα τῆς δημήτερος ἐμυθεύθη, διὰ τὸν γινόμενον ἐπὶ χρόνον τινὰ τῶν σπερμάτων κατὰ γῆς ἀφανισμόν.

δημήτηρ, quasi γημήτηρ.) Ioan. Tzetzes Hesiodi commentator, δημήτηρ, inquit, ἡ γῆ δωρικῶς, οὗτοι γὰρ ἀντὶ τοῦ γ, δ τιθέασι, δνόφερον γνόφερον, caliginosum, καὶ δήμητραν γήμητραν λέγοντες, &c. Quanquam Pindarus etiam primam syllabam Doricè pronũcians, δάματρα nominat. Et paulo pòst idem commentator, eandem μυθολογίαν pluribus explicat. Socrates uerò in Cratylo Platonico: δημήτηρ μ̄, inquit, φαίνεται κατὰ τὴν δόσιν τῆς ἐδωδῆς, διδοῦσα ὡς μήτηρ, δημήτηρ κεκλῆσθαι. Varro in hoc, & Cicero, in Chrysippi iurantes uerba, Cererem à gerendo appellatam uolunt: unde poetis Latinis alma cognominari solet. Cæterùm hunc locum mancum uideri, alij monuerunt.

Iam qui magna uerteret.) Grammatici tamen epenthesin syllabæ statuunt. Quòd si Mars ex Mauorte esset, per syncopen fieret, metaplasmũ superiori contrariũ. Alij uerò à Græco nomine ἄρης, προσθέσει τῆς μ, expuncta in altera syllaba η uocali. M. Varro dictum sic scribit, eo quòd maribus in bello præsit, aut quòd à Sabinis acceptus fuerit, ibi Mamers dictus. Nec defuere, qui sic nominatũ dixerunt, quòd mares uoret. ἄρης autem à Græcis uocatus est, ut Phurnutus prodidit, ἀπὸ τῆς αἴρειν, ἢ ἀναίρειν: hoc est, à tollendo, uel interficiendo. Sunt qui ab ἀρᾶς, id est, damno & nocumento, ἄρης denominatum uelint. Plato tamen, ut nostri quoq; putant, ἀπὸ τοῦ ἄρρενος, id est, à mare deriuauit, in Cratylo. Alij, quod nec Phurnutus tacet, ἀπὸ τοῦ ἄρσαι, ὃ ἐστιν ἁρμόσαι, id est, conuenire. unde etiam Harmione eius filia.

Minerua.)

Minerua.) Memoriam nonnulli eam dixerunt, formatumq; nomen quasi Memineruam. Cum quo congruere uidetur illud Afranij apud Gell. ubi Sapientia dicit: Vsus me pater genuit, peperit mater Memoria. Festus præterea dictam ait à monendo, quasi benè moneat. Sic Telemacho monitrix ab Homero fingitur. Cum eo autem, quod Cicero à minando dictam ait, conuenit illud Cornificij, quòd fingatur pingaturq; minitans armis. Si uerò à minuendo cum eodem Cicerone deducere uoles, nempe ut uentorum uim minuat (sic enim quibusdam placere uideo) conueniet cum eo quod ἀνεμῶτιν Græcorũ quidam eam cognominant: quorũ nomenclationes, quia hîc non attinguntur, & ipse silentio prætereo.

Prima & extrema.) Vnde bifrons pingitur. Quanquam & aliæ istius rei rationes memorantur à Macrob. lib. 1. Sat. cap. 9. Ex quo loco hic noster nõ modò lucis plurimum accipere, sed etiam emendatior fieri potest. Nam quòd hîc principẽ in sacrificando facit, dubio procul illud est, quod Macrob. ait, eum inuocari primùm, cum alicui Deo res diuina celebratur. Quod nec Ouid. obticet: sic enim interrogat, — Cur, quamuis aliorũ numina placem
Iane tibi primum thura merumq; fero? Respondet:
Vt possis aditum per me qui limina seruo,
Ad quoscunq; uoles, inquit, habere deos.

Xenon, siue Xenophon (sic enim à Pictore citatur) testante Macrobio, ideo Ianum præfationẽ in sacris perpetuam meruisse refert, quòd primus templa dijs fecerit, & ritus sacrorum instituerit. Eadem traduntur à Fab. Pictore. Deinde Eanum pro Ianum legendũ esse, nihil dubito: nisi uel hîc quoq; locus mutilus legatur, uel aliquis alius interierit. Vtitur ad id confirmandũ testimonio Cornificij Macrobius. Locum integrũ huc scribemus: alij mundum, id est, cœlum esse uoluerunt, Ianumq; ab eundo dictum,

quòd

quòd mundus ſemper eat, dum in orbem uoluitur, & ex ſe initium faciens, in ſe refertur. Vnde Cornificius Etymorum lib. 3. Cicero, inquit, non Ianum, ſed Eanum nominat, ab eundo. Hinc & Phœnices in ſacris imaginem eius exprimentes, Draconem finxerunt in orbem redactum, caudamq; ſuam deuorantem: ut appareat mundum ex ſeipſo ali, & in ſe reuolui.

Profanarum ædium ianuæ.) Cum Cic. ſentit etiam Fab. Pictor. Sed Ouidius & alij Ianum à ianuis, magis quàm ianuas à Iano dictas putant:

Præſideo foribus cœli cum mitibus Horis,
Et redit officio Iuppiter ipſe meo.
Inde uocor Ianus: cui cum cereale ſacerdos
Imponit libum, farraq; miſta ſale,
Nomina ridebis: modò namq; Patutius idem,
Et modò ſacrifico Cluſius ore uocor.
Scilicet alterno uoluit rudis illa uetuſtas
Nomine, diuerſas ſignificare uices.

Nec deſunt qui ab hiando Iani nomen deducunt, aſſiratione remota, quandoquidem Chaos hians ad Heſiodi ſententionem eſſe credebatur. quod ex eiuſdem Ouidij uerbis manifeſtum eſſe poteſt:

Me Chaos antiqui (nam ſum res priſca) uocabant.

Veſtæ.) Quòd hanc Iano Cicero ſubiungit, uidetur eam Iani uxorem facere, quod pleriq; ſentiunt (uarij enim uariant) Nam ſicut ille, ſic ipſa quoq; uxor eius prima ſacrorum regina (ut Fab. Pictor ait) ſempiternum ſacrificiorum ignem uirginibus credidit. Hanc πρώτην θεῶν Pindarus uocat.

Quæ ab illis ἑστία.) Solet enim aſpiratio Græcorum quandoq; apud Latinos in u conſonantem uerti, ut etiam in ἑσπέρᾳ, quod ueſper, & ὕς, quod uer Latini ſcribit, apparet. Hoc etiam Ouidius aſſerere putatur, dum ait:

Cauſáq; pars Graij nominis eſſe poteſt.

Alij quidam Latinorum Veſtam à ueſtiendo, quòd terræ uarijs herbis floribúsque ueſtita ſit: uel, ſi Ouidio magis credimus,

Stat ui terra ſua, ui ſtando terra uocatur.

Sic enim ἡ ἑστία Phurnuto, διὰ τὸ ἑστάναι διὰ πάντων. Quid quod אשתא uocem eſſe Chaldaicam, D. Sebaſtianus Munſterus ad me ſcribat, ſed quæ deducatur ab Hebraica uoce אש, & ſignificet in utraque lingua ignem. Addit quoq; Beroſum ſcribere, Noham atq; tres filios eius habuiſſe uxores, appellatas nominibus quatuor elementorum, uidelicet Eſtham, Maiam, Aretiam, Ruham.

Ad aras & focos.) ἑστία ſiquidem focum ſignificat. unde idem Cicero libro de Legibus 2. Veſtam, ait, quaſi focum urbis, ut Græco nomine eſt appellata, quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus. unde Ouidius:

Nec tu aliud Veſtam, quàm uiuam intellige flammam.

Deinde colligit eam uirginem, cum quo conſentit etiam Phurnutus. Plato in Cratylo εὐσίαν dicit: & ex Platone Macrob. terram hanc eſſe docet. Verùm Plut. Veſtæ templum à Numa rotundum eſſe extructum ſcribit, ubi perpetuus ignis ſeruatur, imitatus non terræ figuram, quaſi lar focusq; ſit, ſed totius mundi potius, cuius medium Pythagorici putant ignis ſedem, & ob id larem uocant, & monadem. Sed iſta nihil ad hunc Ciceronis locum admodum faciunt.

Ab hac ui diſj penates.) Macrobius enim Veſtam unam de penatibus dicit, aut ſaltem comitem eorum habendam eſſe cenſet. Non hîc quærimus, Troianorum ne an Romanorum propry fuerint, nec inæſtigamus eos ex Samothracia uſque. Nec inquirimus, de publicis ne an de priuatis ſit ſermo. Quanquam ego priuatos penates et la-

res paruo discrimine pono: licet Seruius penates dicat omnes deos qui domi coluntur, indeq; ipsos pro domibus sæpe poni. Sunt sanè Liuio cœli, terræ, urbium & ædium penates. Publicos tamen uel urbis uel orbis, hic magis superioribus, quæ de Vesta tradita sunt, quadrare putamus. Interim non repugnauerim, priorem Ciceronis etymologiam, qua deriuantur à pœnu, de priuatis magis intelligi posse. Altera tamen, qua penitius insident, publica uel uniuersalis magis est. Cui non dissimilis Macrobij ratio est, qui penates sic uocatos arbitratus est, quòd per eos penitus spiremus, per quos & corpus habeamus, & per quos rationem animi possideamus.

Ex quo etiam penetrales.) Vt apud Catullum: — Pubes Græca penetrales deseruisse deos. Hinc Festus ait penetralia, penatum deorum esse sacraria. unde Virg. Æternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Quomodo à Græcis nominentur, quæri uideo. Dionys. Halic. Aliter ab alijs hoc nomen in Græcã linguam translatum legimus: ab alijs πατρώους, γενεθλίους, ἐτησίους, μειλιχίους, alijs ἑρκείους, alijs ἑφεστίους, apud Macrob. θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστοὺς, θεοὺς δυνατοὺς. Sed his (quod requiri à nobis puto) diutius insistendum esse non arbitror.

Apollinis nomen.) Vix in quoquam cuiusquam nomine sic uariatum est, ut in isto. Macrob. uarias interpretationes collegit lib. 1. Sat. cap. 17. quem amputatis quibusdam, etiam aliunde aspersis, pro nostro instituto sequemur. Apollinis, inquit, nomen multiplici interpretatione ad solem refertur, cuius rei ordinẽ pergam pandere. Plato (in Cratylo nimirum) solem ἀπόλλωνα cognominatum scribit, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ βάλλειν τὰς ἀκτῖνας, id est, ab ictu radiorum. Quid Macrob. à Platone uariet, qui utrunq; contulerit, uidebit. Hoc certè loco quidam etiam pro βάλλειν, πάλλειν legunt, quod uibrare significat. Chrysippus porrò Apollinem

rò Apollinem dictum ait ab a, quæ litera retinet significationem negandi, ἢ ὅτι μόνος ἐστὶ, καὶ οὐχὶ πολλοί. Nam & Latinitas eum, quia tantam claritatem solus obtinuit, Solem uocauit. Quod Cic. quoq; hîc agnoscit, & Lact. lib. 2. cap. 10. huius autoritate nititur. Varro item de lingua Latina ait: Sol, uel quod ita Sabini, uel solus ita lucet. Speusipp. quòd ex multis ignibus constet uis eius, ὡς ἀπὸ πολλῶν ὁσιῶν τοῦ πυρὸς αὐτοῦ συνεστῶτος. Cleanthes, ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου, quòd ab alijs atque alijs locorum declinationibus faciat ortus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatum ἀπὸ τοῦ ἀνὰ πολεῖν, id est, quia intra circuitũ mundi, quem Græci πόλον appellant, impetu latus, ad ortus refertur. Alij cognominatum Apollinẽ putant, ὡς ἀπόλλυντα τὰ ζῶα. Vtitur testimonijs Euripidis & Archilochi. Adhibet etiã ad eius rei confirmationẽ, pestem ab Hom. Iliad. α. descriptã, de quo nemo præclarius quàm Heraclides Ponticus in Allegorijs. Subscribit his alicubi etiam Seruius. Colligit deinde Macrobius & alia nomina, dictum nimirum ὡς ἀπελαύνοντα καὶ ἀπόλλυντα. Hactenus quidem Macrob. etymologiam nominis Apollinei rimatus. Enumerat deinde plurima nomina & epitheta, quibus Apollinem nihil aliud quàm solem esse demonstrare satagit: sicut Heraclides quoq; τοῦ φοίβου τοῦ αὐτοῦ, ἑκαέργου, λυκηγενέτου, καὶ χρυσαύρου, sicut Plutarchus etiam τοῦ ὑπερίονος, sicut & Phurnutus et alij plures plurima alia: item quæ Braßicanus in quodã Apollinis hymno, quem luculento scholio illustrauit, prosequitur. quæ omnia quia doctorũ manibus teruntur, data opera prætermittimus. Possunt hoc modo Apollinis epitheta illa omnia exponi, quæ à Pindaro, Homero, Hesiodo, Orpheo, Callimacho, alijsq; tam Latinis quàm Græcis poetis, uel ab arcu et sagittis, uel à coma trahũtur. Requiret hic labor ingens uolumen, si quis diligenter exe

qui uolet: sicut olim Apollodorus, quem et Heraclides & ipse Macrobius citat, luculentam harum rerum demonstrationem posteris reliquit. Mittimus etiam illa quæ uel Plato ipse aliò torquet, uel Phurnutus, uel postremò nostris temporibus Gyraldus, et alij diligenter ad alias Apollinis uirtutes translata collegerunt.

Dianam autem & lunam eandem esse.) Quæ uaria uariarum sunt, uni ferè tribuuntur. Nam tres in 3. lib. memorantur. Quare his figuris fingitur,

Quando etenim Luna est, sublustri splendet amictu:
Cum succincta iacet calamos, Latonia uirgo est:
Cum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx. Hinc Verg.
Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.

Nam sunt qui ad triplicem naturam lunæ referunt, quando scilicet διχότομος est, ἀμφικύρτης & πανσελήνος. Hinc Ouidius etiam Nocturnam & Noctilucam, Metamor. 15. nominat.

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ,
Ritè crescentem, face Noctilucam.

Sicut Phurnutus νυχίαν καὶ νυκτιπόλον, qui multis rationibus, ut Apollinem solem, ita Dianam lunam esse demonstrare conatur. Cæterum Dianæ nomen Macrob. à Ianto ducit, quasi Ianam. alij à Διὸς, id est, Ioue, quasi Iouianam. alij quasi Deuianam, à deuiando: propter uenationis uagationes. alij, quasi Diuianam appellant.

Luna à lucendo.) Seruius uerò Æneid. 4. lunam dictam affirmat, quasi lucem alienam, eo quòd à sole lucem accipit: sicq; Græcis dici σεληνίη, quòd σέλας, id est, lucem habeat αἴθω, id est, supernè, hoc est, à sole. Sed alij dictam sic aiunt, quasi σέλας ἀεὶ νέον.

Eadem est Lucina.) Macrobius lib. 7. Sat. cap. 16. Hinc est, inquit, quòd Diana, quæ luna est, ἀρτεμὶς dicitur, quasi ἀορότεμις, hoc est, aerem secans. Lucina à parturientibus

turientibus inuocatur, quia proprium eius munus est, distendere rimas corporis, & meatibus uiam dare, quod ad celerando partui salutare est. Et hoc est, quod eleganter poeta Timotheus expressit: διὰ λαμπρὸν πόλον ἄστρων, διὰ τ' ὠκυτόκοιο σελάνας.

Ouidius 2. Fastor.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu dea lucis habes.
Parce precor grauidis facilis Lucina puellis,
Maturumq; utero molliter aufer onus. Et in 6.
An facient mensem luces, Lucinaq; ab illis
Dicar, & à nullo nomina mense traham?

Hinc Horat. in carmine seculari:

Ritè maturos aperire partus,
Lenis Ilithyia tuere matres,
Siue tu Lucina probas uocari, Seu genialis.

Apparet ex hoc Lyrici testimonio, quod Phurnutus multis docet, Lucinam eandem esse, quæ à Græcis Ilithyia colitur. Plura si cupis, pete ex Gyraldo.

Qua nocte natus Alexander.) Plutarchus in uita Alexandri, Guarino interprete, de hoc sic scribit: Natus est Alexander circa Idus Augusti. Ipso natali die templum Ephesiæ Dianæ concrematum est, sicut Egesias ille Magnesius uociferatus est, cuius adeò truculenta extitit inclamatio, ac frigida, ut ipsum extinguere debuerit incendium. Iurè enim Dianæ templum arsisse aiebat, quæ in Alexandri ortu obstetricando fuisset occupata. Vniuersi uerò magi ac sacerdotes Ephesij, alias per hoc incendium portendi calamitates præsagientes, percussa facie uociferantes discurrebant, ea die magnam Asiæ pestem simul ac perniciem exoriri. Solinus cap. 53. ex Nepotis autoritate scribit, Alexandrū ortum esse M. Fabio, T. Quintio Capitolino Coss. post Romam conditam anno 385. qui

tamen Coß. in nostris Chronologijs leguntur anno 401.

Venerem nostri.) Hanc Ciceronis autoritatem cæteri omnes, quotquot de Latino Veneris nomine scripserunt, sequuti sunt. Cincius apud Macrob. lib. 1. Sat. cap. 12. ait, imperitè quosdam opinari, Aprilem mensem antiquos à Venere dixisse, cum nullus dies festus, nullumq; sacrificium insigne Veneri per hunc mensem à maioribus institutum sit. Sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut cæterorum cœlestium, laus celebratur. Cincio etiam Varro consentit, affirmans nomen Veneris ne sub regibus quidem apud Romanos uel Latinum uel Græcum fuisse, & ideo nõ potuisse mensem Aprilem (qui Veneri sacer est, quemq; alij quasi Aphrilẽ, ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης dictum credunt) à Venere nominari. Contendit ibidem Varro, ab aperiendo potius, quasi Aperilem, dictum esse, cui subscribit Ouidius Fast. 4.

Videtis ne ut à physicis.) Lege super his Lactantium lib. 1. cap. 17. Diuin. Instit. Augustin. de Ciuit. Dei, lib. 4. cap. 30.

Commentitios & fictos deos.) Atqui Stoici, ut est apud Laertium, non pluribus, sed uni Deo ista nomina accommodant. δία μὲν γάρ φασι, δι' ὃν τὰ πάντα. ζῆνα δὲ καλοῦσι, παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστιν. ἢ διὰ τὴν ζῆν κεχώρηκεν. ἀθηνᾶν δὲ, κατὰ τὴν εἰς αἰθέρα διάτασιν τῆς ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ. ἥραν δὲ κατὰ τὴν εἰς ἀέρα. καὶ ἥφαιστον, κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ. καὶ ποσειδῶνα, κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρὸν. καὶ δήμητραν, κατὰ τὴν εἰς γῆν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας προσηγορίας ἐχόμενοι τινὸς οἰκειότητος ἀπέδοσαν. Eadem sunt etiam apud Aristotelem de Mundo.

Coniugia.) De his apud Lactantium diximus.

Bellis prælijs.) Impugnat ista Socrates quoq; in Euthyphrone, hoc maximè nomine, quòd cum natura τῆς ἀρετῆς pugnant. Benè Plato à Cic. Quintil. & alijs melioris iudicij hominibus audit, quod hoc genus fabulatoribus ciuitate sua interdixit, ne iuuentus istis uanitatibus inficeretur. Pellit autem Hesiodum & Homerum hoc nomine potissimùm, quod hic θεομαχίαν, ille γιγαντομαχίαν inuexit. Perstringit autem hæc duo potißimum his uerbis: οὐδέ γε ἦν δ' ἐγὼ τοπαράπαν, ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσί τε καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ μάχονται. οὐδὲ γὰρ ἀληθῆ. εἴ γε δεῖ ἡμῖν τοὺς μέλλοντας τὴν πόλιν φυλάξειν, αἴσχιστον νομίζειν, τὸ ῥᾳδίως ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι. πολλοῦ δ' εἰ γιγαντομαχίας τε μυθολογητέον αὐτοῖς, καὶ ποικιλτέον, καὶ ἄλλας ἐχθρὰς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς θεῶν τε καὶ ἡρώων πρὸς συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους αὐτῶν, & cætera quæ sequuntur, non indigna lectu, si breuitas, cui studemus, ea capere posset. Hesiodum imitati sunt Ouidius in 1. Metamor. & Claudianus, cuius tamen de Gigantomachia carmen inchoatum duntaxat legitur. Fit horum apud Pind. quandoq; mentio. Homerum Maro sequutus est, quem deinceps reliqui Heroici sequuti, deos partibus mortalium fauentes, introducere nihil erubuerunt. De gigantibus plura si quæris, consule Diod. lib. 4. cap. 5. Boccat. lib. 4. cap. 6. & nos apud Lactant. delibauimus quædam. Inuenti tamen sunt interpretes, qui hæc albo notarent calculo. Est multus in hoc Heraclides Ponticus, atq; post hunc Plutarchus in uita Homeri, Phurnutus in cap. de Fabulis antiquis. Audiamus ex his unum Macrobium de Gigãtibus, his uerbis pronunciantem: Gigantes autem quid aliud fuisse credendum est, quàm hominum quandam impiam gentem, deos negantem, et ideo existimatam deos pellere de cœlesti sede uoluisse? & cætera quæ sequuntur. Sed Plato his neq; sine mythologia, nec cum mythologia in scholis suis locum concedit ullum. Si nominis fortè rationem requiris, sunt qui compositum putant παρὰ τὴν γᾶς Dorico genitiuo, & uerbo γίγνεσθαι. Alij per diplasiasmum γι syllabæ cum eodẽ genitiuo componunt.

ponunt. nisi magis placent, quæ Raphael Regius apud Ouidium ex Orpheo tradit: Gigantes, inquit, dicti sunt παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς ἰέναι, hoc est, ex eo quod ex terra exierint, ut scribit Orpheus in 8. sacri sermonis,

οὓς καλέουσι γίγαντας, ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν,
οὕνεκα γῆς ἐγένοντο, καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Semper pura.) Lex etiam in 2. de Legibus est, quæ iubet, diuos castè adeundos esse. Sic etiam Hesiodus iubet fratrem dijs immortalibus sacra peragere ἁγνῶς καὶ καθαρῶς. Plura de frugalitate sacrorum in 3. lib. inferius, & nos apud Lact. lib. 5. cap. 21. de hac nonnihil diximus.

Superstitionem à religione.) Nonius Marcellus affirmat, Cic. hoc loco superstitionis & religionis distantiam manifestißimè discernere. Seruius Sulpitius, teste Macrobio, à relinquendo: & secundum Festum, religiosos esse, qui facienda et uitanda discernunt: lib. Sat. 3. cap. 3. Lactant. uerò lib. Diuin. instit. 4. cap. 28. hanc Ciceronis expositionem sugillans, à religando deduci rectius affirmat. Ibi quæ de hoc annotãda uisa fuere, annotauimus.

Separauerunt.) Separârunt, per syncopen, Nonius legit. Sibi sui.) Sui sibi, Lactant. Sunt dicti.) Dicti sunt, Nonius: ij dicti sunt. Lactant.

Ex relegendo.) Ex eligendo, Nonius. quanquam Marcelli lectio uidetur esse manca. Apud Lactant. sic legitur: Religendo, tanquam ex eligendo elegantes, & ex deligendo diligentes. Additur apud Nonium: Sed uerè superstitiosi proprietatem ex hoc habent, quod præ cultura deorum supersedeant cætera: id est, negligant. Itidem & religiosi, quasi religosi omnium cæterorum sacrificijs deseruiant. His enim in uerbis.) His enim omnibus. Lactant.

DE PROVIDENTIA.

Proximum.) Postquam φυσιολογίαν statuit, accingitur ad

gitur ad prouidentiæ confirmationem: idq; magis aduersus Academicos, qui in arte dicendi regnant, quàm Epicureos, qui eam negligentes, difficiles se dissertatores præbent. Anum fatidicam.) De hoc in Velleij dissertatione dictum est. Fit status finitiuus. in quæstione siquidem uertitur, non utrum rerum uniuersitas prouidentia regatur, sed quid sit prouidentia per quam omnia reguntur, sit'ne numen aliquod ἡ πρόνοια (id quod Epicurei in Stoicorum doctrina eludũt) an numinis æterni (quod uerum est) qualitas quædam, seu habitus: non accidentalis ille quidem, sed μάλιστα κύριος. Certè in insula Delo τῆς προνοίας templum fuisse legitur, quo quidem nomine Pallas cognominata fuit: cuius fanum in Delo fuisse, & Herodotus & Phurnutus memorant. Ab hoc προνοίᾳ ἀθηνᾶ, ab illo προνίη ἀθηναίη nominatur. Quid quod eadem uanitate Prometheus ab antiquis prouidentiæ numen creditus fuit? Hinc autem Epicureorum error natus est, quòd ab Est tertio ad Est secundum ualeat cõsequentia, siue quòd per antonomasiam τῆς προνοίας nomen diuinam prouidentiam exprimit. Quod quidem absurdum similitudine uel analogia Areopagi demonstrat. Cæterùm de Areopago hic dicendi locus non est. Annotauimus de hoc cùm ex Valerio, tum ex alijs, Offic. 1.

Tres in parteis.) Diuisio totius disputationis, cuius prima pars pugnat contra Protagoram, Diagoram, & alios qui deos prorsus sustulerunt. altera contra ipsum Epicurum & alios, qui deos confeßi quidem, sed dum prouidentia ipsos exuunt, diuinitatẽ prorsus è medio tollunt. tertia pars constat consensu philosophorum & mortalium omnium, qui sana mente reguntur, & sensu communi feruntur. De quibus dictum est nobis apud Lact. lib. de Ira Dei, cap. 9. & Diuin. instit. lib. 3. cap. 7. quibus locis quæ uisa fuere nobis digna, annotauimus.

Quarum prima.) *Si de uero Deo, eiusq; cognitione loquimur, iustus est ordo, ut Deum ex diuinis literis cognoscere discamus: sed τοῦ θεοῦ γνωστὸν brutis illis gentilibus, iuxta Pauli doctrinam, ex tertio loco (quam etiam Plutarchus primam ex Stoicorum sententia facit) innotuit, ut essent inexcusabiles.*

Animantibus principijs.) *Ponunt autem Stoici duo principia, Deum et materiam, Deum agendi causam esse, materiam patiendi. Plut. 1. Placit. cap. 3. Adscribemus hoc dogma ex Laertio: δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην. τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν θεόν. τοῦτον γὰρ ὄντα ἀίδιον διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα. Citat autores, Zenonem, Cleanthem, Chrysippum, Archedæmum, & Posidonium. Epiphanius simile Platonis tribuit, nempe diuinitatem illum tribuisse tribus principijs, Deum uidelicet, materiam & formam.*

Democritus simulacra.) *Per simulacra intelligit atomos, principia siquidem illa facit, σώματα nimirum τὰ νῷ θεωρητὰ, ἀμίτοχα λόγου, ἀγένητα, ἀίδια, ἄφθαρτα, & cætera, quæ soli Deo rectè tribuuntur. Arnobius de eo scribit, quòd ipse primus atomorum inuentor, naturam quæ imagines fundat, & in intelligentiam Deum asserat. Inter lucubrationes certè ipsius physicas memoratur περὶ εἰδώλων, ἢ περὶ προνοίας. Apud Seruium in 6. legimus, hunc πῦρ νοερὸν Deum dixisse. Apud Plutarchum uerò, νοῦν τὸν θεὸν ἐμπυρωσειδῆ, τὸν τοῦ λόσμου ψυχὴν fecisse. Cæterùm Epicurus quoq;, ut apud Laertium est uidere, imaginum mentionem facit in epistola ad Menœcium, his uerbis: ἄλλοις δέ φησι τοὺς θεοὺς λέγω θεωρητοὺς, οὓς μὲν κατ' ὁμοιότητα ἐφ' ὧν ὑφιστῶτας, οὓς δὲ κατὰ ὁμοειδίαν ἐπ' ὄγκους ἐπαλλήλου τῆς ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτελεσμένων φαντασίας. Quanquam de his in 1. quoque, nisi memoria me fallit, diximus. Consule ad hæc Plutarchum in Placit. libro primo, cap. 7.*

Nihil est autem.) *Argumentum ab effectu ad causam. Pugnant cum hac doctrina, quæ alibi fato & naturæ uel necessitati à Stoicis tribuuntur. Adde quòd alibi Stoici non multitudinem deorum, sed unitatem asserunt. id quod cùm aliunde, tum ex Zenonis placitis, quæ ab Aristotele memorantur, colligi potest. Sed quia de his apud Lactantium uberius diximus, hîc lectoris occupationibus parcemus.*

Animantes.) *Sic enim definitur Deus apud Laert. in Zenonis uita, nempe θεὸν εἶναι ζῷον ἀφθάρτον, λογικὸν, νοερὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ, ἀκακοῦ τινος & ἀνταπόδοτον. Hæc in quam definitio hîc quodāmodo excolitur, & explicatur.*

Quid sit ipsa natura.) *Ponit duas naturæ definitiones, ab eodem quidem τὸ δυνάμεως genere ductas, differentijs tamen contrarijs. Altera siquidem λογικὴν, altera uerò ἄλογον facit. Sed quid attinet naturæ rationem tribuere? Rationale, inquiunt, nihil producere potest quod ratione caret. Atqui natura cum instrumentum Dei sit, quo uniuersa fabricat & continet, ratio non in ipsa, sed in ipso architecto desideratur. Necdum hanc differentiam in Græcorum monumentis hactenus inueni. Missis igitur illis, reliqua inuestigabimus.*

Motus cientem.) *Videtur idem esse, quod in Aristotelica est ἀρχὴ κινήσεως. sed Aristot. addit, περὶ ὑφιστάμενα. ὅσα γὰρ, inquit Plutarchus, ἀρχὴν κινήσεως ἴσχει, ταῦτα δύναται καὶ πάσχειν περὶ τιθέντι.*

In corporibus necess.) *Atqui quæ necessariò fiunt, tam parum natura fiunt, quàm quæ fiunt arte: quæ non naturalia, sed artificialia dicuntur. Quanquam Plato φύσιν definit τεχνικὴν δύναμιν, sic & Stoici, ut suprà dictum est, genere artificialem. Sed Aristot. sua definitione exclu-*

ne excludit τὸ κατὰ συμβεβηκὸς. Quæ autem arte & necessitate fiunt, fiunt per accidens. Sic enim Plutarchus Aristotelis definitionem explicans, addit, πάντα γὰρ τὰ ὁρώμενα, ὅσα μήτε ὑπὸ τύχης, μήτε ὑπὸ ἀνάγκης, μήτε ἔστι θεῖα, μήτε τοιαύτην αἰτίαν ἔχει, φυσικὰ λέγεται, καὶ φύσιν ἰδίαν ἔχει. οἷον γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀὴρ, φυτὰ, ζῶα. ἔτι δὲ ταῦτα τὰ γινόμενα, ἔμβροι, χάλαζαι, κεραυνοὶ, πρηστῆρες, ἄνεμοι. ταῦτα γὰρ ἀρχὴν ἔχει τινὰ. οὐ γὰρ ἐξ αἰῶνος ἕκαστον τούτων ἐστὶν, ἀλλ' ἀπό τινος ἀρχῆς γίνεται. Tanquam uia progredientem.) Huius uiæ, huiusq; progreßionis meminit etiam Arist. uarias naturæ significationes enumerãs: ἔτι δὲ ἡ φύσις ἡ λεγομένη ἀπὸ γένεσις, ὁδὸς ἐστιν εἰς φύσιν. Cuius rei exemplum adducit γὰρ ἰατρικὴν εἶναι τὴν ἰάτρευσιν, οὐχ οὕτω δὲ ἡ φύσις ἔχει πρὸς τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὸ φυόμενον ἔκ τινος εἰς τί ἔρχεται ἢ φύεται εἰς τί οὖν φύεται; οὐχὶ εἰς τὸ ἐξ οὗ, ἀλλ' εἰς τὸ ὃ.

Quid cuiusq; causa efficiat.) Nam tritum illud est, & quasi prouerbium inter eruditos iactatum, Deum & naturam nihil frustra moliri. & in 2. Physic. tam naturam quàm artem causam finalem propositam habere, philosophus demonstrat. Hinc ipsa natura in quadam medicorum definitione αἰτία γενέσεώς τε καὶ διαπλάσεως dicitur. Per ordinem autem intelligo, quo primum semen in utero conceptum, quam γονὴν Græcè, Latinè genituram nominamus, in embryonem, mox in uitalem fœtum progreditur, tandem editur in lucem, inde alitur & uegetatur, tantisper dum senio confectus ætate absumitur: quod etiam natura fit. Homo siquidem natura mortalis est, unde ille sciebat, se genuisse mortalem. Quare Aristot. in sua definitione adiecit, καὶ ἠρεμίαν. Et hæc singula fiunt certis temporum interuallis, quæ περίοδοι καὶ χρόνοι ὡρισμένοι medicis dicuntur, sicut incrementorum auctiones μεγέθη ὡρισμένα ijsdem nuncupantur.

Seminis enim uim esse tantam.) Intelligo τοὺς σπερματικοὺς

σπερματικοὺς λόγους, qui in naturæ definitionibus apud Laertium & alibi occurrunt.

In concipientem.) Neq; enim terra spondam (utor enim libenter Aristotelico exemplo) concipere, & ob id nec producere potest. Hinc uaria monstrorum genera, quæ subinde Africa, iuxta prouerbium, proferebat. Nam ut uaria animantium genera inter se commiscebantur, ita, ludente natura, quæq; concipiebant, & quod conceptum erat, continebant, inq; lucem suo tempore proferebant. Qua ali, augeriq;.) Hæc duo medici φυσικὰς δυνάμεις uocant, nempe τὴν αὐξητικὴν καὶ θρεπτικὴν. sicut φυσικὰς ἐνεργείας, κίνησιν καὶ διάπλασιν.

Vt Epicur. qui ita diuidit.) Sunt talia quædam in epistola Epicuri ad Herodotũ. Magis perspicua sunt, quæ a Plutarcho in Placitis referuntur. Ex libro itaq; 1. cap. 3. hoc Epicuri dogma adscribemus: ἐπίκουρος νεοκλέους ἀθηναῖος, κατὰ δημόκριτον φιλοσοφήσας, ἔφη τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων, σώματα λόγῳ θεωρητὰ, ἀμέτοχα κενοῦ, ἀγέννητα, ἀΐδια, ἄφθαρτα, οὔτε θραυσθῆναι δυνάμενα, οὔτε διαπλασμὸν ἐκ τῶν μερῶν λαβεῖν, οὔτε ἀλλοιωσθῆναι. εἶναι δὲ αὐτὰ λόγῳ θεωρητά. ταῦτα μέν τοι κινεῖσθαι ἐν τῷ κενῷ, καὶ διὰ τοῦ κενοῦ. εἶναι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ κενὸν ἄπειρον, καὶ τὰ σώματα ἄπειρα. Per corpora intelligo atomos, ex quibus mundum constituit. Quanquam apud Laertium alia præterea corporum diuisio est. Inane uerò intermundijs, de quibus in lib. 1. dictum est, occupatur.

Sed nos.) Confutato Epicuri dogmate, communem sententiam substituit.

Eadem ratio.) A' partibus ad totum. A' medio in superum.) A' centro ad περιφέρειαν. Colligit enim, omnes motus species naturales esse, atque ita totam rerum uniuersitatem, cum quæq; pars pro sua indole mouetur, natura moueri. Neque attinet hîc motus species ex

Aristotelicis

Aristotelicis scriptis accersere. **Arte naturæ.**) Plane Stoicum est, naturam artificem dicere: & habent satis plurimum cognationis. Nam sicut ars imitatur naturam, ut Aristoteles ipse fatetur: ita Stoicus hic artem naturæ tribuit. Plut. ex Stoicorum, opinor, dogmate, τέχνην δὲ μίμησιν. Hinc apud Aristotelem de Mundo ἡ τέχνη μιμεῖται φύσιν μιμουμένη dicitur. Verùm quid ars et natura commune habeant, quid diuersum, docet Arist. lib. de Natur. Auscul. 2. cap. 8.

Et quum quatuor.) Elementa uocat corpora, & adeò σώματα ἁπλᾶ. Quanquam fuere, qui composita illa etiam dixere, ex quorum mutua generatione, quam εἰς ἀλλήλας μεταβολὴν, ἢ πρὸς ἀλλοίωσιν philosophus nominat, natura constituit. De quo diserte scribit lib. de Cœlo 3. capit. 6. & 7. de Generat. & interitu lib. 2. cap. 4.

Sequitur mundum natura administrari.) Verùm si eam diuisionem, quam suprà ex Plut. posuimus, sequemur, talis fiet collectio: Quæcunq; diuinitus fiunt, non fiunt natura. Hæc si natura fiunt, non fiunt diuinitus: & consequenter. Mundus si natura administratur, non administratur prouidentia. Hoc rursus eo soluemus modo, quo in Lactantio dudum, nempe naturam Dei instrumentum esse, & quasi causam mediam: sicut ipsam προνοιαν, rationem quandam & modum: neutram numen ipsum.

Scythiam aut Britanniam.) Barbarissimas regiones, per antonomasiam, & alienissimas ab omni studio literarum.

Noster Posidonius.) Noster non ad Ciceronis familiaritatem, quam cum Posidonio habuisse etiam in Epistolis legitur, pertinet: sed ad Balbi, quæ in porticu inter illos orta fuerat. Eiusdem siquidem familiæ atq; factionis fuere. Fuit autem hic Apamensis, Panætij auditor & successor, ut etiam ex primo Officior. patet. Tempore Marcelli Romam uenit, testante Suida. Citantur eius de Cosmographia siue sphæra, testimonia, à Plinio & Cleomede. Plurimos numerat Suidas. Sæpius citatur Posidonius à Lacrtio in uita Zenonis: nescio tamen an plures confundat.

Et Archimedem.) Meminit huius Lactantius lib. 2. cap. 5. Extat de Archimedis sphæra epigramma Claudiani, dignum quod huc scribatur:

Iuppiter in paruo cum cerneret æthera uitro,
Risit, & ad superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Iura poli, rerumq; fidem, legemq; uirorum,
Ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus uarijs famulatur spiritus astris,
Et uiuum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium, mentitur Signifer annum,
Et simulata nouo Cynthia mense redit.
Lamq; suum uoluens audax industria mundum,
Gaudet, & humana sidera mente regit.
Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
Æmula naturæ parua reperta manus.

Cæterùm Salmoneus, cuius hîc Claudianus meminit, ab Ænea Æneid. 6. apud inferos propter superbiam impiam cruciatus ferre cernitur: quod Volaterranus, de machinis scribens, ad bombardas refert. Sed de Archimedis industria & machinis, præter Liuium, Valerium, & alios, uidendus est Ioannes Tzetzes Chiliad. 2. Historiæ uariæ. Extat hodie inter ipsius scripta, quæ Thomæ Venatorij opera latinè quoq; leguntur, de Sphæra liber. Rursum de libris ipsius, atq; liberis, consule eiusdem historiæ Chil. 13.

Atqui ille apud Actium.) Crinitus de Latinis Poetis hoc repetit, in uita Actij.

Euertens

Euertens specus.) Verrens legit Crinitus, nec mea sententia malè. Hæc aũt omnia eò pertinent, ut lectorem hac amplificatione adobruat. Si ex humana solertia et industria ratio animaduertitur, multo magis ex opere diuino diuinitas colligitur, quæ non rectè naturæ, sed naturæ conditori adscribenda est.

Principiò enim terra.) Alia rursus uniuersi dispositio, paulo aliter quàm superior distributa. Neque enim hoc agit, ut disponat, aut ut κοσμογραφοῖ, sed ut mentes in admirationẽ istius operis, & exinde ad opificis amorem & cultum excitet.

Aer.) Hoc nomen Græcis & Latinis esse commune, Plinius etiam monet lib. 2. cap. 5. & 38. Cæterùm Græcæ uocis etymologiam uariè Plato in Cratylo explicat. Audiamus ipsum: ὁ δὲ δὴ ἀὴρ, ἆρά γε ὦ ἑρμόγενες, ὅτι αἴρει τὰ ἀπὸ τῆς γῆς, ἀὴρ κέκληται. ἢ ὅτι ἀεὶ ῥεῖ, ἢ ὅτι πνεῦμα ἐξ αὐτῆς ῥεόντος. οἱ γὰρ ποιηταί που τὰ πνεύματα ἀήτας καλουσιν. ἴσως οὖν λέγει, ὥσπερ ἂν εἰ εἴποι πνευματόῤῥουν, ἀητόῤῥουν, ὅθεν δὴ βούλεται αὐτὸν οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἐστιν ἀήρ. Sunt enim qui ab ἄω quoq;, quod spiro significat, deductũ uolunt. unde hîc animabilis & spirabilis natura dicitur.

Immensus æther.) Stoicorum hæc uniuersi dispositio est, ut ignis regio, quam communis sententia ætheri subijcit, omittatur. Eam ut à Laertio descripta est, subijciam: ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ, ὃν δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γεννᾶσθαι, εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων, μεθ' ἣν τὸν ἀέρα, εἶτα τὸ ὕδωρ. ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν μέσην ἁπάντων οὖσαν. Eadem descriptio seruatur in libro qui de Mundo inscriptus, Aristotelis nomine circumfertur, à Budæo translatus. Aristoteles namq;, ut alibi aliud agens sæpius attingit, ita in 1. Meteor. capitibus 1. 2. & 3. ex professo id docet. Ne quis autem putet, poetarum more æthera pro aere dici (est enim poetis

poetis ea libertas, ut Æneid. 4. uidere est:

— Prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant signum, fulsere ignes, & conscius æther
Connubij. & lib. Georg. 3.
— Fugit mugitibus æther)

Neq; Pythagoræ dogma ipsum sequutum fuisse, qui aerem ψυχρὸν αἰθέρα dixit, quod partim ex eo manifestum est quod addit, immensus: partim ex sequentibus, quibus negotium Stoicus copiosus plurimis amplificat. Hæc tanto curiosius annoto, ne quis putet Ciceronis hanc esse sententiam, qui ut in plerisq;, ita & in hac re Platonizauit. Quod in Somnio Scipionis obscurius quidem, in libro uerò quem de Vniuersitate inscripsit, clarius aliquanto expreßit. sic enim ibi scriptum ab eo legimus: Ita contigit, ut inter ignem et terrã, aquam Deus aeremq; poneret, eaq; inter se cõpararet, ac propòrtione coniungeret, ut quemadmodum ignis aeri, sic aer aquæ: quodq; aer aquæ, id aqua terræ proportione redderet. Qua ex cõiunctione cœlum ita actum est, ut sub aspectum & tactum cadat. Totum autem illum librum ex Timæo Platonis expressum esse, nemo eruditorum est qui nesciat. ubi hæc ita leguntur: οὕτω πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν, ἄνα τὸν αὐτὸν λόγον ἀπειργασάμενος, ὅτι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο δ' ὕδωρ πρὸς γῆν, ξυνέδησε καὶ συνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτὸν.

Qui constat ex altissimis ignibus.) Nec interim inanis est prorsus illa quæstio, cuius autorem ipse Aristoteles in Meteor. Anaxagoram citat, cuius uerba subiungam: ὁ γὰρ λεγόμενος αἰθὴρ, παλαιὰν εἴληφε τὴν προσηγορίαν, ἣν ἀναξαγόρας μὲν τὸ πυρὶ ταὐτὸν ἡγήσασθαί μοι δοκεῖ συμαίνειν. τάτε γὰρ ἄνω πληρῆ πυρὸς εἶναι, κἀκεῖνος τὴν ἐκεῖ δύναμιν αἰθέρα καλεῖν ἐνόμισε.

Noſtri cœlum.) Nõ Stoici, ſed Latini. Stoici namq; cœlum extremum globum nominant, τὸν ἐσχάτιον περιφέρειαν, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον. αἰθέρα δὲ, ἐν ᾧ πρῶτα ἄστρων ἁπλανῶν σφαῖρα γίνεται, ἅτα ἡ τῶν πλανομένων. Hæc enim differentia apud Laertium legitur. Ariſtot. de Cœlo lib. 1. cap. 9. cœlum trifariam dici ait: ſed nec ab Ariſtotele ſolo, uerùm ab alijs quibuſuis philoſophis: nec tres tantum cœli ſignificationes traduntur, quas quàm poſſum breuiter ſuccinctèq; lectori ob oculos ponam.

Cœli nomen

Cœli nomẽ uariè uſurpatur. nomẽ ſiquidem ἠέρα uoũ ſignificat

Ariſtoteli tribus modis. Nã hoc nomine ſignificatur aliquando

1 Extima ſtellifera ſphæra, quæ uniuerſum ambit τὸ ἔσχατον ἢ τὸ ἄνω. in quo quicquid diuinum eſt, uerſatur. hoc μάλιστα ait οὐρανὸν appellari, &, ut Macrob. lib. 2. cap. 3. & 4. de Som. Scip. teſtatur, proprio nomine Cœlum uocatur, Sacris quoq; literis Cœli cœlorum.

2 Quem æthera hîc Pacuuius dicit, continui ſcilicet illi Solis, Lunæ, cæterorumq; errantium globi ſeptem.

3 τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον. Macrob. lib. 1. cap. 20. de Som. lib. 1. Sat. capite 18. Mundum cœlum dici ſolere teſtatur. Sic Arat. utitur in Phænom. αὐτὸς γὰρ τά γε σύμπαντ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν ἄστρα διαμπίνας.

Platoni, & alijs pleriſq; ſignificatur

4 Aer. ſed Catachreſticῶs. Plato ſiquidem in Phædone, οὐκ ἀεροειδέας quidem καὶ βραδύτητος id fieri confitetur. Lucret. — In hoc cœlo qui dicitur aer. Plin. lib. 2. cap. 38. idem teſtatur. Macrob. item lib. 1. cap. 5. Somn. ſic illud Æneid. 4. exponit: Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes. Sic enim nos inferis ſuperiores eſſemus, ſicut ſuperi nobis. Sed poetis iſta liberrima ſunt, præſertim Lucretio, qui ætheris quoque nomen pro aere ſæpiſſimè uſurpat.

Sed priusquam de ætheris disputatione digrediamur, etymologiam huius uocis inspiciamus. Deducunt ab ἀεὶ καὶ θεῖν, quòd semper currat, quasi ἀειθὴρ, siue ἀειθεὴρ. Sic Plato in Cratylo, sic Aristot. de Mundo, de Cœlo lib. 1. cap. 3. item Meteor. lib. 1. cap. 3. De Pacuuio consule Crinitum & Gyraldum.

Innumerabiles flammæ.) Nam æther ipse non igneus modò Stoicis est, sed ignis, ut suprà ex Laertio dicimus: solem autem esse purum ignem, siue uerum, πῦρ εἰλικρινὲς. Sic enim apud Laertium Posidonij dogma legitur. Apud Plutar. ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης, lib. 2. Placit. cap. 20. uaria philosophorum dogmata inuenies. Cæterùm de reliquorum siderum substantia, consule cap. 13. eiusdem libri.

Multis partibus maior.) Plato in Epinomide: τὸν γὰρ ἥλιον, inquit, ὅλον τῆς γῆς ὅλης μείζω διανοηθῆναι δυνατὸν ὀρθῶς, καὶ πάντα τὰ φερόμενα ἄστρα θαυμαστόν τι μέγεθος ἔχει. Aristot. quoq; in Meteoris lib. 1. cap. 3. ex astrologicis quibusdam Theorematibus sibi compertum ait, terram stellis quibusdam esse minorem. Posidonius Stoicus apud Laert. maiorem terra solem facit. quo tamen loco tacetur, quanto maiorem esse censeat. Sed Posidonij rationem ad calculum uocat Cleomedes lib. 2. Consulendus est Ptolemæus lib. Mag. construct. 5. cap. 16. Macrob. lib. 1. de Som. Scip. cap. 16. & 20. Plin. lib. 2. cap. 11. Philosophorum dogmata colligit Plut. lib. 2. cap. 21. Placit.

Hîc ego non mirer.) Contra Leucippi, Democriti, aut Epicureorum atomos.

Vnius & 2. formæ.) Nihil attinet hic περὶ τῶν στοιχείων dicere, quod nomen literæ cum elementis commune habent, neq; quot numero sint uel Græcis uel Latinis literæ. Lactant. lib. de Falsa sapientia, cap. 17. aduersus hanc Epicuri de atomis uanitatem scribens, inter cætera sic habet: Quæ

bet: Quæ si sint corpuscula, & quidem solida, ut dicunt, sub oculos certè uenire possunt. Si eadem est natura omnium, quomodo res uarias efficiunt? Vario, inquiunt, ordine ac positione conueniunt: sicut literæ, quæ cum sint paucæ, uariè tamen collocatæ, innumerabilia uerba conficiunt. At literæ uarias formas habent, &c. **In terram excuss.**) Et fortassis uento disiectis, sicut de Sibyllinis folijs memoratur. **Non colore, non qual.**) Accidunt enim illis μέγεθος καὶ σχῆμα, quib. Democritus τὸ βάρος addidit. σχῆμα uerò τῆς ποιότητος forma est. **Cur porticum.**) ἀνάλυσις à minori ad maius. Nam si porticũ non possunt, multo minus totũ orbem. **Qui locus.**) Scilicet diuisionis nostræ. **Aristoteles.**) Ab autoritate. Nõ puto ea hodie Aristotelica extare, unde hæc sunt desumpta. Mecum sentiũt Aristotelicæ doctrinæ antistites. redolent τὰ ἐξωτερικὰ. Quia uerò in ornatus mentionẽ incidimus, paucula de hoc etiã annotabimus. Plin. lib. 2. cap. 4. consensu gentiũ se motum affirmat, ut quẽ κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerint, eum & ipse à perfecta absolutaq; elegantia mundum diceret. Cleomedes de hac quam διακόσμησιν nominat, elegantia dicturus, τοῦ κόσμου plures esse significationes innuit. Cæteras hic nos quoque prætermittimus. Affirmant Pythagoram primum rerum uniuersitatẽ, τὴν ὅλων περιοχὴν, κόσμον appellasse, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. Cic. ex Platonis Timæo non mundũ tantum, sed lucentẽ mundum nominat. Libellus ille præclarus qui Aristotelis nomine de Mundo inscribitur, nõ mundum ab ornatu, sed ornatum à mundo potius dici, affirmare uidetur. Sic enim in eo legitur: τό, τε καλὸν πᾶν ἐπώνυμόν ἐστι τούτου, καὶ τὸ τεταγμένον ἀπὸ τοῦ κόσμου λεγόμενον κεκοσμῆσθαι. et quæ deinde sequũtur. Pulchritudinem aũt hanc quatuor potissimum rebus, ut apud Plut. legitur, æstimãt. Cuius rei hunc succinctũ typum in lectoris conspectũ ponemus:

ὅτι καλὸς ὁ κόσμος, δῆλον ἐκ

τοῦ σχήματος, ex forma

1 *Quia σφαιροειδὴς, id est, globosus est, ut ex Platone Cicero noster alibi transtulit. Rationem assignat ex Antipatre & Posidonio Laertius, quòd hæc figura ad motum sit aptissima: uel ex Pythagora, quòd conditoris ea forma sit: uel, ut ipse Plutar. ait, ὅτι πάντων τῶν σχημάτων πρωτεύει.*

τοῦ χρώματος, ex colore

2 *Nam cæruleo colore, quem uel à cœlo, uel à cærula auicula quæ κυανὸς dicitur, denominatum legimus. κυανώσει, inquit Plut. κέχρωται ὁ πορφύρας μὲν ὅτι μελάντερον, στίλβουσαν δὲ ἔχει τὴν ποιότητα. Hæc quidem de aeris uel ætheris colore potissimũ dicta sunt. Nam uniuersitatis colores uarij sese pro rerum uarietate offerunt. Vnde Aristoteles de Mundo, artem naturæ æmulam in coloribus exprimendis esse testatur.*

τοῦ μεγέθους, ex amplitudine

3 *Quæ ex partibus facilè æstimatur Hanc Simon Grynæus in Comment. in Aristot. de Mundo, diligenter expendit. In hac plurimũ occupatur liber de Vniuersitate, & Som. Scip. Huc pertinet quicquid de motibus dicitur, & hæc omnia de superiori mundo potius, quàm inferiori dici arbitror.*

τὰ περὶ τὸν κόσμον τῶν ἀστέρων ποικιλίας, ex astrorũ uarietate

4 *Huc pertinet cœlũ stelliferum, & zodiacus, de quibus inferius in Phænomenis Arati: & planetarum Theorica, de quibus superius dictum est.*

In his potissima pars τοῦ γνώστου τοῦ θεοῦ consistit. Fictio hæc Aristotelica propè diuersa est ab illa, quam de Specu Plato πολιτικῶν ζ. posuit.

Aetnæorum.) De Ætnæ incendijs, præter Vergil. uidendus est Lucretius, Ouidius, Claudianus, Seneca, Strabo, Plinius, Solinus, & cum his alij.

Quis enim hunc hominem.) Amplificatio à partium uniuersi enumeratione: & superius de planetis satis superq; nobis dictum est. Nunc locus requirere uidetur, ut Arati Phænomena largiori scholio explicaremus: & faceremus sanè, nisi Theonis & Germanici Cæsaris commentaria totum Aratæum opus explicantia, in manibus haberemus. Propter rudiores tamen, quorum potissimum gratia hos labores suscepimus, non prorsus asymboli discedemus. Græca latius passim appositurì, & si quid uel uocum uel fabularum est, rationem nominum & autorum locos annotaturi.

At uerò quanta maris est pulchritudo.) Hinc opinor etiã Homerus mare diuinũ dicit, ἅλα δῖαν. Od. ε.

Ex nota figurarum similitudine nomina inuenerint.) Nec tamen eadem, ne Græci quidem ipsi, cum alij ἄρκτους, alij ἅμαξαν idem sidus appellarint, quod Latini septentriones: de quo suo loco. Quid mirum sit, si Chaldæi & Ægyptij, qui siderum cursus primi obseruasse dicuntur, alijs nominibus eadem sidera nuncupent? Vergil. 1. Georg. sidera sub Iouis imperio nominata primùm fuisse ait, Nauita tum stellis numeros & nomina fecit. Fertur in Helueticis montanis pastorem fuisse, qui cum noctu excubias ageret, furcinula quadam, ut certius specularetur, nixus, humiq; prostratus orientium & occidentium ratas uices obseruaret, suisq; illa nominibus licet illiteratus homo, nominaret.

Quæ à te admodum.) Hieronymus in epistolam

ad Titum: φαινόμενα, inquit, Arati non modò Cic. in Latinum sermonem transtulit, sed & Germanicus Cæsar, & nuper Auienus, & multi quos enumerare perlongũ est. Quanquam Firmicus eam translationem Iulio Cæsari adscribit. Verùm Lactantius non modò Germanici, sed etiam Ouidij translationẽ citat. Sunt qui credant eum Auienum transtulisse, qui à Macrobio introducitur. Transtulit pluscula hinc inde ex Aratæo carmine etiam Vergilius. Perijt non sine magna studiorum iactura, magna ex Arato Ciceroniano pars: et perijsset sanè maior, nisi Balbi opera hæc nobis, mutila tamen & ipsa, & manca, utcunq; incolumia seruasset, & nisi in opere de Diuinatione uersus pauculi salui ab iniuria temporis nobis permansissent. Neq; uerò hoc ignorandum est, quod Balbi consilium hoc loco non fuit, totum Aratæum recensere carmen: sed illos duntaxat uersus, in quibus signorum cœlestium fit mentio. Et essem certè in his conferendis curiosior, nisi hanc operam Perionius prior sibi sumpsisset, qui sua laude fraudandus non est.

Cætera labuntur.) οἱ μὲν ὁμῶς πολέες καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες,
οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα σύνεχες αἰεί.

Cætera, scilicet ἀπλανῆ. Nam uaga sidera Germanicus exprimit. Constantiam.) Constantiæ nomen uidetur exprimere, quòd Theon ait τὰς ἀπλανεῖς minimè uacillantes, firmos enim suos ambitus conficere. Constantia uerò apparet non modò in ijs quæ ὁμοιοταχῶς, sed etiam ἰσιταχῶς feruntur.

Extremusq;.) — περὶ δ' οὐρανὸς αὐτὸν ἀγινεῖ,
καί μιν πειραίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν.

Expedita est apud Cic. explicatio, cum apud Aratum amphibologia, quæ ex αὐτὸν nascitur, lectorem suspensum teneat, quod Theon quoq; monuit. Equidem αὐτὸν legendum censeo. sic enim à mathematicis legi, Theon monet. sic eruditos interpretes legisse uideo. τοὺς τοῦ κόσμου πόλους, πείρατα τοῦ ἄξωνος Proclus definit, quorum hic βόρειος, ille νότιος dicitur. De quibus cœli uerticibus nemo elegantius, quàm Aristot. de Mundo.

Hunc circum arcti duo.) δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι ἄρκτοι ἅμα τροχόωσι. In ἄρκτοι utitur diphthongo breui pro libertate Græcorum, adeóque ipsius Arati exemplum in hoc sequitur. Græcis namq; liberum est, nominatiuũ pluralem flexionis tertiæ corripere, licet diphthongi prærogatiua productũ: nec id in uersu modò libertas poetarum excusat, sed etiam in pedestri oratione tonus admittit: nec in masculino tantum, sed & in fœminino: ut hoc loco in ἔχουσαι, tonus enim indicat trochæum esse. Cæterùm Callistûs & Arcadis fabula, quomodo à Iunone in ursas conuersi, & inter sidera relati sint, scribitur ab Ouid. 2. Metamorph. Germanicus & Theon huius fabulæ autorem faciunt Hesiodum, Germanicus etiam Amphin Comicum citat, Higynum fortè sequutus, qui de signis cœlestibus fabulam uariè narrat. Palæphatus aliter censet, fabulam ad historiam transferens. Callisto uenatrix cum esset, interuenandum ab ursa uoratam fuisse: quam cum comites è spelunca egredi rursus non uiderent, euulgarunt, eam ursam esse factam. Aratus uerò noster ait, has ursas duas fuisse nymphas, à quibus Iupiter in Creta fuerit enutritus: eisq; hoc beneficium Iouis gratitudine concessum esse, ut inter astra lucerent, quæ ueluti fabulosa, & nihil ad mundi miraculum pertinentia, Balbus hîc silentio præterijt. Sed de his Higynus & Germanicus potißimum consulendi sunt. Addendum fortaßis erat hoc quoq;, quod unius inuentio Nauplio, alterius Thaleti Milesio tribuitur.

Ex his altera.) οἱ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι, τὴν δ' ἑτέρην ἑλίκην.

κυνόσουραν, quasi κυνὸς οὐρὰν, id est, canis caudam. διὰ τὸν τῆς οὐρᾶς ὁμοιότητα. Flectitur etiam, ἡ κυνοσοῦρις, τῆς ἴδος.

Helice.) Maiorem uidelicet ursam, ἑλίκην Theon uocari ait, παρὰ τὰς ἑλικὰς καὶ συστροφὰς αὐτῆς, propter uolumina uidelicet ac uortices, quas facit maiores quàm Cynosura, cum hæc circum polum tantũ, illa circum totum septentrionalem circulum suum periodum faciat. Sunt qui Helicopas Homero ab hac dici credunt, ὡς τείνοντες εἰς ἑλικὴν τὰς ὦπας. Totis noctibus.) Vnde Vergil.

Arctos oceani metuentes æquore tingi,

Et Ouid. de incendio Phaetontis:

Tum primum radijs gelidi caluere Triones,
Et uetito frustrà tentarunt æquore tingi.

Hinc Iuno ad Oceanum & Thetin:

Gurgite cæruleo septem prohibete Triones,
Sideraq; in cœlum stupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in æquore pellex.

Homerus in Clypeo Achillis, Iliad. 6.

οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Quas nostri.) Hoc in Arato non est, sed Cicero de suo interpretandi officio adiecit. Gellius lib. 2. cap. 21. Lælij Marciq; Varronis sententiæ subscribit, qui Triones rustico uocabulo boues appellatos scribunt, quasi quosdam Teriones, hoc est, arandæ colendæq; terræ idoneos. Itaq; hoc sidus quod à figura posituraq; ipsa, quia simile plaustri uidetur, antiqui Græcorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoq; ueteres à bobus iunctis Septentriones appellarunt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti Triones figurantur. Deinde dubitare se dicit cũ Varrone, an propterea magis hæ stellæ septẽ appellatæ sint Triones, quia ita sunt sitæ, ut ternæ stellæ proximæ quæq; inter se faciant trigona, id est, triquetras figuras, &c. Per antiquos Græcorum non Aratum modò intelligit, apud quẽ legitur, ut suprà

suprà uidimus, — δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι, τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαν·

sed ipsum etiam Homerum, apud quem loco iam suprà citato hic uersus legitur, item Od. ε. in nauigatione Vlyßis,

ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.

Theon, ursæ nomen fabulæ esse dicit: τῆς δὲ ἁμάξας, similitudinis. Atq; hic etiam ἁματροχόωσι exponit: quatuor siquidem stellas αὐτὶ τροχῶν, pro rotis accipi. Septentrionis non dißimile illud est, quo senex apud Euripid. in Iphigenia ἑπτάπορον nominat.

Hac fidunt.) Aut κατ' ἀναντάποδοτον hæc à Balbo recitantur, aut textus est mutilus. Nam uero simile non est, Ciceronem unum membrum sine altero posuisse, & quidem posterius sine priore. Aratæa enim hæc sunt,

— ἑλική γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοὶ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.
τῇ δ' ἄρα φοινίκες πίσυνοι πρόωσι θάλασσαν.
ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσασθαι ἑτοίμη,
πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτὸς.
ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀταρ ναύτῃσιν ἀρείων.
μειοτέρη γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι,
τῇ καὶ σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

Sed ad absoluendam hanc sententiam, Ciceroni postremus hic uersus hîc etiam deest: quem, si uoles, ex Germanico reponito:

Sidoniamq; ratem nunquam spectata fefellit.

Ouidius plusculos hos uersus alicubi succinctius reddidit:

Magna minorq; feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraq; sicca, rates.

Has inter.) τὰς δὲ δὶ ἀμφοτέρας, οἵη ποταμοῖο ἀπορρὼξ εἰλεῖται, μέγα θαῦμα, δράκων περί τ' ἀμφί τ' ἐαγὼς μυρίος. αἳ δ' ἄρα οἱ σπείρης ἑκάτερθε φύονται.

Expreßit hos uersus Vergilius hoc modo:

Maximus

Maximus hîc flexu sinuoso elabitur anguis,
Circum perq; duas in morem fluminis Arctos.

Quanquam Seruius monet, Hesiodi μίμησιν esse, apud quem est, — ποταμῷ ῥέοντι ἐοικὼς.

Licet Theon etiam monet, Aratum in hoc Hesiodi æmulum quibusdã uideri. Expreßit etiam Seneca in Thyeste:

Et qui medias diuidit ursas,
Fluminis instar lubricus anguis.

Exponunt fabulam de dracone peruigili, qui aurea μῆλα custodiebat. Sed ob morum asperitatem, custodem Ladonem appellauerunt, ut ex Apollonio colligitur.

Supraq;.) Priscian. lib. 15. cap. 1. hoc exemplo docet, supera, infera, extera, syncopata legi posse. hîc enim esse supra, pro supera. Cæterùm ueritatem rei si quæris, pete ex Palæphato. Higyn. præterea hunc draconem sibi à gigantibus obiectum, ad sidera iecisse ait.

Huic non.) Persistit in draconis descriptione diutius. Aratæa hæc sunt: — οὐδ' οἷος κεφαλῇ ἐπιλάμπετ' ἀστήρ,
ἀλλὰ δύο κροτάφοις, δύο δ' ὄμμασιν, εἷς δ' ὑπένερθεν
ἰσχατιὴν ἐπέχει γένυος δεινοῖο πελώρου,
λόξον δ' ἐστι κάρη. νεύοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν,
ἄκρην εἰς ἑλίκης οὐρήν.

Describuntur hic quinq; stellæ, quas in capite habet φαίδρας, ut Theon uocat, id est, illustres. Reliquas decẽ, quas reliquo toto corpore paßim claras habere Higynus ait, obticet: ut cui propositum non est artem hîc tradere.

κείνη πε κεφαλὴ τῇ νήχεται, ἧχί περ ἄκραι
μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολίαι ἀλλήλῃσι.

Theon Cratem citat, hanc utriusq; mixtionem sub Orizonte fieri, idq; Homerum significasse:

ἐγγὺς γὰρ νυκτὸς καὶ ἤματα εἰσι κέλευθοι.

Ibiq; diem esse horarum XX. noctem IIII.

Attingens defessa.) τὰ δ' αὐτοῦ μογέοντι κιλίνδεται ἀνδρὶ

ἀνδρὶ ἐοικὸς εἴδωλον. ἐν γόνασιν.) — ἀλλά μιν αἴ τως
ἐν γόνασιν καλέουσι, τὸ δ' αὖτ' ἐν γούνασι κάμνον
ὀκλάζοντι ἔοικεν.

ἐν γόνασιν, disiunctim legendum est. est enim præpositio cum datiuo. Desideratur per ellipsin articulus ὁ, ὁ ἐν γόνασιν, τοῦ ἐν γόνασιν. sic enim apud Ptolemæum legitur, sicut Latini à pedibus nuncium dicunt, &c. sicut ἐν καλῷ, honestum, & si qua sunt huius generis alia, in quibus non modò pro nominatiuis talia usurpantur, sed etiam pro aduerbijs. Quod eo prolixius moneo, quia uideo quosdam, nec eos ineruditos, engonasis nominandi casu proferre. Adducam aliquot argumenta Græcæ linguæ tyronibus minimè ignota. Primùm si hæc una & eadem composita uox esset, scribendum esset ἐγγόνασιν per γ. Deinde nulla talis possessiuorum forma Græcis est. Nec iuuat eos, quòd hæc Ciceronis constructio accusatiuum legitimè requirit, dum sic legitur: quam quidem Græci Engonasin uocitant. ν siquidẽ positionis causa in fine adijcitur, quod alioqui apud poetas poetica prærogatiua fieri solet, cum alioquin datiuis huiusmodi pluralibus ν addi soleat, si sequens à uocali incipiat. Si ν sustuleris, relinques syllabam & ancipitem, & hiantem. Quanquam in emendatioribus Arati editionibus, ἐν γόνασι καλέουσι legitur. Hæc curiosius fortè, quàm pro eruditorum auribus. Obseruandum obiter est hîc etiam exemplum elegans uel etymologiæ, uel (si mauis) coniugatorum. Aratus nuspiam insigni nomine hoc sidus appellat, utputa ignotum inter sidera simulacrum, ἀπουθὲς εἴδωλον. sic enim alibi de eo testatur:

ὅν τινα τοῦτον ἄϊστον ὑπουρανίων εἰδώλων.

& ob id uarijs hoc periphrasibus & notis nominat. Sic hoc loco duobus aduerbijs, ἀεὶ γνὺξ, ut quod semper alterum genu inflexum habet. & paulò antè, γνὺξ ἥμενος, id est, geniculatim sedens. et ob id alibi κεκμηκὸς εἴδωλον,

hoc est,

hoc est, fatigatum ex labore simulacrum. & alibi, ἐπὶ σκέλεσι πέτηλον: quasi dicat, cruribus uolatile. Hyginus tamen ex uarijs autorib. uaria illi nomina assignat. ex Eratosthenis sententia Herculem facit, ex Hegesinactis & Anacreontis Thesea, ex aliorum Orphea. Cic. Nisum ἀπευθὲς εἴδωλον ex Arato transtulit, quē sequutus est Martianus. Herculis sanè nomen obtinuit, cuius apotheosis est apud Ouid. lib. 9. Metamorph.

Hic illa.) Illa, Emphaticon licet uideri potest, discretionis tamen causa ab Arato additur ἐκεῖνος, ne τὴν νότιον intelligas. Sic enim apud Aratum legitur, αὐτοῦ κακεῖνος στέφανος. Quod eximiam fulgore Cic. dixit, expressum est in relationis parte, nimirum τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε σῆμ' ἔμεναι διόνυσος ἀποιχομένης ἀριάδνης.

Quæ Balbus, ne diuini operis templa fabulosis istis nugis contaminaret, silentio transilire, quàm importuna commemoratione continuare maluit. Cnosia & Cretensis poetis dicitur. Vergil. Georg. 1.

Cnosiaq; ardentis decedat stella coronæ.

De fabula, præter Hyginum & Germanicum, consule Ouid. lib. 8. Metamor.

Atq; hæc.) Scilicet corona. Non enim hoc, legendū est. Indulget rursus libertati Cicero. Aratæa sunt:

νώτῳ μὲν στέφανος πελάει, κεφαλῇ γέ μὲν ἄκρῃ
σκέπτεο παρ' κεφαλὴν ὀφιοῦχον.

ὀφιοῦχον serpentarium alij nominant, quem Æsculapium nonnulli esse dicunt, cui serpens sacer est, quiq; serpentina forma colitur. Alij ad Herculem referunt, alij ad nescio quem Carnuputam regem Getarum. Alij rursus Prometheum esse dicunt, alij Tantalū, alij Theseum, alij Ixionem. De quib. uarietatibus, præter Hyginū, uide Theonē.

Quem claro.) Cicero noster, ut suis inseruiret hominibus, alterum uersiculum pro more adiecit.

Hic

Hic pressu duplici.) Vtitur hoc quoq; loco pro libertate sua Cicero. Aratea sunt:

ἀμφότεραι δ' ὄφιος πεπονείαται, ὃς ῥάτε μέσον
δινεύει ὀφιοῦχον. ὃ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρὼς
ποσὶν ἐπιθλίβει μέγα θηρίον ἀμφοτέροισι
σκορπίον, ὀφθαλμῷ τε, καὶ ἐν θύρηκι βεβηκὼς
ὀρθὸς, ἀτὰρ οἱ ὄφις γε δύο στρέφεται μετὰ χερσίν.

Nepai.) διαιρέσει, genitiuus antiquus. Nepa lingua Africana Scorpius est, testante Festo. Columella lib. 11. cap. 2. Calend. April. Nepa occidit mane, tempestatem significat. Item: Pridie Non. Maius Nepa medius occidit. Lege ad hæc quæ annotauit Erasmus in Prouerb. Imitabor Nepam. μέγα θηρίον Aratus uocat eo, quòd duo occupat δωδεκατημόρια. Theon annotat, Ophiuchum sinistro pede Scorpij oculos premere, dextro pectus. Cæterùm Eudoxi & Hipparchi sententia est, non utroq; pede, sed altero tantum, Scorpio insistere. Scorpium, eum fabulæ ferunt, qui Orionem læserat.

Septentriones autem sequitur.) Lucilius magis ad Aratum, quàm Ciceronem respexit:

ἐξόπιθεν δ' ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς
ἀρκτοφύλαξ. τὸν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι βοώτην,
οὕνεκ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται ἄρκτου.

Huic enim.) Perionius hunc uersum suppleuit hoc modo: Huic autem subter præcordia fixa uidetur. Subter præcordia dixit, quod apud Aratum est,

— ὑπὸ ζώνῃ δέ οἱ αὐτὸς
ἐξ ἄλλων ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστὴρ.

Sensum horum uerborum Theon sic exponit: σφόδρα γὰρ ἔχει τοὺς πάντας λαμπροτάτους, ἕνα δὲ ἔχει ἐν μέσῃ ζώνῃ, ὅς τις διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λαμπρότητος ἰδίως καὶ αὐτὸς λέγεται ἀρκτοῦρος ὁμοίως τῷ παντὶ ἀρκτούρῳ, λαμπηδόνα γὰρ ἔχει οὐ τὴν τυχοῦσαν.

Cui

Cui ſubiecta fertur.) Hunc uerſum ego ſic emendarem: Cui pedibus binis fertur ſubiecta bubulco,

Virgo, &c. Græca adponam:

ἄμφοτέροισι δ' ποσὶν ὑποσκίμφαιο βοώτεω
παρθένου, ἥ ῥ' ἐν χροὶ φέρει φάχω αἰγλήεντα.

Spicum.) Spicus antiquè, pro ſpica, teſte Feſto. Aratus ipſe Aſtræi filiam eam dicit, hoc eſt, Iuſticiam, quæ apud Heſiodum corruptos mores fugiens, ad ſuperos conceſſerat, & redituram ad mortales Auguſti imperio Virgilius ominatur.

Et natos geminos.) Aratæa ſunt,

ὑμᾶτι δ' οἱ δίδυμοι, μίαση δ' ὑπὸ μαρκίνος ὄφι·
ποσὶ δ' ὑπ' ἀμφοτέροισι λέων ὑπὸ μαλὰ φαείνει.

Theon exponit Arcti uaſtitatem tantam eſſe, ut tribus ſignis per diametros reſpondeat, caput geminis, mediũ cancro, pedes poſteriores leoni. Geminos Caſtorem & Pollucem alij dicunt, alij alios. Sed cur fabulis immoramur, cum iſtas ipſum Ciceronem uitaſſe uideamus, & multo magis Balbum in Ciceronianis recitandis? Qui uolet, petat hæc ex Higyno, & Germanico.

Tremulam quatiens.) Hæc Cicero de ſuis adiecta intelligens (opinor) illam primariæ magnitudinis ſtellam, quæ βασιλισκον, id eſt, regulus Græcis uocatur, quam Chaldæi, Theone teſte, cœleſtibus imperitare arbitrantur. Sed Lucilius rurſus tranſilit ea quæ ad tempeſtatis præſagia pertinent, ut qui non hoc agat, nec aliud quam, niſi ut ex opificio edoceat opificem. Quare ſubiungit:

Sub læuâ geminorum.) Aratæa ſunt:

αὐτὸρ μὲν μιν ἅπαντα μίγαν διδύμων ὑπὸ ταῖα
λιχλιμένων δύεται, ἑλίκης δ' οἱ ἄκρα λαφύσσει
αὐτία δινεύσα.

Obductus.) Auriga intelligendus eſt, quem ὀνίοχον Græci uocãt. Nam hic caput ſuum urſæ capiti oppoſitum tenet, ad læuam ſcilicet geminorũ ſitus. Fabulam pro more tranſit, quam ex Theone petere licet.

At capra læuum.) Aratus:

—σημαίνω δ' ἐπιλήναται ὤμῳ αὐξ ἱερή.

Verùm hæc eſt.) Aratæa ſunt:

ἀλλ' ἡ μὲν πολλή τι νοεὶ ἀγλαΐῃ. hoc eſt, primaria magnitudine ſtella. **Contrà hœdi.)** Aratus:—οἱ δ' οἱ αὖτε λιτοὶ φαείνονται ὄρφνοι λαμπὰς κατὰ χειρός.

λιτοὶ, ſiue quæ exigua dicit, ſecundæ magnitudinis eſſe aiunt. **Cuius ſub pedibus.)** Aratæa ſunt:

τῶν δὲ ποσὶ δ' ὑνιόχου μεγάλου πίπτοντα πάρεστι μαίεσθαι.

Eius caput.) Verba quidem hæc Lucilij continuanda ſunt. Verſus tamen ſequentes cum hiſce uerbis ita implicati ſunt, ut non temerè ſeparaueris. Inſpiciamus ipſum Aratum:

τοὺς δὲ λέοντος ὄνομ' ἔρυται, οὐδέ τοι οὗτος
νόημοσι ὕαδος, τοὶ μὲν ῥ' ἐπὶ πάντι μετώπῳ
πάρος βεβλήαται.

A' pluendo, ὕειν enim.) Ciceroni ſubſcribit etiam Ouid. Nauita quos Hyadas Graius ab imbre uocat. Eadem ſententia Plinius etiam eſt lib. 18. cap. 26. Item Tyro Ciceronis libertus, & ſtudiorum ipſius adiutor. Cuius ſententiam impugnat Gellius lib. 13. cap. 9. aſſerens eas, ſicut à Græcis ὕαδες dicuntur, ſic Latinis primùm Suadas, deinde ſuculas dici. Sunt rurſus qui ſucculas dictas credant, quaſi ſucco, id eſt, humiditate & pluuijs plenas. Sunt item qui ὕαδας à neſcio quo Hyante dictas credant. Hactenus de communi illarum nomine. Singularũ Theon & Ioan. Tzetzes ex Heſiodo recenſent,

φασὶν ἡμᾶς, ὅτι Ἡσιόνης, ἐϋστεφάνου τε Πλείας,
φασὶ δ' ὑμοῤῥῆσαι, νοεὶ οὐδώρῃ πανύπερτα,
νύμφαι, ἃς ὕαδας καλέσσι φύλ' ἀνθρώπων.

Hyginus uerò in quibuſdam nominibus uariat. ponit enim

Phaosylam, Ambrosiam, Coronidem, Eudoram, Polyxo. Variat item Boccatius lib. 4. cap. 33. Variat etiam Homeri cõmentator Iliad. 6. qui Pherecydis autoritate nititur, φαισύλῳ ipse αἰσύλῳ nominat. Habet Ambrosiam & Dionen, λιτάων omittit.

Cepheus passis palmis.) Germanicus, Ipse breuem patulis manibus stat post Cynosurã. Aratus:

αὐτὸς μὲν λατάϊσθεν ὑὸν λιωσσόμιδ' ἀρήιον
ἀμφιὺς, ἀμφοτέρας χεῖρας τανύοντι ἰσικὼς.

Hunc antecedit.) Aratus:

τοῦ ἄρα δαιμονίη προπιλιύδιτη, οὐ μάλα πολλὸ
νυκλὶ φαινομένη παμμιλιίδι, λιασιίπειαι,
οὐ γάρ μιν πολλοὶ κατ' ἐπημοιβοὶ γανόωσιν
ἀστέρις. **Hunc autem.)** Aratus,

αὐτοῦ γὰ λιᾶπᾶνο λιιλιύδιται αὐὸν ἄγαλμα
ἀνδρομέδης, τὸ μὲν λιιπασμένον.

Quomodo Cepheus, Cassiopea, Andromede, Perseus inter sidera relati sint, fabulatur Ouid. lib. 14. Metam.

Hinc equus.) Pegasus nimirum, Hipparchus simpliciter ἵππον nominat, Ptolemæus & Proclus πρότομὸν ἵππου. unde Arato μιαύθεν ὑμιτελὴς. Sed Aratæa quæ hic redduntur, minus quàm Latina obscura sunt, licet paruiora:

ἀλλ' ἄρα οἱ κατὰ λιρατὶ πίλως ἐπιλύλαται ἵππος,
γαστέρι νειάρῃ. ξυνὸς δ' ὑπολάμπιτη ἀστὴρ,
τοῦ μὲν ἐπ' ὀμφαλίῳ, τὸ δὲ ἰσχατόωντι λαφλώῳ,

Iubam quatiens.) Habet enim, teste Hygino, praeter cæteras in ceruicibus quatuor obscuras (quartæ, ut uolunt, magnitudinis) inter quas tamen maximè lucet quæ capiti proxima apparet. Hæc, opinor, est quam Cicero hîc notat, tertiæ, ut aiunt, magnitudinis. Hoc enim epitheton Cicero de suo adiecit. Dissimulat rursus Ballus fabulam, cuius tamen Hyginus Aratum autorem facit, sed nescio

sed nescio quàm meritò. Scribitur quidem ab eo præter morem diligentius, sed ego ad Hesiodum autorem referendam omnino censeo. Nam ab eodem historiam eum accepisse, ipse etiam Theon confitetur.

Exin contortis.) Vide quàm liber sit Cic. in transferendo, ut qui ludit epitheto quod accersit, celeritatem interim tacens. Aratus:

αὐτοῦ κὲ λιγιὸν θεώτατα αἰσὶ λίλασθαι.

Celeritatis causam Theon ponit, uicinitatem æquinoctialis. Phryxi hunc arietem fuisse, Hyginus & Germanicus Hesiodi & Pherecydis, Theon Eratosthenis autoritate ducti credunt. Quæ iam sequentur, etiam in ipso Ciceronis fragmento Aratæo extant.

Quem propter pisces.) Ne fiat anantapodoton, repete hæc ex Cicerone paulo altius,

— Et flamen ad Austri
Inclinatior, atq; etiam uehementius illi Pisces, &c.

Aratæa namq; sic habent:

— ἔτι δ' ἐν προβόλῃσι νότοιο
ἠρύσθη, ἀλλ' αἰεὶ ὕτερ & προφερίστερ & ἄλλης,
κὲ μᾶλλον βορέαο νέον λατιόντ' ἀνέμοιο.

Theon ait ἐκγόνους quibusdam, id est, progeniem Ceti uideri, qui Dercen Veneris filiam, cum in mare cecidisset, eripuerunt, in quorum honorem Syri postea ab esu piscium abstinuerunt. Variant nonnihil Germanicus & Hyginus.

Ad pedes Andromedes.) Breuitatis, opinor, studio Lucilius plusculos Ciceronis uersiculos in compendium cogit.

Quem summa.) Alij quam legunt. illa mihi lectio uidetur emunctior, qua sic legitur, Quà summa, etc. Græca namq; sic habent:

αὐτὰρ ὁ γ' ἐν βορέῳ φέρεται πρυμνότατ & ἄλλων.

At propter.) Aratus: ἄγχι δὲ οἱ σημεῖα τίταινεν ἑῷα
ἤλιβα πᾶσαι
πληιάδων φορέονται. & inde,
— ηχὶ δ' αὐταὶ ἐπισπέρχεσθαι ἀφαυρότεραι.

Paruas dicit, quia quintæ sunt magnitudinis. Non in alijs sidere maior est nomenclationis diuersitas, quàm in Pleiadum. Theon dictas putat ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἐν πορείᾳ, καὶ συμπληροῦν τὸν ἐνιαυτὸν, eo quòd circuitum anni, siue rotatum completionemq; conficiant: atque ob id etiam annum λατ' ἐξοχὴν, πλατῶνα dictum esse affirmat. Alij dictas arbitrantur, ὅτι πλείστοι ὁμοῦ λέγονται, quòd plurimæ simul sitæ sint. Sunt enim qui Botrum esse existimant. Non dissimilis ratio est eorum, qui dictas opinantur, ὅτι πλησίον ἀλλήλας εἰσίν, eo quòd proximè inter se sunt sitæ, & arctim coniunctæ: aut, si fabulis credimus, quòd agminatim tum uolitârint, cum Orionem fugerent: hoc est, ἅπαντα πλειάδας αὐτὰς γεγονέναι, φεύγουσας τὸν ὠρίωνα. Iuxta illud Hesiodi,

ἐνθ' αὖ πλειάδων δῖον ὄμβριμον ὠρίωνα
φεύγουσαι, πίπτωσιν ὀδ' ὠκεανοῖο πόντον.

Alij ἀπὸ τῆ πλειόνης, τῆ αὐτῶν μητρὸς, quæ alio nomine ἀπὸ τῆς αὐτῶν, patronymico nimirum, ab autoribus nominatur, dictas uolũt. Fuit enim Oceani filia, de quo Ouid. in 5. Fast.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Thetin,
Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.

Hinc sata Pleione, cum cœlifero Atlante
Iungitur, ut fama est, Pleiadesq; parit.

Atq; rursus in 4. Fast. scribit, cum quo deorum quæq; coierit. Eas, inquit Hyginus, Vergilias nostri dixerunt, quòd post uer exoriuntur. Non desunt tamẽ uel hodie quidam maiorum gentium doctores, qui Virgilias, quasi Virgilias, à uirgula dictas malunt. Aratus earum nomina his uersiculis comprehendit:

ἀλκυόνη, μεροπή τε, λειλαντώ τ', ἠλέκτρη τε,
ηχὶ στερόπη, ηχὶ τηϋγέτη, ηχὶ πόντια μαῖα.

Atlantides etiã patronymico nomine dicuntur, quòd cum Hyadibus sororibus commune habent. Hesiod.

πληιάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων.

ubi tamen Tzetzes ἀτλαγενναίων legit. Ouid. lib. 3. Fast.

Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlantæas.

Nec tamen desunt, qui Lycurgum illis patrem faciunt. Neq; situs earum idem omnibus est. Communis sententia in tergore tauri ponit, Nicander & Plinius ad caudam: Hipparchus uerò (quem Aratus, atq; hunc rursus Cicero sequutus est) quia ἡμίτομός ἐστι, ad pedem Persei, adeoq; ad genua, id est, ἐπὶ λυγισμῷ ἀριστεροῦ γόνατος. Hoc enim ἐπιγονατίδι & nomine intelligitur.

Inde fides.) Aratus: ηχὶ χέλυς, ἥ τε ὀλίγη. Adde, Mercurius paruus manibus quam dicitur olim
Infirmis fabricatus, &c. Adde rursus,
— λύρῃ δὲ μιν ἔμπεδα λέγεσθαι.

Hanc Orpheo tradidit Apollo ἑπτάχορδον, pro Musarum numero, quæ saxa & ignes traxisse creditur. Hanc ipse à Mercurio ἑπτάχορδον, planetarum uidelicet numero respondentem, acceperat, teste Theone.

Inde est.) Namq; legitur in fragmento Aratæo,

ἔστι γὰ ηχὶ ῥωὶ παράφρίχει αἰολος ἔρις.

Aratus, & cum hoc Cicero, Ptolemæus, Proclus, dum si dus hoc generali nomine nuncupant, uel ignorare prorsus, uel quasi ex composito dissimulare fabulas uidentur. Hoc tamen magis credideris, ubi alitis epitheton expenderis. Quis enim unquam uidit olorem uarium? Atqui αἰολον Aratus ἔριθα dixit. Missam igitur & nos faciemus Nemesis fabulam, quæ à Ioue cygni forma compressa creditur. Crates Tragicus fabulæ autor citatur.

Capiti autem.) Lucilius, uel ne uideatur curiosius

numeris immorari, uel ut memoriæ promptitudinem dissimulet, uel quia sine odiosa repetitione sequentia superioribus annectere non potuit, Aquarium suis uerbis recenset. Aratæa sunt,

ὕπαρ, παρ' ἀρᾶς εἰ λιφαλῇ χεὶρ ὑδροχόοιο
δεξιτερὴ τιτάνυωθ', —

Neq; hîc magnopere curamus Ganymedes, Deucalionem, seu Aristeos. Naturalis ratio magis quadrat, nempe quòd eius ortu imbres plurimi fiant.

Tum gelidum ualido.) Summa rursus Ciceronis libertas, & planè paraphrastica. Arat.

— αὐτὰρ ὄγε προτόρῳ ἠδὲ νεώδει μᾶλλον
λίκλιται ἀγόνοῤῥως, ἵνα ῥίπτ' ἰχθύοιο.

Semiferum dicit, quia posterior pars piscis est. Causam fabulosam (sicut totam Ægipani & σωτῆρος fabulam) pro more omittimus. Nec uideo quo'nam perpetuo lumine à sole uestiatur, cum obscurum sit astrum, nisi sequentia indicent brumale solstitium, seu χειμερινὰς τροπάς. Neque enim aliud colligo ex his: — ἵνα ῥίπτεται ἰχθύοιο.

Vt sæpe ostendens.) In carmine Arateo, sese, legitur pro sæpe, & sic in alijs etiam editionibus scriptum reperio. Ad absoluendam sententiam requiritur Sagittarij nomen, quod in Græco pulchrè exprimitur:

σκόρπιος αὐτίλλων ἐν νυμάτῃς ἐπὶ νυκτὸς,
ἤτοι γὰρ μέγα τόξον ἀείλιτα ἐγγύθι λίνσου
τοξευτὴς.

Porrò flexum, non plexum, uel ex Arateo carmine, uel ex ipso sensu legendum est. Arcus enim tendendo flectitur, non plectitur.

Quem propter.) Hoc relatiuum quadraret, si uel Sagittarium uel Scorpium respiceret. Sed quia post Orionem & Cepheum sagitta inter utrumq; alitem uolitat, rectius, quàm relatiuum, in fragmento positum censeg-

— ἀ δ' εἰ παραπίπλατι ὄφις.

Et propter se.) — σχέδοθεν δὲ οἱ ἄλλοι αὐτῆς.

louis aquilam credunt, quæ Ganymedem rapuit, & ob hoc Aquarium eum petere. **Deinde delphinus.)** Resecat multa festinationis studio:

δελφὶς οὐ μάλα πολλὸς ἐπιῤῥίχει ἀϊγοκῆϊ
μαιόθεν ὀῤῥόεις. Neptuni insigne.

Exinde Orion.) Transit à borealibus ad νοτιώτερα, id est, australia. Aratus:

λόξος μὲν ταύροιο τομὴ ὑποκλιτὴ αὐτὸς
ὠρίωνι. **Feruidus.)** Hoc Cicero de suo adiecit, naturam sideris respiciens, quod quidem epitheton magis congruit quàm πειπλον. Aratæa sunt,

φάανται ἀμφοτέροισι λύων ὑπὸ ποσσὶ βεβηκὼς
πειπλον. Magis inquam, ad alia eiusdem Arati respicit officia. ἀεδόμενον enim illi, sicut Vergilio Æstifer & Serius ardor dicitur. σείριος autem dictus est uel à σειραφόνια, τὸ ξηραίνω: uel à σειρεῶ, id est, exhauriendo. Homero etiam ὠρίων & λύων dicitur. Fabulam pete ex Hygino.

Pòst lepus.) Aratus:

ποσσὶ δ' ὠρίωνος ὑπ' ἀμφοτέροισι λαγωὸς, id est, δασύπους.
ἀμαξιὲς ἤματα πάντα διώκεται.

Quadrat pulchrè, inquit Theon, ut Orioni uenatori (ἔχει γὰρ σχῆμα κυνηγετικὸν) lepus & canes addantur. Sequitur enim Procyon, de quo pòst. **At canis.)** Arat.

ἠ δὲ λαγωὸς μεγάλοιο κατ' οὐρίον ἵκνεται ἀρχὼ
ἀργυμένοιο. Cicero ab Argiuis dictam ait. Germanicus Mineruam huius fabricatricem facit, eoq; Danaum ex Africa Argos profugisse. Apud Tzetzem Lycophronis commentatorem legitur, nomen ab opifice Argo, secundum Apollonium, Hectoris siue Alectoris filio habere: uel quòd in Argo fuerit fabricata, Hegesandro Salaminio teste. Alij à celeritate dictam malunt. Nam apud Pindarum uocatur θοὰ,

quod tamē epitheton Homerus nauibus in genere tribuit.

Prolabitur.) Apud Hygin. cap. 14. Fab. prælabitur, legitur. & sic alibi etiam lectio Ciceronis habet.

Hanc Aries.) Pistricem scilicet. Nam hoc antecedentia requirunt. κῆτος est apud Aratum.

— τὸ δὲ οἱ νότος ἐχθρὸν ἀγινεῖ
κῆτος ὑπὸ κριῷ τε καὶ ἰχθυσιν ἀμφοτέροισιν.

οἱ, Andromachæ scilicet, quam Pistrix insectatur.

Fluminis illustri.) Cohærent superioribus,

βαιὸν ὑπὲρ ποταμοῦ βεβλημένον ἀστερόεντος.

Aratus cum Ptolemæo generali uocabulo nominat, Proclus ποταμὸν τὸν τοῦ ὠρίωνος, alij ἀστερώδα, sicut noster ἀστερόεντα. Eridanum tamen paulo iuferius noster expressè nominat, cuius fabula, quod ex sequentibus apparet, nascitur ex Phaetontis fabula, quæ apud Ouid. 2. Metam. extat. Ægyptij hunc Nilum suum esse uolunt, ut Theon testatur.

Quàm longè.) Quam non relatiuè, sed, quia potius intensionis est uocula, θαυμαστικῶς exponerem, sicut Theon, οἷον γὰρ κἀκεῖνο, si bona lectoris pace fiat. Quanquam in Aratæo fragmento legitur hoc modo:

Hanc Orionis sub læua cernere planta
Serpentem poteris. Legitur tamen in alijs editionibus,
Hunc Orionis, &c. Itaq; si hîc omnino relatiuū esse contendis, lege potius cum editione Mediolanensi, Quem longè, &c. Aratea, ut conferas, sic habent:

καὶ τὸ μὲν ὠρίωνος ὑπὸ σκαιὸν πόδα τείνει.

Vbi articulus τὸ refert quod antecesserat, λείψανον ἠριδάνοιο, id est, Eridani reliquias. Quod Germanicus quoque per relatiuum expreßit, hoc modo:

Huius pars undæ læuum ferit Orionis
Lapsa pedem. Quibus clarius τὸ λείψανον exprimit.

Proceráque uela uidebis.) Aratus:

δεσμοὶ

δεσμοὶ δὲ οὐραῖοι, τοῖς ἰχθύσι ἄκροι ἔχονται,
ἄμφω συμφορέονται ἀπ' οὐραίων καθίοντες.

Nulla quidem hîc lectionis remora est. monet me tamen hic locus illius, quod ab Hygino lib. 3. in Piscibus annotatur: Ciceronem, sub initium fragmenti, nodum cœlestem transtulisse, quod apud Aratum sit σύνδεσμον ὑπουράνιον (quanquam apud Hyginum ὑπούρανον, repugnantibus numeris legitur) cum tamen non in nostris modò editionibus, sed etiam apud Theonem τῶν οὐραίων uox & agnoscitur, & exponitur. Germanicus & epitheton, & nominis definitionem omisit. Sed quur non adeò utriusque uersus repetimus?

ὃν ῥά τε καὶ σύνδεσμον ὑπούραιον καλέουσιν.

Quam ueteres soliti cœlestem dicere nodum.

Vnde planè apparet, Ciceronem ὑπουράνιον pro ὑπούραιον legisse. Sed hæc fortè curiosius æquo. Omittuntur hîc festinandi (opinor) studio, Piscis νότιος, & στέφανος νότιος, Arato δίνωτοι κύκλοι, id est, uolubiles orbes, Proclo οὐρανίσκος: alijs κηρίκιον, caduceus. Fortè negliguntur, quia ὀλίγοι γέ μὲν uolitant paruo cum lumine.

Inde Nepe.) Aratus:

αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ κέντρῳ τέρας μεγάλοιο
σκορπίου ἄγχι νότοιο θυτήριον αἰωρεῖται.

Aratus θυτήριον, Proclus et Ptolemæus θυμιατήριον, Germanicus Thuribulum, Cicero noster Aram: in qua, si Hygino credimus, dij sacra & coniurationem contra Titanas fecerūt. Aratus dicit hoc sidus esse ἄγχι νότοιο, eo quòd omnium est νοτιώτατον.

Propter quæ Centaurus.) Recitat etiam hæc mutilatim Balbus. Nos integrè ex utroq; reponemus. Aratus:

τοῦ γάρ τοι τὰ μὲν ἀνδρὶ ἐοικότα, νειόθι κεῖται
σκορπίου, ἱππουραιὰ δ' ὑπὸ σφίσι χηλαὶ ἔχουσιν,
αὐτὰρ ὁ δεξιτερὴν αἰεὶ τανύοντι ἔοικεν

αὐτίκα δειωτοῖο δυτικρίς, ἡμὶ δὲ οἱ ἀπὸ ξ
ἄλλο μάλ' ὀφθήκωται ἐλικλαμένον διὰ χαρὸς
δηρίον, ὡς γάρ μιν πρότερον ἐπιφημίξαντο.

Cicero uerò: Hæc ſubter partem præportans ipſe uirilem
Cedit, equi & partes properat coniungere Chelis,
Hic dextra pergens quadrupes qua uaſta tenetur,
Quam nemo certo donauit nomine Graiûm,
Tendit, & illuſtrem truculentus cedit ad aram.

Hæc ſubter, id eſt, ſubter hæc. idem eſt quod Balbus dicit. Propter quæ. Non deſunt, qui Hac ſubter legunt: quorum ſanè lectionem ego non improbo.

Hic dextram pergens.) Germanicus:

Seu prædam è ſyluis portat, ſeu dona propinqua
Placatura deos, cultor Iouis admouet aræ,
Hic erit ille pius Chiro, tutiſſimus omnes
Inter nubigenas, & magni doctor Achillis.

Nam fingitur πάντων τῶν λυταύρων λογικώτατος καὶ δικαιότατος. Aly Pholum Alcidæ hoſpitem eſſe uolunt. Proclus tribuit illi etiam δυσολόχον, id eſt, haſtam ueneatoriam. Sunt qui leporem addunt, et βύσσαν, id eſt, utrem uini, quo Chiron libaturus ſit dys ad aram. Hic (ſcilicet)

Aratus: — ἄλλο πρὸς αὐθὶς ἑλικτὴ ἄστρον,
ὕδρῳ μιν καλέουσιν.

Ptolemæo & Proclo, ὕδρος in maſculino genere.

Cuius longè corpus.) Per tria δωδεκατημόρια, hoc eſt, per zodiaci τεταρτημόρια, ſeu ſigniferi quadrantem, Cancri nimirum, Leonis, ac Virginis. Quo compendio

Balbus tres Ciceronis uerſus complectitur:

Præcipiti lapſu flexo cum corpore ſerpens,
Hoc caput atq; oculos torquens ad terga Nepai,
Conuexoq; ſinu ſubiens inferna Leonis.

Quo loco Nepe non Scorpium, ut ſuperius, ſed Cancrum ſignificat. Nam & Aratus καρκίνον habet. De fabula Hydri præ-

dri, præter alios conſule Ouid. 2. Faſt. Sunt qui hoc ſidus Nilum eſſe dicunt. Rationes non improbabiles pete ex Theone. **In medio.)** Nunc partes Hydri deſcribit, Coruum & Craterem. Aratus,

μέση δὲ σπείρη λυκάων, νυμάτη δ' ἐπίκειται
εἰδωλον λόχμης, σπείρῳ σκώληκι ἐοικὸς.

Ante canem.) Aratus:

νὺξ μὲν ἠδὲ πρόσθεν διδύμοις ὑπὸ λαιὸν φαείνει,

Hæc ad uenationem Orionis pertinere, antè monuimus. Teſte Plinio non aliud nomen habet, niſi caniculam hanc l. 18. c. 20. f. 6. uelimus intelligi, hoc eſt, minorẽ canem. Quare toto cœlo errant, quibus Procyon idẽ cum Sirio eſt, & qui canem cum canicula confundunt. Theon ait ſic dictum, διὰ τὸ μὴ πρὸ τῆς σειρίου αὐτὸν ἀνατέλλειν. Hinc docti magis probant, ut legamus Ante canem, diſiunctim. Sed ego non dubito, Ciceronem compoſitum non compoſito exprimere, idq; uſu eo molliri uoluit. Mollior hæc Græcis eſt cõpoſitio, quàm τῶν γύναξιν. Atq; hactenus Aratæa. Addemus tamẽ Corollarij uice τὰ φαινόμενα, quæ Græcis uerſiculis luſit lætiſſimum phrontiſterij noſtri germen Guilielmus Xylander:

μύες & ἐς βόρειόν γε δράκων ἁρπῆος δίχα τέμνει,
τοὺς δὲ μετ' ἀρκτοφύλαξ, σφαιρός τε, χέλυς τε, ἕπεται τε
ἠγινόασιν, μετὰ τὸν δ' ὀφιοῦχος, ὄφις τε, ὀϊστὸς,
αὖθι ἀετὸς, ἁρπαξ τοῦ ἀγάκλης καὶ γαυμήδης
ἔρυσις, καὶ ἱππος ῥ' ἵππος, δίλφιν τε, μετ' αὐτὸν
κυδρομάδη, λιφνὶς, καὶ λασιοπεία τοκῆος.
γέργονος αὖ λιφαλὴ, καὶ πίρσις γάμβρος ἑνοπλες,
δίλτωτόν τε, καὶ ὑνίοχος γ' ὑπείτα ἵπονται,
καὶ λιρὸς αὖ, ταῦρος, δίδυμος, μετὰ λαφνινον ἕλβει,
λίς τε καὶ ἡνιόχοιο, χῆλαι, καὶ σκόρπιος αὐτὸς,
τοξοντης, καὶ αἰγοκέρως, γαυμηδέ' ἐπ' ἰχθῦς
λῆτος πρὸς δ' νότον τράπεται, ποταμός τε παρ' αὐτοῦ
ὠρίων τε λάγυνος διώκων, σέριος αἶψα

καὶ πρόκυων

ηρὶ τ᾽ ἠρονύων ἵπεται, αἰγω᾽ πρύμνηθεν ἰουσα,
ἠτ᾽ ὕδρη, λιφαλή γ᾽ ὑπὸ λαίμιον ἵληται αὐτ᾽.
ἠ δ᾽ αἶψα μὲν σπάρνη, λιγύτερη τ᾽ ὑπὸ σῶμα λέυτ@.
ἀλλ᾽ ὅτι δ᾽ εὐρῦς λόφαν@ ῥ᾽ ἐδήλον ὑπερθ᾽ τοῦ
λιγυτάτης λιμάται, ἵπεται μετὰ ταῦτα δ᾽ ἀχαιῶν,
θηείον ἐν χείρεσι φέρων γε, θυτήριον αὖθις,
ηρὶ σίφων@, πάντων τὸ δὲ μὴν νοτιώτατον ἄστρον.

Hæc omnis.) Concludit aduersus Epicureos.

Quæ natura.) Ne recedat ab ingenio Stoico, Naturæ iterum rationem tribuit.

Nec uerò solum admirabilia.) Propter ornatū. Nam ab ornatu iam ad stabilitatem digreditur, cuius fundamentum centrum facit.

Aethra.) In quibusdam editionibus perperam legitur Æthera, uel ipsa syntaxi monente. Nec opus habet hic locus explicatione, cum non modò per se satis lucidus sit, sed etiam, quia ex definitione manat, alijs plerisq;, ut Vergilio, Ennio, adeoq; ipsi Homero lucem afferre idoneus est, nisi quòd hoc tamen obseruari necesse est, summa cœli parte non ultimam, sed citimam intelligi debere. Nequeenim aer cum stellato cœlo, quem summū, id est, eximum Stoicus noster superius æthera circundare dixit, coniunctus est, cum hîc eam quasi uiciniam inter aera & æthera ponat, quo loco alij regionē ignis ponunt. Quanquam Stoicorum dogma apud Laertium, à communi philosophorum distributione nihil differt. Vergil. in tempestatibus, adeoq; in Ætnæ descriptione, lib. 3. noctis obscuram caliginem his uerbis exprimit:

Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus, obscuro sed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Macrob. lib. 6. cap. 4. indicat, ante Maronē hoc nomine Ennium etiam usum fuisse in 16. — Interea sax

Occidit, Oceanumq; rubra tracti obruit æthra.

Et in Theutrante, Flammineam per æthram altè feruidam ferri facem. Sed primus omnium istorum usus est Homer. Iliad. 8.

ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ᾽ ἠέρ@ υἷας ἀχαιῶν,
πούησον δ᾽ αἴθρην. Ex quibus uerbis nihil aliud intelligo Æthræ nomine significari, quàm liquidum cœli, & serenitatem maximè nocturnam, cuius priuatiuum est caligo. Homeri scholiastes αἴθρην exponit αὐτὸ τὸ νὺκτος ἀέρα. Odyss. 5. clarius quodāmodo describitur æthra,

— ἀπὸ δὲ γλαυκῶπις ἀθήνη
νῆνεμον ἠδὲ ὄδιον ποίησε θάλασσαν ἁπᾶσαν
πνοιὰς πάντας ἐρύκακε, καὶ ἐπόρνυτο οἶμον
ἠέρι καὶ νεφέλῃσι κεκρυμμένη, οὐδέ ποτ᾽ ἔμβη
ἠέλιος, οὔτε χιὼν ἔπιλύεται, ἀλλὰ μάλ᾽ αἴθρη
πήγνυται αὐτόφιλ@, λευκὴ δ᾽ ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Aliquando idem poeta αἴθρην τὸ ψύχ@ dicit, id est, frigus: unde uentorum, maximè uerò Boreæ epitheton apud poetas est, αἰθρηγενὴς.

Sunt enim rotunda.) Plutarchus in Placitis lib. 2. cap. 14. hoc dogma Stoicis assignat, Cleanthem autem λαμπηδόας, Anaximenem, clauorum in modum suffixas crystallum referre, alias bracteas ignitas putare, de quo apud Lactantium me dicere memini. Et Aristoteles sanè in 1. de Cœlo cap. 11. ex, solis & lunæ forma reliquarum quoq; stellarum sphæricam figuram colligit.

Natura flammeæ.) Arist. eodem lib. cap. 7. ait, stellas eiusdem esse naturæ, cuius & corpus in quo feruntur. Varias philosophorum opiniones numerat Plutarchus lib. 2. cap. 13.

Terræ, maris.) Plin. 2. cap. 8. & 9. eiusdem rei meminit. Atqui Aristoteles mundi alimoniam negat, alioqui fore ut intereat. Plutarchus lib. 2. Placit. cap. 5. Stoici qui dem corruptioni obnoxium faciunt, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, cæterum

terum prouidentia diuina minimè interiturum. Panætius autem Stoæ suæ quodammodo desertor, in primo de Prouidentia (ut à Laertio citatur) mundum interitui subiacit: unde fortassis ea quæ hîc adducuntur, petita sunt.

Concentu.) Harmonia, de qua Cic. noster in Somn. Scipionis, & ibidem Macrob. Plin. lib. 2. cap. 22. Censor. de Die natali, cap. 13.

Saturni refrigeret.) Vnde singuli planetarum suaquoq; peculiaria nomina habent, de quibus superius quodam loco ex Platone citato dictum est. Cum his conferenda sunt quæ Plin. lib. 2. cap. 8. scribit.

Grauiditates & partus.) Lunæ siquidem physici τὸ φυτικὸν assignant: singulis namq; singula officia tribuunt. Quod ut magis conspicuum fiat, in conspectum lectorum ponemus.

Physici
- Saturno — tribuunt — Ratiocinationẽ & intelligentiam, τὸ λογιστικὸν καὶ διανοητικόν.
- Ioui — tribuunt — Vim agendi, τὸ πρακτικὸν.
- Marti — tribuunt — Animositatis ardorem, τὸ θυμικόν.
- Soli — tribuunt — Sentiendi opinandiq; naturam, αἰσθητικὸν καὶ φανταστικόν.
- Veneri — tribuunt — Desiderij motum, τὸ ἐπιθυμητικόν.
- Mercurio — tribuunt — Pronunciandi et interpretandi munus, τὸ ἑρμηνευτικόν.
- Lunæ — tribuunt — φυτικὸν, id est, naturam plantandi & augendi corpora.

Vlterius

Vlterius de his Marsilius Ficinus lib. de Vita cœlitus comparanda, cap. 3. Luna crescente humeros augescere obseruatur, & magno scriptorum consensu proditur. Quare generationis causæ ad eam referantur. hinc fortassis est, quòd Iuno quæ eadem Luna putatur, γοήβλιος colitur. Nam Lucina ut nuptijs, ita partui quoq; præesse credita fuit.

Age.) Transitus à superiore mundo ad inferiorem. Hanc partem theologi Christiani longè diligentius prosequuntur, ut apud Græcos Basilius & Theodoretus, apud Latinos Lactantius & Ambrosius: & quæ ex ipsis peti possunt, apud Lactantium adduximus.

Manus.) Plin. lib. 8. cap. 10. Mandunt, inquit, ore, spirant & bibunt, odorantur q;, haud impropriè appellato. Item cap. 7. ipsius animalis tanta narratur clementia contra minus ualida, ut in grege pecudũ occurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudenter. Aristot. de Historia animaliũ 1. cap. 11. τοῖς δὲ, inquit, ἐλέφασιν ὁ μυκτὴρ χειρὶ μακρὸς καὶ ἰσχυρὸς, καὶ χρῶνται αὐτῷ ὥσπερ χειρί. Item lib. 2. sub initium: ἔχει δὲ μυκτῆρα τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον, ὥστε καὶ αὐτὶ χειρῶν ἔχειν αὐτὸν. πίνει γὰρ, καὶ ἐσθίει, &c. Promuscidem & proboscidem nominant.

Araneolis.) De Aranearum solertia scribit Plinius lib. 11. cap. 24. Plut. in Dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. Ælian. lib. 8. Theodoret. Serm. 5. Hinc Arachnes fabula nata uidetur. ἀράχνη siquidem Araneam significat, & Pallas Araneæ infesta legitur. Verg. 4. Georg.

— Aut inuisa Mineruæ,
In foribus laxos suspendit aranea casses.

Pinna.) Ælian. lib. 13. Plutarchus in Dialogo iam superius citato, Chrysippum ait in hac describenda, tam in moralibus quàm naturalibus plurimum atramenti absumpsisse. Plinius de hac libro nono, capite 42. unde

paucula

paucula quædam explicandi huius loci causa adscribamus. Pinna, inquit, nascitur in limosis subrecta semper, nec unquam sine comite, quem Pinnotherenem uocant, alij Pinnophylacem, id est, squilla parua, alibi cancer, dapis assectator, & cætera quæ sequuntur. Hæc Pliniana ex Aristotelis de Animalib. historia translata sunt, sed carptim. Nam lib. 5. cap. 15. sic scriptum est: αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐν τοῦ βύσσου (byssum Gaza lanam pinnæ exponit) ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσιν, ἔχουσι δ' ἐν αὐταῖς πιννοφύλακα, ἃ μὲν λαφίδιον, αἱ δὲ λαρκίνιον (λαφίδιον est, quod Cicero & Plinius squillam uertunt) οὗ σφόδρα μέν φασι δεῖσθαι φθέγγονται δ' ἄττον. Et aliquanto inferius: ἔπειτα ἐν ταῖς πίνναις οἱ λαλοῦμενοι πιννοθῆραι. Ex quibus uerbis apparet, πιννοθῆραν & πιννοφύλακα (ut Plinius quoque habet) idem esse, cum apud Theodorum oscitans lector diuersa intelligere posset.

Admonitâ morsu.) Et morsu leui, Plinio teste, quo D. Grynæus respexisse uidetur, cum δακὼν ex Plutar. leui uellicatu stringere transfert. Addit præterea Plinius, Pinnam luminibus orbam esse: tamen Pinnophylacem quasi speculatorem addit, ut quasi excubius foris agat, &, ut Plut ait, πυλωροῦ. Meminit etiam in 3. de Finibus. Sed audiamus Oppiani de hoc lepidissimos simul, ipsamq; rem γραφικῶς exprimentes uersus, quos ex lib. 2. adscripsimus:

ὄφρακον αὖ βυθίας μὲν ἔχει πλάκας, ἐν δὲ οἱ ἰχθὺς
πίννῃ ναιετάει λιπλήμενος, ἥ μὲν ἄναλκις
οὔτέ τι μητίσασθαι ἐπίσταται, οὔτέ τι ῥέξαι.
ἀλλ' ἤ ῥά οἱ ξυνός τε δόμος, ξωλίς τε λαλύπτρη
λαρκίνος ἰνυάζει. φέρει δέ μιν, ἠδὲ φυλάσσει.
τῷ καὶ πιννοφύλαξ λιπλήσκεται, ἀλλ' ὅτε λύχλα
ἰχθὺς ἐνδὺν ἵκηται. ὃ δ' αὖ φρονέουσαν ἀμύξας
δήγματι λοξαλίῳ πίννῃ λάγν, ἣν δ' ὀδύσσιν
ὄφρακα συμπατάγησε, καὶ ἐνδοθεν ἐφράσατ' ἄγχι

αὐτῆς τ' ἠδ' ἑταίρου. ξυνὸν δ' ἅμα δεῖπνον ἕλοντο.

An iam inde ab ortu.) Aristot. ait in cubilib. spongiarum nasci, τῶν δὲ σπόγγων ἐν ταῖς θαλάμαις γίνονται πινναφύλακες. **Crocodili.**) De his inferius dicetur. **Serpentes.**) Plin. lib. 10. cap. 62. ex Aristotelis ultimo Quintil. **Anatum oua gallinis.**) Plin. lib. 10. cap. 55. **Platalea.**) Plin. lib. 10. cap. 4. πλατέα, πλατανίστη Arist. lib. 9. cap. 10.

Ranæ autem marinæ.) Hoc apud Aristotelem de rana marina legitur lib. de Hist. animalium 9. cap. 37. Apud Ælian. lib. 13. cap. 1. Plin. eodem loco, ubi de Pinna scribit. Crederem Ciceronem ἅλιον legisse, qui marina transtulit: nisi Theodorus Aristotelis, & Gyllius Æliani interpretes, Plinianam sequuti autoritatem, piscatricem transferrent. Sed forte Cicero ad θαλατταίου nomen, quod ab Aristotele ceu tituli uice præmittitur, respexit. ἁλιεὺς certè à Plutarcho nominatur. De huius uenatione eiusdem Oppiani uersus ex 2. lib. adscribemus, ut lector habeat quo se oblectet:

βάτραχοι αὖ νωθὴς μὲν ὁμῶς, καὶ μαλθακὸς ἰχθύς,
αἰσχιστοι δ' ἁλίεσσι. τόμα δ' οἰγεται οὐρὴ μάλιστα,
ἀλλ' ἄρα καὶ τῷ μή τις αὐσάμενος γαστέρι φορβὴν
αὐτὸς μὲν πυλοῖο λαθ' οὐρώσσοιτο ἰλυσθεὶς
λύκλιται ἀθρεμίων. ὀλίγῳ δ' ἀνὰ σάρκα τιταίνει,
ἤ ῥα οἱ ἐκ γίνυος νιάτης ὑπένερθε πεφύκει,
λιπτὴ τ' ἀργίννητι, λακὴ δέ οἱ ὄβριμ ἀϋτμὴ,
τῷ δαμὰ δινεύει δόλον ἰχθύσι βαιοτέροισιν,
οἳ ῥά μιν εἰσορόωντες ἐφορμώωσι λαθίδαι.
αὐτὰρ ὁ τῷ ἂν αὖτις ἐφέλκεται ἀθρόμας ἔσω
ἕκα μάλ' ἀσπαίροντας ἐπὶ στόμα, τοί δ' ἐφέποντο
ἐσθίειν διστάμενοι λευπτὸν δόλον ἀρχὶ λάθωσι
βατράχου σὺν εἴκοσιν ἔσω γρύτας μιγέντες.

Miluo.) Plin. lib. 10. cap. 74. Aristot. lib. 9. de Hist.

animalium, cap. 1. numerant animantium inter se dissidia & inibi etiam inimicitiæ, qua miluus & coruus dissident, meminerunt.

Grues.) Ex Thracia namq; in Libyam & Æthiopiam transmigrant, Ælian. lib. 15. cap. 9. Meminit Arist. lib. 9. de Histor. animal. cap. 10. Plin. lib. 10. cap. 23. Meminit etiam Homerus huius migrationis, sub initiũ Iliad. 3. Qui sanè locus quæstionem reliquit, Areopago & centenali ampliatione dignam, de Pygmæis uidelicet, quamnos quoq; in commodiorem aliquam occasionem prorogabimus. Meminit etiam Aristophan. in Auibus, Πυγμαίους uolitare affirmans, sed libertate poetica.

Vomitione canes.) Petrus Victorius, licet nullum huic uulneri medendo remedium tam idoneum inueniat, ut cicatrix prorsus tollatur, ita tamen sustulit, ut cura offensam quilibet non malignus lector prætereat, explicato Plutarhi autoritate loco. Exemplum quod de canum uomitu adducitur, legitur apud Arist. etiam lib. 9. cap. 6. περὶ οὖ λυόδε δ' ὅταν τι πονῶσιν, ἔμετον ποιοῦσι, φάγοντα τινα πόαν. Herbam non nominat, sicut nec Plut. Ælianus in macerijs nasci ait. Plin. lib. 25. cap. 8. Canariam inde nominat. Sed Pliniana uerba adscribere operæprecium esse duco: Inuenerunt, inquit, & canes canariam, qua fastidium deducunt, eamq; in nostro conspectu mandant, sed ita ut nunquam intelligatur quæ sit, etenim depasta cernitur. Notata est autem huius animalis malignitas in alia herba maior. Percussus enim à serpente, mederi quidem sibi dicitur, sed illam homine inspectante non decerpit. λυόωψ Græcis, ut quibusdam placere uideo, appellata.

Ibes Aegyptiæ.) Ælian. lib. 15. cap. 20. Plin. lib. 8. cap. 27. Nos, ne asymboli prætereamus, Galeni uerba ex Medico apponemus: περὶ τὸ λυΐζειν δὲ ἀπὸ τῆς ἰδίας φαγεῖν ὄφεως ἐνδεῖξαι, πλησίους τὸ πρὶ τὸν ῥάχηλον δρῖμα ὡς λύπουσι δῆλον ἄσημα θαλασσαίου ὕδατος καὶ νειλαίου, καὶ διὰ τοῦ ῥάμφους ἐνιείσης ἑαυτῇ ὄπιθεν. φησὶ δὲ καὶ ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος, τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς πρόσθοις χρόνοις τοὺς νομεῖς τοὺς μὲν πρόσθεν ὄντας τοῖς αὐτοῖς νοσήμασιν ὑφηγεῖσθαι, οἷς χρησάμενος ἕκαστος ἐθεράπευθη, καὶ οὕτως ἐκ τῶν πολλῶν πείρας συνοράνιζεσθαι τὰ πρὸς ἰατρικῆς. Locus quem Galenus ex Herodoto citat, est in Euterpe, ubi plura de ibe memoratu digna leguntur: maximè quod capitale sit, uel ibin uel crocodilum interficere. Meritum sui prò libro primo intelleximus ex eodem Herodoto, nempe quòd serpentum intemperiem abigunt. Certè clysteris usum Herodotus Ægyptijs acceptum fert his uerbis: συρμαίζουσι δὲ ὧδε ἐμβάσι ἐπεξῆς μιῇ ὁκάστου, ἐμέτοισι δὲ καὶ κλύσμασι τῷ ὑγρῷ, καὶ ἐλινυάμασι, νομίζοντες ἀπὸ τῶν προσφάγων σιτίων πάσας τοὺς νούσους τοῖς ἀνθρώποισι γίνεσθαι. αἱ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ἀνάπλησις μετὰ πλείστας ὑγιέστατοι πάντων ἀνθρώπων, &c.

Capras in Creta.) Hæc memorantur à uarijs, & uariè. Nam ex ijs quos nos uidimus, alij naturam animantis admirati sunt, in quibus Aristoteles de Historia animalium libro nono, capite sexto. Item de mirabilibus mundi. & post hunc Cicero hic noster, Plinius de Natur. histor. libro octauo, cap. 2. Plutarchus in opusculo iam sæpius citato, Valerius Maximus libro primo, cap. 8. Solinus cap. 31. Polyhistoris. Alij herbæ uirtutem considerant, in quibus Theophrastus libro nono, cap. 18. de Historia plantarum, Dioscorides libro tertio, capite 32. Plinius libro uigesimoseptimo, capite 25. Apuleius capite sexagesimo secundo. Quin Vergilius ipse Æneid. quarto & duodecimo, & cum hoc eius commentator Seruius. Recentiores data opera prætereo. Prior uarietas in animali est: Cicero tamen hic noster capris, & cum hoc Vergilius: Valerius capreis: Plinius, & eius simia Solinus, ceruis:

Græci capris, & Aristoteles quidem feris hoc tribuunt. Et maior consensus tam Græcorum quàm Latinorum δίκταμον habet: quanquam apud Dioscoridem δίκταμον & legitur, etiam in fide dignis editionibus: et eam lectionem agnoscunt Ruellius, Marcellus, atq; Cornarius. Et Aristoteles sanè cum suo discipulo Theophrasto, τὸ δίκταμον in neutro genere ponit, quos Plinius & Solinus sequuti uidentur. Nam Cicero cum Dioscoride δίκταμον in fœmino habet. δίκταμον certè legitur apud Hippoc. περὶ γυναικείων παθῶν, & apud Galenum lib. 6. Simplicium: unde, quæ apud Æginetam sunt lib. 7. descripta uidentur. ubi tamen δίκταμον est, & sic quidem in uulgatis editionibus. Vnde ego arbitror tantam uarietatem non ab ipsis autoribus, sed è castigantiũ arbitrio promanasse. Mussos facimus, qui Diptamum corruptissimè nominant. A Dicte Cretæ monte denominata uideri potest, licet Venus eam Cretæa carpsit ab Ida. Dioscorid. γλήχωνα ἀγρίαν, id est, syluestre pulegium etiam uocari ait. Theophrast. παρόμοιον γληχῖ dicit, (sic enim legi debet) Theodor. Glechoni. Cætera medicis relinquimus.

Quæ seselis dicitur.) Arist. hoc non ante, sed post partum fieri scribit. Sic enim lib. 9. cap. 5. legitur: ἡ ἔτερα τίκτει, ἐὰν ἐν τῷ χορίῳ πρῶτον, καὶ ἔπειτα τῶν σίσελιν δὲ βόσκεται, καὶ φαγοῦσαι οὕτως ὄρχονται πρὸς τὰ τίκτα πάλιν, &c. Plinius lib. 8. cap. 32. Fœminæ autem ante partum purgãtur herba quadam quæ seselis dicitur, faciliore ita utentes uitro. A partu duas habent herbas, quæ aros & seselis appellantur: pastæ redeunt ad fœtum. Et de Massiliensi Dioscorides, mulieribus etiam conducere testatur, inquiens: ἐμμηνά τε ἄγει καὶ ἐμβυα. Nisi de Cretica malis intelligere, quæ à nostris etiam, ut uolunt, Berwurtz appellatur. Atramenti effusione sepiæ.) De sepia piscis, eiusq; atramento, legendus est Aristoteles lib. 4. de Hist. animalium,

animalium, cap. 1. Plin. lib. 9. cap. 29. Oppian. lib. 3. Plut. πίτυρα ζώων φρονιμώτερα. Hic istam occultationem, σύλλογον, προφυλακὴν, ἢ ἀπόδρασιν interpretatur. Atramentum hoc σάλον Græci uocant. Oppianus etiam ἀχλὺν & ὑγρὸν φάρμακον, id est, fusci humoris uirus nominat, item ἰχὼρ ἀχλυόεντα, id est, saniem atram, & πίσσης δυσφρώτερον, id est, pice magis atrum dicit. Plut. etiam ζωφερὰν ὑγρότητα nominat. Loculum autem, in quo atramentum hoc continetur, collo dependentem, λύτρον Plut. hoc est, uesicam appellari ait: Arist. μύτιν, quod Theodor. mutum reddidit. Oppian. μήκωνα, id est, papauer. Festiuum est quod Plut. addit, Sepias in hoc plane deos Homericos imitari, quibus atra subinde uerbecula, hi quos seruatos uolunt, belli discrimini subducuntur. Athenæus libro 1. ait promontorium esse, quod à sepiarum frequentia σηπιὰς dicatur. Torpore torpedines.) ναρκὴ Græci uocant. nec dubium est quin à natura & effectu nomen in uenerit in utraq; lingua. Hæc lectio mihi uehementer suspecta fieri cœpit, postquam eam cum alijs scriptoribus contuli. Ita enim uulgò legitur: Torpore torpedines multæ etiam infectantes odoris intolerabili fœditate depellunt. Ego uerò, inultæ, legendum censeo. Singulæ siquidem, non turba duntaxat, ualent. Cicero sanè de infectantibus indefinitè pronunciat. Arist. lib. 9. cap. 37. pisces duntaxat infectantes ναρκᾶν facere scribit. Sed quæ Plinius & Plutarchus memorant, etiam de hominibus intelligi possunt sine ambiguitate. Extat de hac Claudiani carmen. Vt ex uno plura.) Plantarum uigor tam est admirabilis, ut quidam non dubitarint illi non uitam modò & animam quandam uigentem tribuere, sed etiam sensum: in quibus præcipui Anaxagoras, Empedocles, atq; Democritus numerantur. Nam, ut ab ipso Aristotele scriptum est, Anaxagoras & Empedocles ἐπιθυμίαν καὶ λύπην,

λινεῖσθαι, αἰσθάνεσθαί τε, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ ἥδεσθαι. id est, non libidine modò aliqua moueri, sed sentire etiam, & ut mœrore affici, sic uoluptate quadam etiam perfundi tradunt. & inter ista Plato quoq; ipse τὸ ἐπιθυμεῖν illis reliquit. Sed cum Anaxagora & Empedocle Democritus νοῦν et γνῶσιν insuper tribuit, quibus facultatibus eas Aristoteles exuit. Sed hæc πάρεργα fortassis. De seminis uirtute præclarè Theophrastus sub initium operis de Causis plantarum scribit: πρῶτον, inquit, καὶ κυριώτατον τὸ σπέρμα, ὥς τε τὸ σπέρμα μάτην ἂν εἴη, μὴ δυνάμενον γεννᾶν, εἴπερ τούτου χάριν ἀεὶ τὸ σπέρμα, καὶ πρὸς τοῦτο πέφυκεν. Sed Balbus hîc non tam hoc agit, ut methodum aliquam plantarum tradat, quàm diuinæ in plantis prouidentiæ miraculum ostendat. Plures alioqui quàm ex radice plantationis modi sunt, ut ab ipso Arist. traditur, saltem de arborib.

τῶν δένδρων γεννῶνται
- τὰ μὲν ἐκ σπερμάτων, τὰ δὲ δι' ἑαυτῶν } κατὰ μικρὸν ἐκτείνοντες
- τὰ δὲ ἐκ σπῶντες
  - ἀπὸ ῥιζῶν, radicitus.
  - ἐκ τοῦ φυτροῦ, ex trũco.
  - ἐκ κλαδῶν, ex ramis.
  - Et rursum ex semine.

μεταφυτεύονται ἐν
- τῇ γῇ.
- τοῖς δένδροις, quæ uocantur ἐκκεντριζόμενα.



Baccarum.)

Baccarum.) Quanquam baccæ certarum quarundam arborum apud Plinium sunt, ut oliuarum, lauri, loti, cornorum, myrtorũ, lentisci: mihi tamen Cicero speciem pro genere usurpare uidetur, pro omnibus arborum fructibus, siue carnosi sint, siue siliquis inclusi, siue acinacei, cuiusmodi κόκκοι, λέμματα, ὑφάσματα, σάρκες, οἰκίσκοι, ὄστρακα Aristoteli nominantur. Et tanquam in arborũ baccis, terræq; frugibus maturitate tempestiua quasi uietum & caducum. & in primo Tusculan. quæstion. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. Sæpe fruges terræ cum baccis arborum numerat, ut de Diuin. Quæ frugibus atq; baccis terræ fœtu profunduntur.

Libidines.) ὀρέξεις. Loci.) Aliquando τὴν μητρὰν, id est, uuluam sic nominant, μηβῶον ῥίον καὶ δελφὺν. unde ἄδελφοι, fratres uterini: aliquando ἐμβρύου τὸ χώρημα, siue etiam ἐμβρύου χόριον, eo quòd fœtui nutrimentum χορηγεῖ, id est, subministrat. Secundas interpretantur, sicut ὑστέραν. Hæc partes nimirum cum toto, sæpe confundi uideo. Plutarchus ex Stoicorum doctrina, etiam τοὺς ἐν μήτρᾳ τόπους, Iulius Pollux inter cætera ex Antiphonis cuiusdam sententia χωρίον dici uolunt, in quo fœtus uegetatur & nutritur. Sed medici de homine peculiariter, Cicero hîc de uniuerso animantium genere disserit.

Testudines.) Plinius libro 32. capite quarto, quatuor testudinum genera facit, terrestres, marinas, lutarias: & quæ in dulci aqua uiuunt, has quosdam è Græcis Emydas appellare ait, nisi locus mentiatur. Nam Theodorus apud Aristotelẽ sub finem quinti, quod in Græco μῦς est, non murem modò aquatilem: sed etiam testudinem lutariam transfert. Videtur igitur apud Plinium coniunctio Et redundare, ut tres tantum species sint. Hæc non modò ἐμὺς, ut Plinius ait, sed etiam ὠμὺς nominata inuenitur:

& hanc Cic. intelligit. Marina uocatur χελώνη, de qua non minus mirabilia scribunt Plin. lib. 9. cap. 10. Plut. in Dialogo iterũ iam citato, Ælian. lib. 13. cap. 36. De utraq; Aristotelis uerba adscriberem, nisi opinione prolixiora hæc fieri uiderem.

Crocodili.) Plutarchus præterea diuinationis quiddam his inesse memorat, nempe oua eum ponere nec citerius nec ulterius, quàm eo anno Nilus sit excursurus. Diuinationis meminit etiam Ælianus lib. 10. Plin. lib. 8. cap. 25. De ouis Aristoteles loco iam suprà citato de testudine. Quæ uarij uaria de crocodilo scripserunt, pleraq; petita sunt ex Herodoti Euterpe, qui eum, ut gruem, sacrosanctum habet. Colligerem plura, si animus esset animalium historiam scribere. Præstabit hoc alius longè absolutissimè, cui negotium hoc integrum relinquo.

Cibus matr. lactescere.) Aristot. lib. 3. cap. 20. de Historia animal. Macrob. lib. 5. Sat. cap. 11. Nihil doctius unquam de matrum lacte literis proditũ est, quàm à Gellio Phauorini oratio, quæ extat in Noctibus Atticis libro duodecimo, capite primo.

Sine procreatione.) Quur non procuratione potius, cum priores etiam editiones ita legant, & ratio lectionis ita poscat?

Nilus.) Reliqua de Nili miraculis memoriæ prodita, missa facimus. De Nili exundantia uarias scriptorum sententias collegit Plut. in Placitis, lib. 4. cap. 1. Citat inter reliquos historicos Herodotum. Præter hunc liberalem de hoc mentionem fecerunt (ut ego quidem legi) Arrianus lib. 8. de Vita Alexandri. Diod. Sicul. de Rerum antiq. lib. 1. cap. 3. Philost. lib. 6. de Apollonij uita. ex oratoribus, Isocrates in Busiride. ex philosophis, meminerunt quidem Plato & Aristoteles: & citatur quidem Aristotelis titulo liber de Nilo, qui tamen in catalogo non reperitur.

Seneca liberalius lib. 4. de Naturalib. quæstionibus. Lucret. lib. 6. ex Geographis Pomp. Mela lib. 1. Plin. lib. 5. cap. 9. Solin. cap. 40. Strabo libro 17. ex Astronomis Cleomedes, ubi disputat, utrum sub aquilone habitetur. Extat de hoc Claudiani carmen.

Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates.) Lucan. lib. 3. — Sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates, Phariæ uice fungitur undæ.
Solin. cap. 50. Polyhistoris: Mesopotamiam opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar Ægyptij amnis terris superfusus, inuecta soli fœcunditate, ijsdem fermè temporibus quibus Nilus exit, sole scilicet in parte cancri uicesima constituto. Causas istius fœcundæ inundationis reddit Polybius sub finem 9. epitomes: αἴτιον δὲ τούτων, ὅτι συμβαίνει τὴν μὲν αὔξησιν οὐκ ἐκ τῆς συῤῥήσεως τῶν χειμερινῶν ὄμβρων, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀνατήξεως τῶν χιόνων· τὴν δὲ μείωσιν διὰ τὰς ἐκτροπὰς τὰς ἐπὶ τὴν χώραν, καὶ τὸν μερισμὸν αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τὰς ἀρδεύσεις. Arrianus hoc omnibus Asiæ fluminibus commune esse dicit. Plura ex Plinio & Strabone petere licebit. Indus.) Hinc non ἄπειρος solum à Dionysio, sed etiam λαβρότατος, epithetis rem exprimentibus cognominatur. De magnitudine Arrianus uidendus est lib. 5. de fertilitate, Strabo lib. 13. Diod. lib. 3. Inde, opinor, idẽ Dionysius Indiam ἐράτην αἶαν uocat. Extat Plutarchi titulo libellus de Fluminibus, uaria historia refertus: de his uerò fluminibus in eo οὐδὲν πρὸς ἔπος.

Etesiæ.) Cur India duas æstates habeat, causam ad Etesias Plinius etiam lib. 6. cap. 17. transfert. ἐτησίαι autem dicũtur, quasi tu dicas, Anniuersarij. Mirabitur quis, qui nam Etesiæ uenti sint. Aristot. in lib. de Mundo, uentorum alios hyemi assignat, Austros nimirum ualidos & uehementes: alios æstati, Etesias nempe, mixturam quandam inter eos qui à Septentrionibus feruntur, habentes,

& inter Zephyros. Ex quibus uerbis colligere licet, Etesias eosdem cum Aquilonibus esse: quod affirmare uidetur Plinius lib. 2. cap. 47. Diuersos autem esse, fortè quispiam existimauerit ex his Theophrasti uerbis: διάφορος δὲ βορέας, καὶ μᾶλλον οἱ ἐτησίαι, τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ αὐλῶνα τολμῶν εἰκοῦσιν οὗτοι. Sed idem aliquanto pòst indicat, boreas fieri ἐτησίας, Austros non item: quod aliquanto clarius ex Plinio relucet. Sic enim scribit cap. 34. libri 18. Nec tamen eum (Aquilonem intelligit) toto anno in prædictis timet agricola, mollit sidera æstate media, mutatis nomen, & Etesias uocatur. Plutarchus item, & Laertius ex Thaletis sententia, Nili exundationem Etesijs assignant. Quo loco Budæus, ἐτησίους Aquilones anniuersarios transtulit. Salinas.) Plin. lib. 2. cap. 103.

Medicamentorum.) In quibus regnat Arabia.

Sin quærat.) Alia quæstio, utrum hominis causa mundus sit factus. De qua nobis dictum est apud Lactantium cùm alibi, tum libro septimo, cap. 3. & 4.

Tota hominis fabricatio.) De hoc quoniã abunde apud eundem Lactantiũ in præclaro de Opificio Dei libro diximus, hic breuiores erimus. Et sicut illic, ita hic quoq;, diuina prouidentia ab enumeratione partium corporis humani statuitur.

Tribus rebus animantium.) Sicut uita tribus his rebus continetur: ita morbi ex his tribus, sententia Hippocratis, ut Galenus testatur, proficiscuntur.

νόσοι γίνονται πᾶσαι, αἱ { μὲν ἐξωθεν ἐν ἢ παρίχοντος. δὲ ἔσωθεν ἐν τῶν διαιτημάτων. } Et sic quæ causæ debilitant, eædem etiam inferimunt.

Genuini uocantur.) Ab his prouerb. natum, Genuino mordere. Verùm quod ad institutum attinet, ipse etiam

etiam Aristoteles hoc ipsum confitetur libro tertio de Partibus animal. cap. 1. ubi indicat, cæteris quidem animantibus dentes alias ob causas alijs datos esse: Homini uerò primùm communem cum omnibus usum concedit, nempe τὸν πρὸς τροφῆς ὄργασίαν, deinde etiam πρὸς τὸν διάλεκτον καὶ τῶν γραμμάτων γένεσιν non mediocriter conducere. Quæ officia ut commodius fierent, tres dentium ordines natura disposuit, in quibus reliqui Aristotelis doctrinam sequuti quoq; sunt. Nos ordines istos ex Aristotele, Plinio, Galeno, & Polluce potissimum, diductione quadam ob oculos ponemus.

Dentium

Dentium humanorum ordines tres ab Aristotele et Plinio describuntur, qui secundum Galenum in uniuersum 32. numerantur

- I est primorum τῶν προσθίων, quorum officium est διαιρεῖν, id est, digerere cibum. Horum 8. numero sunt, et nominantur
  - τομεῖς, ὅτι τέμνουσιν τὴν τροφὴν.
  - διχαστῆρες, ὅτι διχάζουσι τὸ προσπεσὸν.
  - κτένες, ab occidendo.
  - γελάσινοι, ὅτι συμνοῦντες γελόντων. Martialis: Nec grata est facies, cui gelasinus abest.
- II eorum qui conficiũt cibum, et cõminuunt, ὀμφίων maxillariũ et paxillarium. Sũt duplices, & πλατεῖς, 20 numero, quorũ alij
  - μύλοι, ἢ μυλέτῃ, Latinis etiam molares, διὰ τὸ λεαίνειν ἴσως τὴν τροφὴν, ὡς ἡ σιταργὸς μύλη.
  - τελευταῖοι, nouissimi, nominantur
    - σωφρονιστῆρες Cleanthi, κατὰ τὴν τοῦ φρονεῖν ὥραν. Quanquam Pollux alios à Serotinis eos putare uidetur, & singularem cõstituere speciem. Genuini Persio, Plinio, et Ciceroni hoc loco: sic quibusdam dicti, quòd genis proximi sint.
    - ὀψίγονοι, serotini, eo quòd circiter 20 annum, multis et 80, ut Plinius ait, &, ut Varroni placet, post 7 enascantur.
    - κρατῆρες Aristoteli, ἀπὸ τῆς κρατεῖν fortassis. κρατῆρες alij legunt, à Cranio forte.
- III eorum qui discriminant, ὁρίζουσι, ὀξεῖς καὶ πλατεῖς. Canini Latinis, sicut Græcis κυνόδοντες dicuntur. Hi numero sunt 4.

Si uoles, adde his, quæ Andreas Vesalius sub finem primi Anatomices commemorat. Apponit enim etiã dentium nomina Hebraica.

Tonsillæ.) Plin. lib. 11. cap. 17. ait tonsillas in homine esse, quæ sunt in sue glandulæ, Græcis ἀντιάδες sunt, alijs παρίσθμια: sic etiam Aristoteli dicuntur. Alij amygdalas & faucem uertunt ἀντιάδας. Pollux lib. 2. τῶν τοίνυν ἐντὸς ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν ὑπογλωττίδα τόπων. αἱ μὲν ἑκατέρωθεν προὔχουσαι σάρκες, καὶ παρίσθμια καλοῦνται. Galenus quatuor esse ait, duas ad linguæ radicem utrinq; conspicuas, duas omnino prominentes. Additq; ob id παρίσθμια dici, quòd locus in quo sitæ sunt, isthmo similis sit.

Aspera arteria.) τραχεῖα ἀρτηρία. Nam Platonis, Hippocratis, & Aristotelis temporibus, arteria tantum dicebatur: cum sæpe uenarum nomen arterijs tribuebatur, ut pulchrè Andreas Vesalius docet lib. de Humani corporis fabrica 3. cap. 2. Cæterùm de huius consideratione legendum est cap. 4. eiusdem operis. Figuram autem exhibuit cap. 37. libri primi.

Ostium habet.) στόμα, idq; semper patens: ἀεὶ ἀναπέπταται, inquit Galenus.

Stomachus.) Stomachus hîc non uentriculum, sed cibi uiam, ipsamq; gulam significat. nam sic Græcis etiam nominatur. Pollux lib. 2. προσπεφύκασι δὲ κατὰ λεπτοὺς ὑμένας στομάχῳ, ὃν καὶ βρόγχον καὶ ἀρτηρίαν ἔνιοι, οἱ δὲ καὶ φάρυγγα καλοῦσι. Addit, Homero λαιμὸν καὶ λευκανίαν uocari. Videndus ad hæc Celsus est, & quæ ibi Cæsarius annotauit ex Galeno. **Linguæ radicibus.**) πρὸς ταῖς σπονδύλαις τοῦ τραχήλου. Galen.

Animam eam.) Vitalem uidelicet. sic enim Homerus ibi, ψυχῆς (ait) ὤκιστον ὄλεθρον, citante ibidem ex Iliad. χ. Polluce. ea namq; parte Hectori lanceam Achilles infixit.

Quodam quasi operculo.) Ligula Latinis,

ἐπιγλωττίς

ἐπιγλωττὶς uerò Græcis hoc operculum dicitur, quod ex linguæ radice originem trahit. Hæc, inquit Galenus, non os modò claudit, sed cibum etiam ueluti uentilabro purgatum, & arteriæ orificio superimpositum, ad stomachum pontis modo deijcit. De hoc in Symposiacis Plutarchi dissertatio est aduersus Erasistratum medicum, quæ repetitur à Gellio lib. 17. cap. 11.

Sed quum alui natura.) Per alui naturam primò partem intelligit, deinde totum. Partem inquam diserte dicit, dum cibi & potionis receptaculum nominat. Nam sic Cor. quoq; Celsus appellat, id quod Græci σιτοδόχον. Medici uitandæ ambiguitatis causa, uentriculi frequentius uocabulo utuntur. Est enim æquè amphibola stomachi nomenclatio, sicut apud Græcos γαστὴρ & λοιλὰς nomina. Hoc siquidem nomen non uentriculum modò significat, sed etiam uentrem: hoc est, totam illam concauitatem, quæ infra præcordia supraq; pubem est, quæ intestina & alia cœlionis instrumenta continet. Sic hoc loco alui uox significat. id quod inde intelligi licet, q̃ multiplicem & tortuosam nominat, quæ in uentriculo non habere locum possunt. Accedit huc uulgatus loquendi modus, quo aluum ire dicimus, cum excrementa crassiora excernuntur. γαστὴρ uerò, ut plurimum uterum significat, generationis uidelicet officinam, ac domicilium fœtus. Nam ἐν γαστρὶ ἔχειν, uterum ferre, usitatus utrinq; modus loquendi, rei huic fidem facit. Interim tamen sæpe nõ pro uentriculo modò (quod rarius est) sed etiam pro uentre usurpari, non obscurum esse potest, uel Polluce monente. Redeamus ad λοιλίαν: eam tam uentriculum quàm uentrem significare, monet Fuchsius in Aphorismo 15. Sectione 1. ubi sic legitur: αἱ λοιλίαι χειμῶν & καὶ ὄρ & θέρους πάσι φύσει. Quo loco interpretes optimi magno consensu transtulerunt uentrem, ut par fuit; alioqui grauissimè inter se

ter se dissentientes. Aluum poterant, si Ciceronem imitari uoluissent. Sic enim utrumque, tam uentriculum quàm uentrem exprimere potuissent: misi fortè oratori non multum autoritatis in Machaonis arte tribuitur. Eam namq; eleuari uidemus, ut iam inferius patebit.

Multa sunt mirabiliter.) Hinc Galenus de usu partium διεύρημα θεῖον nominat, οὐκ ἀνθρώπειον, addita præter alias pulcherrima ex Homero similitudine de follibus Vulcani: qui, ut est Iliad. ϛ. sua sponte opus suum frangere finguntur. **Arcet ac continet.**) Hæc multo euidentiora & magis conspicua fient, si quatuor digestionis gradus ex Macrobij Saturnalibus in conspectum posuero. Extat lib. 7. cap. 4.

Quatuor sunt in nobis uirtutes, quæ administrandã alimoniam receperunt

- λαβετικὴ, quæ deorsum trahit cibaria, cõfecta mandibulis.
- κατακτικὴ, retentatrix.
- ἀλλοιωτικὴ, huius sunt digestionis officia quatuor
  - Prima, conuertit cibum in succum.
  - Secũda, qua succus transit in sanguinem.
  - Tertia fit in uenis et arterijs, quæ spiritus & sanguinis receptacula sunt.
  - Quarta cibi probè digesti alimonia nutrit ossa, medullas, ungues, capillos. Huic genituram etiam assignant.
- ἀποκριτικὴ, remittenta per intestina egerit.

Per uias.) δύο φλέβας. **A medio intestino.**) Ciceronem nostrum falsi reum facit ANDREAS VESALIVS lib. de Humani corporis fabrica 5. cap. 6.

cap. 6. Vesalius inquam, uir non modò de arte sua, sed de literis in uniuersum optimè meritus. Ciceronis causam scipiam ex æquo & bono componendam, idq; coram arbitris, ut opinor, satis idoneis. Concessurus hoc pro sua, quam re ipsa comperi, humanitate nobis, ut spero, est. Neque enim opus est, ut ἀνριθοδίκαιον Rhadamanti summo iure contendentes experiamur. Cedat ipse Galenum arbitrum, uirum ex Asclepiadea doctrina minimè repudiandum. Nos pro manibus Ciceronis Macrobium exorabimus, uirum rerum naturalium minimè imperitum, & utriusq; linguæ callentissimum. Horum arbitrio causam iudicandam, sine appellatione committemus. Nos τὸ μεσοφτέριον, inquit, siue τὸ μισάραιον: Cicero falsò medium intestinum transtulit. Quomodo igitur? Nam multa uir ille, Græca latinis uerbis efferre uoluit, & in communem loquendi usum traducere, eaq; quæ duriora uidebantur, usu mollire. In his nimirum hoc quoq; fuit, quod cum Latinæ duricies componi non permitteret, disiunctum enunciauit Græcorum compositionem, multoq; comptius. Hanc naturalem transferendi rationem sequutus est etiam Andernacus, qui nunc medium intestinum, nunc medium intestinorum, apud Galenum transferre nihil dubitauit, parum fortè istius Tullianæ translationis conscius. Sed quid aliud uel è re natum, uel diu deliberatum in mentem uenire potuit uel illi, uel alij cuiuis, quàm uerbum è uerbo mediu um intestinum dicere Latinè, ubi Graijs sua lingua μεσοφτέριον est? Neq; enim quicquam aliud monebit uel etymologia, uel deriuatio. Repetat nobis Galenus quæ olim scripta reliquit. Nam in Anatomici operis lib. 6. has illis nominibus appellationes ab accidentibus inditas affirmat. Verba sua lingua sonantis sunt: μεσοφτέριον μὲν ἀπὸ θέσεως, μισάραιον ἀπὸ δὲ οἰκείας οὐσίας. μέσον τε γὰρ τέτανται πᾶν ἐντέρων, ἠδὲ πάσας τὰς ὀξὺ ἅπτου ἀς αὐτὸ διαφόρους μέσας

μέσας φλέβας, ἅμα τοῖς παχυμεσέναις ἀρτηρίαις τε ἠδὲ νεύροις ἐν μέσῳ περιλαμβάνει, ἑκάτερον ἑκατέρων τῶν ἐντέρων. Græcis certè uerbis Latinam hanc Cicero uersionem firmius fulcire non poterat. Sed audiamus etiam nostrum, Latinè non dissimilia pronunciantem: ita tamen Latinè, ut ex Græcis fontibus fluxisse uideantur. Sic legitur in primo de Som. Scip. capite: Intestina principalia tria, quorum unum dissipium (sic τὸ διάφραγμα uertit, licet alij disseptum legant:) alterum medium, quod Græcè μεσεντέριον dicunt: tertium, quod ucteres hiram uocauerũt, habeturq; principium intestinorum omnium, & cibi reliquamenta deducit. Contentus his sententijs Vesalius deinceps, quæ ipsius est humanitas, Ciceroni æquior erit, nec mihi inter amicos dudum recepto indignabitur, si homo grammaticus falcem meam in medicorum messem immiserim. Nam hoc prærogatiuæ literæ dudum publicè habent, & iure quodam quasi gentium constitutum.

Ad portas iecoris.) Galenus sub initium 4. de Vsu partium confitetur, ex ueteribus aliquem δεινὸν περὶ φύσεως uirum, sic portam iocinoris appellasse, huncq; sequutum esse ipsum Hippocratem, & totum Asclepiadarum cœtum hanc nomenclationem porrò continuasse. Idem Galenus in Medico eas his uerbis describit: πάλιν οὖν διὰ τοῦ μεσαράϊου αἱ φλέβες αὗται διέξασιν, δύο μὲν μεγάλαι καὶ πολλῶν ἡμιδέσμους δὲ εἰς τὸ ἧπαρ ἑκατὰ τὰς λεγομένας αὐτῷ πύλας. Pollux uerò: ἐκαλεῖται δὲ τοῦ ἥπατος τὸ μὲν αὐτοῦ πρὸς ἃς κοιλαίνεται τὸ αἷμα. ὅπερ διὰ μιᾶς φλεβὸς εἰς πάσας τὰς φλέβας ἀπ' αὐτῶν ἀναπέμπεται. Cæterùm paulò antè Galenus idem docet in hunc modum fieri: Assurgere nempe uenulas, quæ hirundinum instar ore aperto, letiuno inhiantes, omnem eo alimoniam in succum conuersam exugant, simulq; in sanginem conuertant, nõ quidem purum eum, sed fæculentum, felle & alijs crassioribus mi-

bus mixtum humoribus. Porrò quod hîc cibum Cicero nominat, τροφὴ Græcis est, quam alij alimoniam, alij nutrimentum transferunt. Vidi qui hanc animæ cibum dicerent, uitalis nempe, qui (ut dictum est) per duos canales ad iecinoris portas trahitur. In iecinore, quod sanguinis est officina, quicquid serosum in nutrimento est, secernitur, ipseq; cibus, siue ἡ χυλὸς, id est, succus, ἡ κεχυλωμένη τροφὴ, sanguinis naturam induit.

Aliæ ad renes.) Video eas emulgentes à non indoctis uocari. Sunt instar τοῦ λ. Per has, inquit Cicero, cadit cibus à iecore delapsus. Cibum hoc loco non ut superius intelligo. Iam enim τὸ ὀρρῶδες est secretum.

Secreta bilis.) Flaua quidem ad κύστιν, id est, uesiculam, quæ ob id ipsum χοληδόχος appellatur: atra ad lienem, docente in Schola Galeno. Ex reliquis humoribus ad uesicam per meatus οὐρητῆρας dictos urina deriuatur, & per colem foras excernitur, per κρεμαστῆρας ad testes seminis officinas, quæ γόνη nominatur alijs, alijs σπέρμα.

Quæ caua.) Sic ab insigni amplitudine Græcis κοίλη μεγάλη apud Aristotelem uocatur, item στελεχιαία, metaphora ex arborum propagine deducta: unde ἀποσχίδες, id est, rami propagantur, quanquã hoc nomen cum portæ uena commune habet: ἑπατικὴ præterea.

Ad cor.) εἰς τὴν δεξιὰν τῆς καρδίας κοιλίαν. Galen.

Quam uentriculum.) Memini, plura de corde nobis apud Lactan. esse dicta. Sed illa nunc ad manum non sunt. Vt ut sit, hic diutius pedem figemus. Primùm cordis etymologiam rimabimur. Chrysippus ἀπὸ τῆς κρατίας dictum arbitratur, per μετάθεσιν & ἀντίστοιχον, eo quòd cor principatum habeat. Id Galenus negat in libro de Hippocratis & Platonis dogmatibus, propterea fortè, quòd Plato rationem in capite, tanquam reginam in arce locauit. Pro Chrysippo facit illud quod apud Pollucẽ βουλιμᾶν idem

idem est, quod Doricè καρδιώττειν. Atqui Galene, ita inualuit ista Stoicorũ loquendi ratio, ut ne suæ quidem factionis homines aliter loquantur, quantumuis aliter sentientes. Homero nihil usitatius est quàm consilia ἐν στήθεσι ponere, quod nihil aliud est quàm τὸ ἡγεμονικὸν pectori tribuere. Hinc Latini cordatos, prudentes appellant, ut est apud Ciceronẽ nostrum in Tusc. quæst. 1. Sed hanc quæstionem æquo prolixiorem futuram, missam facimus. Alij à motu perpetuo, quam palpitationem uocant, illi nomen formant. Non est huius loci monere, quòd ueteres τῆς καρδίας nomine pro stomacho usi sunt. Definitionem iam uidebimus, quam Hippocrates in libro de Corde posuit: ὁ καρδίη μῦς ἐστιν κάρτα ἰσχυρὸς, οὐ τῷ νεύρῳ, ἀλλὰ πολήματι σαρκὸς. Subiungit partes: καὶ δύο γαστέρας ἔχει διακεκρισμένας ἐν ἑνὶ περιβόλῳ, τὴν μὲν ἔνθα, τὴν δὲ ἔνθα. γαστέρας uocat, quod hîc Cicero noster & totus interpretũ consensus uentriculos. Arist. & plerique medicorum κοιλίας, κόλπους alij: unde Latinorum quidam sinus nominant, Plin. specum sinuosum. Arist. lib. de Hist. animal. 3. cap. 3. uentriculorum numerum, pro corporũ quantitate ponit, minimis uix maximum, medijs alterum etiam, maximis tres aßignans, à quo physici omnes dissentiunt præter Plinium, qui lib. 11. cap. 37. Aristotelica uerbum è uerbo ferè transtulisse uidetur, quæ breuitatis studio prætermittimus. Galen. certè lib. de Vsu partium 6. cap. 9. se Aristoteli opponit. Hanc litem dirimit Andreas Vesalius lib. 6. cap. 11. qui sub initiũ illius libri negotium hoc elegantißimis figuris, euidentißimè expreßit. Licebit cum his conferre quæ Rhodiginus libro secundo, cap. 48. colligit. Nos interim Pollucis de corde uerba subiungemus, ex quibus multum lucis huic loco accedet: ὑπὲρ τοῦ (διαφράγματος intellige) ὁ καρδία, κόλπους ἔχουσα αἵματός τε καὶ πνεύματος, ὧν τὸ μὲν ἐκπέμπει δι' ἀρτηρίων, τὸ δὲ ἀναπέμπει διὰ φλεβῶν.

αἱ δὲ λείπουσι μαλακώτεραι ἰσχίαι· ἡ μὲν ἐπ' ἀριστερὰ, παχυτέρα, ὡς πνεύματος καὶ αἵματος ἄφεσις, ἡ δὲ ἐν δεξιᾷ, λεπτοτέρα ἔτι ἐοῦσα μᾶλλον· διὰ δὲ συγχωρίας, ἀφ' ἧς αἱ τοῦ αἵματος ἐκτροφοί εἰσιν. ἰᾶται δὲ ὑπὸ μαστὸν ἀριστερόν. Addendum illud etiam, quòd Galenus διαστολὴν uocat, qua sanguis in cordis uentriculum dextrum ex uena caua trahitur: συστολὴν uerò, qua in uenam pulmonis arteriosam pellitur.

Quid dicam de ossibus.) Transitus ab anatomia interiorum ad osteologiam.

Mirabiles commissuras.) Est enim duplex ossium compositio, quam hîc Cicero attingit. Est autem huius generalis apud Galenum diductio huiusmodi:

τῶν ὀστῶν λύσις τὸ
- ἡ μὲν πρὸς τὸ κινεῖσθαι, ad motum: περὶ ἧς ἐλέχθη τὰ πρόσθεν.
- ἡ δὲ πρὸς τὸ ἀκίνητον, ad stabilitatem, συναρθρώσεις. ἤδη ταύτης ἰδέαι,
  - ῥαφή, sutura
    1. σφηνοειδὴς.
    2. ὀδοντοειδὴς.
    3. λαβδοειδὴς.
    4. } ληπτάριαι.
    5. }
  - σύμφυσις, commissura. Commissura superioris maxillæ partes constant.
  - Facies nouem habet.
  - γόμφωσις, conglutinatio. Hac dentes conglutinantur.

Hæc pro huius negotij explicatione sufficiant. Possit alioqui tota ὀστεολογία una quadam figura ostendi. Cicero motui & stabilitati adijcit actionem & finitionem. Sed actionem motui rectè addideris, finitionem stabilitati.

Huc adde neruos.) Medici paulo dilucidius hoc tradunt, neruorum differentias constituentes.

Neruorum

Neruorũ alij oriuntur
- Ex cerebro & meningibus. quorum
  - Hi quidem motus corpori uoluntarios præbent, & facultatem sentiendi.
  - Illi colligant & continẽt artuum membrorum'quẽ iunctturas ac cõplexiones.
- Ossibus,

A' corde tractæ.) Quid hoc sit, non intelligo. Nam Bætenus in ea jui persuasione, quam à philosophiæ rudimentis imbibi, nempe quemadmodum arteriarum origo ex corde proficiscitur, ita uenas ex hepate, ex cerebri membranis neruos oriri: nisi fortasse Platonem & ueteres sequutus, uenas cũ arterijs confundit. Nam in Timæo τὴν ἀρχὴν τῶν φλεβῶν πηγὴν facit. Sed dum latius de hoc circumspicio, uideo Plutarchum hoc medicis tribuere, eos enim in Placitis ait affirmare, cor primùm in utero absolui, ut in quo uenarum & arteriarum principium sit. Et Galenus de fœtuũ formatione memorat, hoc Chrysippo, alijsq; multis, tam Stoicis quàm Peripateticis philosophis uisum esse, de corde ita pronunciare, ut asserant id primùm omnium animalis partium generari, & ab eo alia oriri: eoq; quòd primùm formatum fuerit cor, debere necessariò id & uenarum & neruorum originem esse. Sed post Galenum diligenter hanc quæstionem explicuit D. Vesalius. Medicis hæc, ut sua, relinquimus: nos nostri memores officij, inter limites nostros nos continebimus. Venas à ueniendo dictas autumant, quòd per eos sanguis eniat: quod facilius crederem, si quantitas non repugnaret. Plinius certè sanguinis riuos nominat, sicut arterias spiritus semitas. φλὲψ Grammaticorũ alijs dicuntur ἀπὸ

τοῦ χυμοδέστατον φλέγμον περιέχειν, sic sanguinem nominant: alijs παρὰ τὸ δι' αὐτῶν βαίνειν τὸ φλογάδες. Hæ tamen deriuationes ut rem ipsam finiunt, ita uehementer tortæ & coactæ uidentur. ἀπὸ τοῦ φλέβειν malim, quod abundare significat. Quidam arterias scribunt dictas esse ab ἀὴρ et τηρῶ, quasi spiritus custodes. D. tamen Philippus existimat arterias dici ab ἀρτάω, quòd firmiusculè compactæ sint, aut suspendant secum uenas. nam adiunctæ uenis, in totum corpus sparguntur.

Celsos & rectos.) Amplificatio diuinæ in hominis fabrica prouidentiæ, à statu, seu corporis habitu. unde & Lactantius sæpius dignitatem hominis amplificat, cùm in Diuinis institutionibus, tum etiam de Opificio Dei, occasione sumpta ex illo Nasonis:

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere
Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.

Quo loco Raphael etiam credit, Ouidium sua ex hoc Ciceronis loco sumpsisse. Socrates etiam apud Xenophontem in primo τῶν ἀπομνημονευμάτων hanc corporis humani constitutionem in argumentum prouidentiæ diuinæ rapit: ἡ ὀρθότης, inquit, καὶ πρὸς ὁρᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι, καὶ τὰ ὕπερθεν μᾶλλον θεᾶσθαι, &c.

Sensus autem.) Alia ex sensuum enumeratione amplificatio. Sensus autē nuncios atq; interpretes rerum uocat, sicut de Legib. 1. satellites atq; nuncios: ibi namq; amplificat dignitatem hominis à similitudine, coniunctione atq; cōmunicatione, quam cum Deo habet: & menti addit sensus ministros. Sic Lactan. cap. 16. de Opificio Dei, ministra membra nominat. διακονοῦνται γὰρ, ut Asclepiades Bithynius ait, αὐταὶ, καὶ ὑπηρετοῦνται τῇ ψυχῇ.

Tanquam in arce.) Macrob. in Som. Scip. lib. 1. cap. 6. Videtur his uerbis Lucilius Stoicorum definitionem ex-

nem exprimere, uel ad eam saltem alludere: quæ, ut à Plutarcho refertur, definit τὰ αἰσθητήρια λέγεσθαι πνεύματα νοερὰ, ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τὰ ὄργανα τεταμένα. & apud Laert. αἴσθησις δὲ λέγετε κατὰ τοὺς στωϊκοὺς, τό, τε ἀφ' ἡγεμονικοῦ πνεῦμα καὶ ἐπὶ τὰς αἰσθήσεις διῆκον, καὶ ἡ δι' αὐτῶν κατάληψις. Hîc multa hūic amplificationi consona, ex uarijs, & maximè theologis, diuinam prouidentiā contemplantibus, annotari possent: sed quia de his abundè apud Lactantium diximus, hâc data opera prætergredimur.

Pupilla.) κόρη Græcè. Omnisq; sensus hominum.) Imò homo à multis animantium superatur, cuius multa exempla collegit Plin. lib. 10. cap. 69. Item quæ animantia quibus sensibus uel careant, uel excellant, collegit Aristot. de Hist. animal. lib. 4. cap. 8. Quæ uerò Lucilius hoc loco ad sui instituti cōfirmationem cōgerit, non sensorijs instrumentis, sed animi sensibus, id est, mentis iudicio & manuum promptitudini, et artis habitui adscribenda sunt. Corneolis.) Adiectiuum diminutiuum à cornu. Non tamen quantitatem, sed qualitatem cartilaginis, quæ mollior quàm os, durior quàm caro existens, ita solida est, ut latitudinem alarum facilè suffulciat. Sunt enim τὰ ὦτα, ut Medicorum definitio habet, νευρώδη καὶ χονδρώδη. Multisq; cum flexibus.) Conchulam intelligo, in cuius medio turbinatum est foramen, quod τρόγγυλον τρύπημα uocāt. hic enim est ἀκουστικὸς πόρος, id est, meatus auditorius. Pollux: καὶ ἡ ὀπὴ δὲ τῶν ὤτων, ἡ παραπέμπουσα τὴν φωνὴν εἰς τὴν ψυχὴν, σκόλιος πόρος τῆς ἀκοῆς λέγεται. Et hæc rectè ab homine Stoico dicuntur. Hisce siquidem argumentis ab illis probatur, uocem corpus esse. Obliquitas autem illa uocis qualitas quædam est, quæ foris echò facit. De his inter cæteros Lucretius lib. 4.

Gustatus.) Quod alijs gustus est (γεῦσις) Cic. frequentius gustatum solet appellare. ut de Orat. Gustatus, qui est

sensus ex omnibus maximè uoluptuariis, & qui dulcitudine præter cæteros commouetur. Quanquam & aliquando gustum dicit, & gustatus uocem pro ipsa gustatione usurpat.

Et uirtutes.) *Nam uultus animi interpres, affectiones prodit.*

Et uocis genera permulta.) *Diuisionem uocis, quod ad præsens negotium spectat, ex Quintiliano hic ponemus. Sic enim est lib. 11. cap. 3. ubi plures quàm Cicero species enumerat, hoc modo:*

Natura

- Natura uocis spectatur
  - Quantitate. Hæc simplicior est. In summa enim aut est
    - Grandis, μεγάλη, ἡ μεγαλοφωνία. Aristoteles in Probl. τῶν μεγάλῳ τῇ βαρεῖ confundit, cui frequenter opponit τῶν ὀξέων.
    - Exigua, σμικρὰ, σμικροφωνία.

    inter has extremitates mediæ species abimo ad summum et retrò multi sunt gradus.
  - Qualitate. Hæc magis uariat. Est enim aut
    - Candida, λευκὴ, idem arbitror quod Ciceroni est canorum. Nam Aristoteles in Top. τὸ λευκὸν σύμφωνον exponit, cui opponitur δυσύμφωνον.
    - Fusca. Plin. lib. 28. cap. 6. Vox reuocatur, cum è candida declinat in fuscã. Pollux et μέλαιναν et φαιὰν ponit, id est, atram & fuscam, seu pullam.
    - Plena. Arbitror eandem cum πολυφωνίᾳ, quanquam loquacitatẽ hac uoce intelligant.
    - Exilis, acuta fortassis, ἡ ὀξεῖα.
    - Leuis, Læuum apud Cic. nescio an rectè.
    - Aspera, τραχεῖα.
    - Cõtracta, ea fortè quæ Polluci στενὴ.
    - Fusa, πλατεῖα, nisi malis διεσπασμένη.
    - Dura, δυσκαμπὴς, flecti nescia.
    - Flexibilis, εὐκαμπὴς.
    - Clara, λαμπρὰ, λαμπροφωνία, ἡ σαφὴς.
    - Obtusa, ἀσαφὴς.

Sunt plures uocis apud Iulium Pollucem species. Cau saspaßim ex Galeno & alijs pete. Consule ad hæc Cælium lib.10. Antiq.lect.cap.52.

Quo ciborum.) Non patiamur medicinam, saluberrimum Dei donum, honestißimarum artium numero eximi. Sed meritò notatur culinaria, seu coquinaria, quã Græci ὀψοποιΐαν, ὀψοποιϊκὴν καὶ ὀψοποιητικὴν nominant, ab Apicio primùm, deinde à Platina apud Latinos quidem celebrata. sed apud Græcos olim Glaucus Locrensis, Mithœcus, Dionysius, Heraclidæ duo genere Syracusij, Agis, Epænetus, & alij ὀψαρτυτικῶν scriptores ab Athenæo memorantur. Hanc Plato medicinæ quasi æmulam in Gorgia, siue adulatricem facit. Sed audiamus ipsum Platonem: ὅτι ὁ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικὴν, τοῦτο ὀψοποιητικὴ πρὸς ἰατρικήν. μᾶλλον δὲ ὧδε, ὅτι ὁ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικὴν, τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικὴν. καὶ ὅτι ὁ ὀψοποιητικὴ πρὸς ἰατρικὴν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικαιοσύνην. Quem locum expreßit etiam Fab. lib.2. cap.16. Ita inquã, se res habet, ut medicina ueluti præclara quædam uirtus in medio constituta, facilè in coquinariam proximum & uicinum uitium degeneret. hoc indicat Eryximachus medicus Acumeni filius, apud eundem Platonem in Symposio, ubi ad uoluptatem indulget quidem, cæterùm incontinentiam uitandam censet. Confert autem amoris uoluptates cum uoluptatibus ciborum, his uerbis: καὶ οὗτός ἐστιν ὁ καλὸς, ὁ οὐράνιος, ὁ τῆς οὐρανίας μούσης ἔρως. ὁ δὲ πολυμνίας ὁ πάνδημος, ὃν δεῖ εὐλαβούμενον προσφέρειν οἷς ἂν προσφέρει, ὅπως ἂν τὴν μὲν ἡδονὴν αὐτῷ καρπώσηται, ἀκολασίαν δὲ μηδεμίαν ἐμποιήσῃ. ὥσπερ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ μέγα ἔργον, ταῖς περὶ τὴν ὀψοποιικὴν τέχνην ἐπιθυμίαις καλῶς χρῆσθαι, ὥς τ' ἄνευ νόσου τὴν ἡδονὴν καρπώσασθαι. Nescio an hîc memorare debeam, quod lib.2. de Valetudine tuenda Galenus refert, cum ait, coquum medici famulum esse,

esse, sicut pædotribam gymnastæ: ὡς ὁ παιδοτρίβης, inquit, ὑπηρέτης ἐστὶ τοῦ γυμναστοῦ τοιοῦτος, οἷός περ ὁ μάγειρος ἰατροῦ.

Coniunctio & comprehensio.) Intelligo τὸ σύστημα καὶ καταλήψεις, quibus ars constituitur.

Ne in Deo quidem.) Ita de Legibus quoque hanc coniunctionem & communicationem inter deos & homines constituit: nempe inter quos ratio communis est, inter eos etiam rectam rationem communem esse.

Ratione concludimus.) Plato loco superius citato hoc nomine inter medicinam & coquinariam dijudicat: quòd hæc ars sit, quia ratione constat: illa nõ item, quia peritia tantum.

Vos Academici.) ἀκαταληψίαν Academicorum notat, de qua satis copiosè cùm in Academicis quæstionibus, tum alibi Cicero ipse disputat.

Partim ad usum.) Videmus ergo hanc artis definitionem, quæ apud Lucianum, Quintilianum, & Galenum est, illorum hominum ætate longè antiquiorem esse: τέχνή ἐστι σύστημα ἐγκαταλήψεων, ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον ἐν τῷ βίῳ. Hic autem amplius quiddam additur, nempe, partim ad usum uitæ, partim ad oblectationem necessaria. Nam hac ratione non medicus modò, aut rhetor, sed adulator etiam suam gnathonicam, & coquus coquinariam suam, probabit artem esse. Eloquendi uis.) Est enim una de summis uirtutibus, ut Cicero alibi, & post eum Fabius Quintil. testatur.

A' pulmonibus arteria.) Quam asperam dici, superius intelleximus.

Principium à mente ducens.) Vocem à mente duci, Platonicum ab initio dogma fuit. Nam ut Plutarchus in Placitis refert, τὴν φωνὴν ὁρίζεται πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἠγμένον. & ipse sanè Plato inter mentis

mentis διαγγήματα uocem numerat, in Timæo. Hoc uerò dogma ipsi etiam Stoici amplexi sunt: discernunt tamen inter animalem & humanam uocem. Nam Diogenes Babylonius (ut citatur à Laertio) ζώου μέν ἐστι φωνὴ, ἀὴρ ὑπὸ ὁρμῆς πεπληγμένος. ἀνθρώπου δὲ ἐστιν ἔναρθρος, καὶ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη. Quid quòd medici quoq; in suis definitionibus definiunt ὁρμὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ. Apud Plutarch. additur etiam ex Platonis sententia, ratione & anima carentium uocem καταχρηστικῶς uocem dici, ut sunt χρεμετισμοὶ καὶ ψόφοι. Cæterùm τὴν φωνὴν propriè eam articulatam (τὴν ἔναρθρον) ὡς φωτίζουσαν τὸ νοούμενον.

Lingua est finita dentibus.) Vnde Homerus significanter ἕρκος ὀδόντων appellat. De quo uel in primis Gellij Atticæ noctes consulendæ sunt, lib. 1. cap. 15.

Multarum artium ministras manus.) Lactantius de Opificio Dei, cap. 10.

Efficimus.) Insinuat se paulatim in eum locum, quòd mundus hominis causa sit conditus. de quo, atque adeò de hominis dominatu, abundè apud eundem Lactantium diximus. Quasi alteram naturam.) Ars enim naturæ imitatrix, & æmula. de quo apud eundem. Imò tota hæc disputatio huc pertinet, ut hominis, qui μικρόκοσμος est, dignitas conspicua fiat, & ex hoc diuina prouidentia nobis innotescat. Hoc tum magis fiet, si homo seipsum nouerit. Tota siquidem rectè uiuendi ratio in hoc consistit, si homo sua bona norit, in quantam uidelicet à Demiurgo dignitatem positus sit: tum uel maximè cauebit, ne quid præter dignitatem faciat, ne se uitiorũ fœditate contaminet: sed semper meminerit, se in summa cum Deo coniunctione positum, æternæ beatitudinis hæredem esse.

Amnes.) Aquæ per terræ uenas meantis miraculũ, pulchrè considerat Seneca in 3. Natur. quæst. libro.

Principio ipse mundus.) Est & hoc planè Stoicum. Nam

cum. Nam Chrysippus cætera nata esse dicit causa hominum & deorum, eos autem communitatis & societatis suæ, ut bestijs homines uti ad utilitatem suam possint sine iniuria. Porrò mundum non modò deorum numine regi censent, uerùm etiam eum esse quasi communem urbem & ciuitatem hominum & deorum. Hæc de Finib. 3. Notatur etiam in Academicis, quòd hominis causa mundum conditum dixerint, cum tot perniciosis animantibus sit refertus. Apud Laertium ex Posidonij Stoici sententia mundus sic definitur: ἔστι κόσμος σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων. Atq; rursus paulo aliter: σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων. Sed, ni memoria fallor, de his quoque apud Lactantiũ dictum est, excussum'que quid Stoica doctrina dissideat in his à Christianorum catholica.

Terrenorum.) De hoc inter alios complures præclarè Aristot. de Mundo, ubi de terra disserit.

Vt igitur Athenas.) Ab analogia minoris. Nam quemadmodũ apud Iureconsultos, ut est in Tit. de rerum diuisione, quædam naturali iure communia sunt, ut aer, aqua profluens, &c. quædam iure gentium, ut littora, ripæ: ita iure ciuili quædam ciuibus inter se cõmunia sunt. & hæc singulari diuisione digerunt, quibus hæc deorum atq; hominum communitas per analogiam opponitur. Et hæc quidem gentilium doctrina est. Sed Deus apud prophetas dicit, hæc omnia sua esse, idq; possessione non quidem ciuili, ut Cicerò hîc docet, sed naturali. Mortalium uerò quicquid esse dicitur, eorum est χρήσει magis quàm κτήσει. Nam Hesiodus etiam χρήματα θεόσδοτα uocat. Et usucapio ista non ut ciuium, sed peregrinantiũ in hac terra est. Hæc ideo moneo, ut intelligatur, quàm cautè sit in gentilium probabilibus uersandum.

Circuitus solis.) Hoc etiam Homerus sensisse uidetur,

detur, cum de aurora sic ait:

ἠὼς ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ τιθωνοῖο
ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν.

Quid enim oues.) Possumus eos huius etiam erroris, uel suis ipsorum religionibus conuincere. Oues enim atq; boues Deo, ceu uassalli feudatario, in emphyteuseos argumentum offerebant.

Canum uerò.) De canum fide nemo memoratu digniora prodit, quàm Plutarchus.

Aratrum.) Quare Hesiodus in frugi patris familiás re familiari, cum primis requirit βοῦν ἀροτῆρα, quem socium laborum Plinius alicubi nominat. Vsq; adeò aratrum boui congruit, ut prouerb. inde natum sit, βοῦς ἐπὶ γυρὸν. Rursus, Nihil minus boui congruere quàm clitellas. et hominũ peruersos mores taxans Horatius, quòd scilicet pleriq; aliena quàm sua negotia curare malint, inquit:

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Poetæ loquuntur.) Hesiodus fictionis huius autor celebratur primus, deinde Aratus, quos hinc Latini sunt imitati. Nos hodie Vergil. & Ouid. habemus. Sed hæc si non Aratæa sunt (quod crederẽ, si rursus honesta aliqua mentio Ciceronis à Lucilio fieret) uetustioris, siue Ennij, siue alterius alicuius Latini uersus hîc expressos esse, nihil dubitarem asserere. Variant autem hi uersus non ab Hesiodo modò, sed à Latinis quoque plusculum. Primùm ab Aureo genere, fissione glebarum terras fuisse subactas hîc cernimus. Apud Hesiodum uerò, terra sua sponte fructum ferebat — ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἔην, καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
αὐτομάτη. Cæterùm in æreo seculo, quod tertium ipse facit, χάλκεα τεύχεα tribuit, quibus homines illi laborarint. Postea Heroibus μελικδέα καρπὸν
τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Quo

Quo tamen loco non addit αὐτομάτη. Apud Ouidium certè, aurea illa ætate,

Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec ullis
Saucia uomeribus, per se dabat omnia tellus.

Sed sub Ioue, argentea nimirum ætate

Semina tum primùm longis cerealia sulcis
Obruta sunt, pressiq; iugo gemuere iuuenci.

Sic apud Vergil. Georg. 1.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.

Sed apud Aratum in aurea ætate

— βίον οὔπω νῆσθ' ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον,
ἀλλὰ βόες ἄροτρα. καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν
μύρια πάντα παρεῖχε δίκη δώτειρα δικαίων.

Fabius Pictor de aureo seculo scribens, refert, uinum & far primùm illos docuisse Ianum, ad sacrificia magis ac religionem, quàm ad esum & potum. Aratæis hæc propria esse, sequentia melius declarabunt.

Ausa'que funestam.) Ouidius:

Tertia post illam successit ahenea proles,
Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma,
Non scelerata tamen. —

Sed in ferrea postea:

Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroq;,
Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma,
Viuitur ex rapto, &c.

Sic Hesiod. Heroum ætati bella quidem assignat, sed iusta (si qua iusta dici possunt) cæterùm uim in ferream conijcit ætatem. Apud Vergilium sanè non ita curiosè digeruntur ætates, per metallorum gradus. Aurea quidem Saturno sub rege fuere

Secula, qui placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,

Et belli

Et belli rabies, & amor succeßit habendi.

Sed Arateis, ut dixi, hæc similiora sunt. quanquã non in ferreã, sed æneam ætatẽ, et arma conijcit & boum esum: χαλκείη γενεὴ, προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες, οἳ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων. Tum siquidẽ

Deseruit properè terras iustißima uirgo,
Atq;, ut Ciceroniana Ciceronianis addamus,
Et Iouis in regno, cœliq; in parte resedit.

Quam Augusti tempore Maro noster redituram ominabatur. Sed de hoc in Sibyllinis. Verùm si quis mirabitur, qui nam primus boues aratro iugauerit: Plin. Brigem Athenienſem memorat, uel secundum alios Triptolemum: Prometheum uerò, bouem occidisse.

Vt eorum uisceribus.) Solonis hoc lege cautum fuisse legimus, ne quis bouem aratorem mactet. Et Plin. memorat, apud Romanos quoq; bouis (ut quem socium laboris & agriculturæ habemus) interemptorem exilio multatum fuisse. Columellæ uerba Marsus annotat.

Animam ipsam pro sale.) Lege de hoc Plin. lib. 8. cap. 51. Varronem lib. 2. de Re rustica, cap. 4. Consule ad hæc in Chiliad. Eras. Prouerb. Sus Mineruam. & nos quædam collegimus apud Lactant. lib. 4. cap. 17.

Pronœa nostra Epicurea.) Singularis quidam lepos huic inest antithesi. & sicut Epicureus, πρόνοιαν anum fatidicam prosopopœia festiua finxit: ita Stoicus eam quodãmodo in Epicureas partes conceßisse ait, dum eam uoluptati aliquo modo indulsisse insimulat.

Et alites.) Quid alites & oscines differant, nemo melius discernit quàm ipse Cicero, qui in 1. de Diuinatione sic scribit: Eademq; efficit in auib. diuina mens, ut tum huc tum illuc uolent alites, tum in hac tum in illa parte se occultent: tum à dextra, tum à sinistra parte canant, oscines. Sextus

nes. Sextus autem Pompeius: Oscines, inquit, aues App. Claudius esse ait, quæ ore canentes faciãt auspiciũ, ut coruus, cornix, noctua: Alites autem, quæ alis (sic enim ibi legendum, nihil dubito, uel ipso in alitis nomenclatione attestante) ac uolatu, ut Buteo, sanqualis, immissulus, uulturius. Picus autem Martius, feroniusq;, & parra, & in oscinibus & in alitibus habentur. Hinc oscinũ tripudium, quod oris cantu significat quid portendi.

Elephantis.) De quibus, præter alios, lege Solinum cap. 38. Carneades.) Carneades acerrimus simul et facundißimus Academicus, Stoicos studiosißimè semper refellebat. huius enim ingeniũ contra disciplinam eorum uehementer exarserat. Cic. in 5. Tusc. quæst. Atq; ex 1. de Diuinatione colligitur, multa acutè & copiosè ab eo de Diuinatione contra Stoicos disputata fuisse. Ibiq; multa commemorantur, quæ ad Lucilij nostri atq; Cottæ disputationem dijudicandã plurimum momenti adferunt. Tum uerò hoc ipsum copiosius explicatur à Quinto, partes Stoicas tuente: qui nixus hac Lucilij disputatione, si dij sint, certè diuinationem necessariò esse colligit. Et ob hoc ipsum hîc monet, si Epicuri ratio constaret, qui deos negat, diuinationem mox omnem corruere.

Nec uerò.) Gradatim colligit ab uniuersalibus particularia. Quasi magnam quandam insulam.) Aristot. de Mundo: τὴν μὲν οὖν οἰκουμένην ὁ πολὺς λόγος εἴς τε νήσους καὶ ἠπείρους διεῖλεν, ἀγνοῶν ὅτι καὶ ἡ σύμπασα μία νῆσος ἐστὶν, ὑπὸ τῆς ἀτλαντικῆς καλουμένης θαλάσσης περιῤῥεομένη. Hoc ipsum Strabo libro primo euidenti demonstratione docet.

Singulos diligunt.) Agnoscunt etiam inter ecclesiasticos scriptores hodie uiri longè doctißimi, heroicas istas uirtutes diuinos fuisse afflatus, eos tamen iuuari temperata quadam crasi ad melancholiam declinante. Neq;

intelligo

intelligo quid aliud sibi voluerit Hesiodus, in heroum ætate sic scribens:

Ζεὺς Λεωνίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄμεινον
ἀνδρῶν ἡμιθέων ἄλλον γένος, οἱ καλέονται
ἡμίθεοι. Nec quid Homerus, qui passim illis θεὸς epitheton tribuit. Peculiare Stoicorum dogma fuit, præclaros uiros deorum esse amicos: id quod nec Plutarchus obticet, monens eos hoc ab Homero fuisse mutuatos, addita censq; documenti causa uersum ex Odyss. ο.

ὃν φὴρι λύῃσι φίλει Ζεύς τ' ἠγίοχος καὶ Ἀπόλλων.

Sed in Homeri scriptis uersanti, huiusmodi exempla nusquam deerunt.

Pyrrhi bello.) Quod Olympiade CXXIIII. gestum est. Obseruatum est, certis temporibus, per interualla tantos floruisse uiros, aut re militari, aut doctrina mirabili, aut eloquentia claros, aut etiam dexteritate quadam in republica conspicuos.

Curium, Fabricium.) Insignia continentiæ Romanæ exempla, à multis passim scriptoribus celebrata. Tu consule Valer. Max. lib. 4. cap. 3. neq; enim historiam hîc prosequi animus est.

Corruncanum.) Consulem quidem eum tempore Pyrrhici belli legimus, cum P. Valerio Leuino. cæterum nihil egregiè gestum ab eo memoratur. Eius tamen ingenium, quo plurimum, ut ipse Cicero scribit, ualuit, commendatur. **Primo Punico.)** Quod CXXIX. Olympiade inceptum, & à Polybio scriptum est. Nam apud Liuium desideratur, æquè ac Pyrrhicum.

Galatinum, Duellium.) Per hysterologiam posterior prius nominatur. Duellius itaq;, siue Duillius (γαίῳ λίβιῳ apud Polybium est) commisso prælio Carthaginensium ducem uicit, 30 naues cepit, 14 mersit, 7000 hostium cæpit, 30000 occidit. Neq; ulla uictoria Romanis gra-

tior fuit. Primus nauale triumphum duxit. Eutrop. Neq; Calatinus is regulus fuit, qui captiuus pro redimendis captiuis Romam ab hoste missus fuit, sed qui illo tempore bis Cons. fuisse legitur. Videntur tamen, ô Cicero, confundi. hic enim tam ex ærumnis, quàm rebus egregiè gestis, nobilis est: cum de altero, præter duos consulatus, nihil adeò splendidum aut uirtuosum legatur.

Metellum.) L. Cecilius Metellus, cum C. Furio Pocilio Cons. in Sicilia Afrorum ducem cum 130 elephantis & magnis copijs uenientem superauit, 20000 hostium cecidit, 26 elephantos cæpit, reliquos errantes per Numidas, quos in auxilium habebat, collegit, & Romam deduxit ingenti pompa, cum 130 elephantorũ numero omnia itinera compleret. Eutrop. Postea Pontif. Max. Aud. Postumium Cons. quia Dialis flamen erat, cõtra hostem proficisci prohibuit. Valer.

Luctatium.) Luctatius Cons. anno belli Punici 23. tantis copijs in mari pugnauit, quantis numquam aliàs, et bello sanè ancipiti. Eutrop.

Secundo.) Quod cœptum est anno ab V. C. 533. Scribitur à Polybio lib. 3. à Liuio Decade 3.

Maximum.) Q. Fab. qui à cunctando, quo hostis impetum fregit, Cunctatoris, uirtute rebusq; gestis Maximi cognomen assequutus est.

Marcellum.) M. Claud. Marcellus secundùm Cos. apud Nolam ciuitatem contra Hannibalem benè pugnauit. Tertium Cos. magnam Siciliæ partem, quam Afriani cæperant, recepit, et per ipsum nobilissimæ urbis Syracusanæ præda ingens Romam perlata est. Eutrop.

Aphricanum.) Maiorem, cuius cognomen res gestas & gloriæ magnitudinem in se continet.

Paulum.) L. Æmil. Paulus, Scipionis Minoris pater, rebus Macedonicis & triumpho de Perſa immortale nomen

le nomen sibi comparauit. Gracchum.) Gracchorum patrem, cui multum gloriæ duobus ex Consulatibus, duobusq; triumphis, itemq; censura, multo tamen maior dignitas ex uirtutibus cessit. Huius res gestæ scribuntur à Liuio, Decade 5.

Catonem.) Cuius censura nihil grauius. Horum plerorumq; uitæ à Plutarcho scriptæ extant. Quibus ab eodem æquè magnus Græcorum clarorum numerus opponitur. Scipionem.) Cuius immensam gloriam exigua charta non capit. Lælium.) Hi Ciceronis ipsius monumentis celebrati sunt.

Homerum.) In Homero idē hoc animaduertit Plutarchus in eius uita: πῶς δ' αὐτοῖς τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλοῦντας καὶ συμπονοῦντας ποιεῖ τοὺς θεοὺς, ἐν πολλοῖς ἔστι καταμαθεῖν. ὥσπερ καὶ τὴν ἀθηνᾶν, ποτὲ μὲν τῷ ἀχιλλεῖ, ἀεὶ δὲ τῷ ὀδυσσεῖ, καὶ τὸν ἑρμῆν τῷ πριάμῳ, καὶ αὖ πάλιν τῷ ὀδυσσεῖ. καθόλου δὲ ἀεὶ τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις παραστεῖν οἴεται.

Vlyssi.) Id quod ex tota ferè Odyssea apparet, ubi Pallas cùm Vlyssi, tum Telemacho fauet. & exemplum unum est Iliad. β. Sic apud Vergilium Venus Æneæ suo ubiq; adest, sicut etiam Iliad. ε. à Diomedis manu eum liberat. Diomedem autem ibidem Pallas consolatur, & eius ope plurimos interficit. Iupiter ipse Agamemnoni adest, cùm alibi, tum Iliad. β. Quàm uerò pro suo Achille Thetis solicita sit, passim in Iliade animaduertitur, præsertim lib. 1. 18. & ultimo.

Ciuitatibus.) Et insulis: ut Iunoni Argos, Veneri Paphus, Ephesus Dianæ, Athenæ Palladi, Apollini Delus, Vulcano Lemnus, alijs etiam aliæ.

Dormientibus.) Per χρηματισμοὺς. Vigilantibus.) Per oracula, & alia diuinationis genera, quæ de Diuinatione libros explicantibus relinquimus.

Nec uerò.) Anthypophora, quæ cùm poetarum fictionibus,

ctionibus, tum uerò maximè Bibliacis exemplis fidem facile acquiret, si uellemus sacra prophanis miscere.

Magnis autem uiris.) In uulgus hoc probabile est, fortunam suis cuique fingi moribus, item: Bonis euenire bona, malis ter mala, prouerbijs iactatur. Apud Platonem in Theæteto Socrates inquit, ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν ὦ θεόδωρε, ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ αἰεὶ εἶναι ἀνάγκη. & aliquanto inferius: ἀγνοοῦσι γὰρ ζημίαν ἀδικίας, ὃ δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. οὐ γάρ ἐστιν, ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ ἣν ἀδύνατον ἐκφυγεῖν. Hoc paradoxon ne Pallas quidem apud Homerum intellexit, dum grauiter fert, Vlyssem optimum tantis premi ærumnis. Odyss. ε.

μή τις ἔτι πρόφρων, ἀγανὸς, καὶ ἤπιος ἔστω
σκηπτοῦχος βασιλεὺς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς,
ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη, καὶ αἴσυλα ῥέζοι.
ὣς οὔ τις μέμνηται ὀδυσσῆος θείοιο
λάων οἷσιν ἄνασσε.

Siquidem satis à nostris.) Stoicis uidelicet, quorum paradoxum est, In quo uirtus sit, ei nihil deesse ad beatè uiuendum.

A Socrate dictum est.) In Apologia nempe, in ipso epilogo, generali sententia pronunciat, nihil mali sibi accidere posse, etiam si iudices supplicio se iniusto afficiant: καὶ ἔν τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθὲς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὐδὲ ζῶντι οὐδὲ τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα. Et aliquanto antè negat, uel Melitum uel Anytum sibi nocere posse: οὐ γὰρ οἶμαι, inquit, θεμιτὸν εἶναι, ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. De his etiam Cicero noster sæpe præclarè, præsertim tamen in 5. Tusculan. quæstionum.

Principem ciuem.) Quem populus exemplum uitæ sibi proponit.

Et Pontificem.) *Quem uel officium excitare debet.*

In utramq;.) *De quo in Academicis quæstion. Nec, inquit, imiteris Carneadem, qui iustissimus quidem ipse, audiente Catone Censorio, tam contra iusticiam, quam pro iusticia dicere fuit ausus.*

Hanc.) *Pro defensione diuinitatis.* Amplificauit Academia.) *Cui uel Cicero suam eloquentiã acceptam ferre nihil dubitauit: cum Stoicis alioqui copia, ut apud Quintilianum legitur, eloquentiaq; ferè defuerit.*

Siue simulatè.) *Argumento adoxo, solius exercitij causa instituto.*

IN LIBRVM CICERONIS DE Natura deorum III. Xysti Betuleij Commentarium.

QVæ cum Balbus.) *Postquam Balbus Stoicus, suæ disciplinæ diligentissimi assertoris personam gerens, contra Epicurum fortiter disseruit primùm, suæ mox hæreseos dogmata substituit. Huius disserentis errores obiter inter auscultandum annotat Cotta Pontifex, professione Academicus: & quod ait requirendi magis quàm refellendi studio hoc à se factum, ciuilis quædam præoccupatio est. Nam ita refellit, ut publicam etiam religionem maiori ex parte inuertat. Lactantius certè de Ira Dei cap. 11. Ciceronem hìc gentilium ueteres theologos (inter quos Euhemerum & Ennium nominat) sequutum, religiones publicas dissoluere quidem testatur: ueram tamen, quam ignoret, nec ipsum, nec alium quenquam inducere potuisse.*

Ac tecum

Ac tecum fuit.) *Ac illi tecum fuit, legere malim.*

Me & Cottam esse.) *Principem ciuem ipsum nominarat. Neque enim à duobus, sed à tribus eum cohortatus fuit: ab autoritate, quam in republica sustinebat, à dignitate Pontificia, & à professione Academiæ. ταπείνωσις in eo est humana & ciuilis, dum misso Principis uocabulo, Cottam se nominat: omnia quæ ad nominis existimationem pertinent, Cottæ nomine comprehendens.*

T. Coruncanum.) *Religionem colendam esse, ueterum præcepta monuerunt: publicè tamen receptam, diligentius seruandam. Vnde illud Isocratis: τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως. Nam dum Pontifices nominat, urbis religionem intelligit. Cæterùm Coruncanum Pyrrhi temporibus floruisse, suprà monuimus. Velleius Paterculus, demonstraturus apud ueteres quoque cùm Senatus, tum populi Romani morem fuisse putandi, quod optimum sit, esse nobilissimum, inter exempla plurima primas huic tribuit. Nam, inquit, & illi antiqui ante primum bellum Pun. abhinc annos CCC. T. Coruncanum hominem nouum, cùm aliis omnibus honoribus, tum Pontificatu etiam Max. ad principale extulerunt fastigium.*

Publium Scipionem.) *Sunt inter eos qui clariore fulgent eruditione, uiri magni nominis, qui Serapionem intelligunt Scipionem, filium illius qui Corculum propter sapientiam appellatus fuit. Nec falluntur, si sententiam illorum cum Velleij Paterculi scriptis confero. Sic enim sub initium posterioris uoluminis de cæde Tiberij Gracchi scribit: Tum Publius Scipio Nasica, eius qui optimus uir à Senatu iudicatus erat, nepos: eius qui Censor porticus in Capitolio fecerat, filius: pronepos autem Cneij Scipionis, celeberrimi uiri, Publij Aphricani*

patruus, priuatusq; & togatus, cum esset cõsobrinus Tib. Gracchi, patriam cognationi præferens, & quicquid publicè salutare non esset, priuatim alienum existimans, ob eas uirtutes primus omnium absens Pontifex Maximus factus est, cum data læuo brachio togæ lacinia, ex superiori parte Capitolij summis gradibus insistens, hortatus est, qui saluam uellent rempub. se sequerentur. Hæc eo libentius adscripsimus, quia quicquid dubij nobis in Scipionum genealogia esse poterat, expedita faciunt.

Pub. Scæuolam.) Huius pontificatus duobus potissimum nominibus celebratur: ut, qui prohibuit, ne Liciniæ uirginis uestalis C. F. ara & ædicula, quas iniussu populi consecrârat, sacræ essent, ut est perscriptum in oratione Ciceronis pro Domo sua: deinde, quòd hoc pontifice annales à pontifice scribi desierũt, ut idem alibi testatur Cic.

Non Zenonem.) Syncrisi, pontificum autoritatem Stoicorum existimationi confert: quæ plus ponderis habebit si Cottæ pontificatum Lucilij Stoæ opposueris.

Lælium augurem, eundémque sapientem.) Nam in 2. quoque de Finibus, negat eum sapientem ob id fuisse habitum, quòd Diogenem & Panætium Stoicos audierit: sed quòd non intelligeret, quod suauissimum esset, addens rationem, non ei cor sapere, cui sapiat palatum. Sed de huius sapientia etiam in Lælio dictum nobis est. Hunc autem locum sic intellige, ut Lælio maior autoritas de religione differendi accesserit ex auguratu, quàm Stoica disciplina. nec enim illi fidem esse habendam, quia Stoica disciplina imbutus, sed quia augurali disciplina instructus.

Quumq; nostris pop. Rom. religio.) Diuisio religionis Romanæ, cuius prima & tertia species propè gentibus etiam cæteris communis, auspicia Romanorum ferè propria sunt. Hinc clariora fient, quæ à Valerio sub initium primi scribuntur. Et monitis Sibyllę.) Sibyllæ dicit singulari numero, ut ferè Castalionis sententiæ subscribam.

Romulum auspicijs.) De his Liuius, & Plutarchus. Habes Balbe.) Lactant. lib. 2. cap. 7. hunc locum dilemmate scito eleuat. Si credis, inquit, cur ergo rationem requiris? quæ potest efficere ne credas. Si uerò rationem requiris, & quærendam putas: ergo non credis. Ideo enim quæris, ut eam sequaris, cum inueneris. et quæ deinde sequuntur,

Quasi nihil unquam audierim.) Variæ siquidem opinionibus mentes, ueluti tabula nullis figuris delineata magis idonea est formis concipiendis. cui rei demonstrandæ, uel Cebetis tabula sufficiet, uel Ammonij apud Arist. de speciebus dinoscendis doctrina satis docebit.

Onerare iudicem.) Quod tamen fit contra præcepta rhetorum.

Cur te duobus.) Absurdum. Aspice.) Nam hoc suprà lib. 2. ex Ennio adduxerat.

Regillum Posthumius.) De his non longè ab initio secundi dictum est.

Homerus.) Iliad. γ. sub persona Helenæ.

δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν λαοσσόον λαῶν,
Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
οὕτω κασιγνήτω, τώ μοι μία γείνατο μήτηρ.
ἦ οὐχ ἑστᾶσιν Λακεδαίμονος ἔνδοθι πάτρης,
ἦ δ' ὑπὸ μὲν ἔπονθο νέεσθ' ἐνὶ πουτοπόροισι,
νῶϊ αὖτ' οὐκ ἐθέλουσι μάχην καταδύμεναι αἰδῶ,
αἰσχεα δεδιότε. καὶ ἀνείδεα πόλλ', ἃ μοι ὄπιν;

Ὣς φάτο τεύς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα
ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ.

Quanquam Odyss. λ. communem poetarum sententiam sequitur, ὑστερομάρτυρας eos nominans. Confer his quæ à Lactantio

ctantio scribuntur, lib. 1. cap. 10. **Rationes requiro.**) Iniuria temporis magnum Ciceroni nostro uulnus inflixit, nec sine ueteri aliquo codice curabile. Confutat autem Cotta prædictiones, inutiles eas hominibus, imò pernicioſas etiam esse docens.

Præsertim cum uos.) Iugulat eum suo gladio. Sed legendus est liber de Fatis.

Quod autem ex omni æternit.) Definitio fati. Græcas definitiones suprà libro primo, cum Velleius de fato differet, adduximus. Hic prædictionem inutilem esse dicit, si fato cuncta fiant. In primo de Diuinit. Posidonij autoritate diuinandi rationẽ omnem fieri docet, primùm à Deo, deinde à fato, postremò à natura. Nos ea definitione, quæ illic recitatur, ad ducta, quia cum hac congruit, contenti, progrediemur. Fatum (inquit ibi Stoicus) id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum, quum causæ causa nexa, rem ex se gignit. Ea est, ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna.

Accij Nauij.) Non longè ab initio secundi, ubi quæ ad historiam pertinebant, annotauimus.

Deciorum.) Notauerat eos saltem, non nuncupauerat. Atq; ibi satis, opinor, de his. Erat quidem illa tum temporis uana persuasio, id quod deuotionis ceremoniæ arguunt, licet nobilitati mortis & gloriæ id adscribatur in Tusculanarum quæstionum primo. Nec inter Stratagemata hæc apud Valerium, sed capite de Pietate erga patriam, continentur.

Nisi uiri tales occidissent.) Nam hanc Valerius eleganti quadam dubitatione, quam speciosa quadam antimetabole uestit, miratur. Itaq;, inquit, dignosci arduum est, utrum Romana ciuitas utilius habuerit Decios, an amiserit: quoniã uita eorum, ne uinceretur, obstitit; mors fecit, ut uinceret.

στρατήγημα.)

στρατηγοῦμαι, inquit Budæus, sic dicitur, ut βασιλεύομαι, δεσπόζομαι, λυμεινόμαι: à cuius præterito formatur στρατήγημα. Valerius calliditatem hanc Imperatoris egregiam, appellatione Latina uix aptè exprimi posse asserit. Cuius generis aliquot ipse collegit exempla libro septimo, capite quarto. Nos ex Plutarchi Vitis pluscula collegimus, quæ in indice reposuimus. Extant Polyæni Græci autoris libri octo, quibus continentur Stratagemata 900. Quod opus Oporinus noster Latinum propediem lectori communicabit. Sunt hodie, qui uastius Stratagematum, cùm ueterum, tum recentium, Chiliadas adornant.

Nam Fauni uocem.) Nam sub initium secundi, Balbus Fauni uoces sæpe fuisse auditas, sæpe formas fuisse uisas narrabat.

Nam Fauni nomen.) In secundo libro, & apud Lactantium, quæ dicenda uidebãtur, diximus. Neq; enim nunc quæstio est, à fando ne, an ἀπὸ τοῦ φωνῆς dicantur. De hoc constat, quòd inter numina Romana non Faunus modò, & Fauna, sed etiam syluestria numina Fauni recepti & culti publicè fuerint. Fauni & Faunæ fana in ueterum monumentis reperiuntur. Pontificum siquidem libris, ut est apud Macrobium, Bonam, Faunam, Opem et Fatuam, eandẽ esse indigitatur. Quid quod in Fastis Ouidianis quoq; lib. 3. Picus, Faunusq;, Romani numen utrunque soli. Quare Cotta, cum tu Pontifex sis, miror quî possis religionibus publicis à Numa constitutis, tanto tempore seruatis obstrepere?

Cleanthes.) De hac quoq; Cleanthis quadruplici diuisione suo loco dictum est.

Melius.) Reprehensio collectionis Luciliani, est in uoce nimis generali. Quid enim ineptius, aut ἀσαφέστερον, quàm si ita colligas:

Nihil

Nihil melius Deo,
Nihil melius mundo,
Mundus igitur Deus.

Medius enim terminus ita generalis est, ita πολύσημος, ut non possit non inde oriri ambiguitas. Possent multa similia adduci, si quis dialecticari uelit. Apud Aristotelem de dogmate Zenonis hoc enunciatum aliter profertur, nempe per superlatiuum. κράτιστον uidelicet, καὶ βέλτιστον εἶναι ἁπάντων. Nam si omnium optimus, colligit, ergo unus. Nam si duo sint, aut plures, præstantissimũ esse non posse. Fingamus positiuum ἀγαθὸν positum (nam secundum Platonem, etiam solus Deus bonus) erit nobis τὸ ἀγαθοῦ uox minus πολύσημος: quæ secundum Euclidem, referente Laertio, quandoque significat φρόνησιν, aliquando θεὸν, nonnunquam νοῦν, & alibi alia. Vnde quatuor termini hac in collectione reperirentur, contra præceptum dialecticorum.

Concedatur.) Nec enim syllogismus constat, nec conclusio ritè infertur, nisi quæ posita sumptaq; fuerint, sint concessa nobis ab aduersario.

Sumere.) Vnde λήμματα dialecticorum dicuntur.

Quod si mundus.) ἀνάλυσις à toto ad partes.

Quid Chalcidico Euripo.) Plin. lib. 2. cap. 97. de æstibus maris scribens: Et quorundam tamen, inquit, priuata natura est, uelut Taurominitani Euripi sæpius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Eras. Roterodamus multa notatu digna collegit in adagio, Euripus homo. Quid freto Siciliensi.) Aristot. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, hoc miraculum miris modis amplificat. Cæterùm de æstibus marium, præter Pliniũ Plutarchus consulendus est libro Placit. 3. cap. 17. Seneca lib. 3. Nat. quæstion. Europam.) Versus ex Ennio fortè, aut alio quodam ueterum.

Vel Hi-

Vel Hispanienses.) De his peculiariter scribit Pom. Mela circa principium terij.

Britannici.) Plinius loco citato refert, octogenis cubitis supra Britanniam æstus intumescere, citatq; eius rei autorem Pythiam Massiliensem, qui, ut Plutarchus citat, maris accessus lunæ incremento assignat, decremento recessus. Reuersione.) τὴν περίοδον intelligo.

Et motu.) Nescio, διαστολὴν καὶ συστολὴν, siue tremorem seu palpationẽ, quam παλμὸν uocant, siue σφυγμῶν, id est, pulsuum formas potissimum intelligere debeam.

In aram confugitis.) Prouerb. quo extremum refugium intelligitur. Est usitatum admodum Ciceroni, ut ex Chiliad. Erasmicis intelligitur. Cicero post reditum simili figura, ad aram tribunatus dixit: Qui nisi in arã tribunatus confugisset, uim prætoris effugere non potuisset. Similia sunt, Ad sacram anchorã, et ad asylum cõfugere.

Acutè.) Hinc ipse scilicet Chrysippus apud Laertiũ, εὐφυὴς καὶ ὀξύτατος dicitur. Cicero alibi ingeniosum & acutum nominat. Lucian. in Piscatore, δεινότητα συγγραφικὴν illi tribuit, sed lusu, pro more. Plinius garrulitatem, & Galenus multis in locis acumen illi esse obtusum demonstrat. Versutum.) His uirtutibus Epicureum philosophum instructum reddit. Cæterùm etymologias doctè rimatur. Nonius tamen Marcellus Plauti autoritate docet, uersutos non modò ad malitiam callidos intelligi posse, sed etiam rectè peritos. Cicero in Officijs, Platonis dogma sequutus, scientiam quæ remota sit à iusticia, calliditatem potius quàm sapientiam esse appellandam monet. Locus Platonis est in Epitaphio, his uerbis: πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται.

Sit sanè.) Concessio elegans. Sed potius prudentis.) Iuxta aureum illud, γνῶθι σεαυτὸν.

Caniculam.)

Caniculam.) *sidus. Siderum enim hoc non est. Habet autem diminutio ponderis aliquam librationem. et poterat Orionem, uel Centaurum posuisse, uel Hydram brutam, Nauem uel Argo rationis prorsus expertem.*

Quærit apud Xenophontem Socrates.) *Memini quid lib. 2. cum hæc à Balbo agitaretur, ex Xenophonte adduxerimus: sed Socrates citatur, illa Aristodemi erant. In illo sanè libro Aristodemus arbitratus deos maiores esse, quàm qui suum cultum curarẽt, respondens Socrates per instantiam, ob idipsum magis colendos esse deos, maximè si opinetur, Deum curam aliquam rerum humanarum gerere. Id ut probet, & magis conspicuum faciat, prouidentiã Dei primùm in corporis humani partibus demonstrat, deinde animum quàm optimum homini diuino munere contigisse. Inde colligit, non (ut hoc loco) deos esse, sed deos res mortalium curare. Quare ne nunc quidem mihi satisfacio.*

Vnde orationem.) *Quæ propria hominis sunt.*

Nisi uerò.) *Nisi uerò hæc non hominis propria, sed cum sideribus etiam communia sint. Quod nemo sanæ mentis credit.*

Cum propius accesserit.) *cum oppositio fuerit.*

Harmonia.) *Quæ in Somnio Scipionis describitur. Sed ridetur hîc ab homine Academico. Et de hac nos alibi.* Naturæ ista.) *Distinguit.*

Vt ait Zeno.) *Ipsius Zenonis definitionem lib. 2. ipso Balbo recitante, intelleximus. Eam nunc eludit. Tenue admodum discrimen est inter artificiosam & scientem naturam, nisi quòd magnificentius de natura sentire Academicus uidetur, in Platonica nimirum schola edoctus. Apud Lactantium aliquando, ex Seneca, nisi fallor, didicimus, naturæ nomine Deum ipsum uniuersi architectum intelligi. Nec mirum hîc cuiquã sit, cum Galenus, homo alioquin*

alioquin ueræ pietati infensissimus, piè Hippocratis sui dicta interpretetur. Nam in opere de Hippocratis & Platonis dogmatib. quod Hippocrates alicubi scribit, ἐμπαιδευτὸς ἡ φύσις ἐοῦσα, οὐ μαθοῦσα, τὰ δέοντα ποιεῖν. Et alibi: φύσιος νούσων ἰατροί. Atq; rursus eodẽ modo illud, φύσις ἐξαρκέσει παντάπασιν. Item quòd δίκαιον alicubi dicit, illiusq; ὑπηρέτην τε καὶ μιμητὴν ipsius facit, eiusq; uirtutem passim celebrat & admiratur. Cæterùm ipsum ausum non fuisse pronunciare, quæ istius, quæ nos finxit & gubernat, naturæ substantia sit: Platonem uerò liberè hoc proferre fuisse ausum, cum φύσιν δημιουργικὸν αἴτιον dicit. Sed quæ Plato de conditore rerum dicat ex Timæo, manifestiora sunt, quàm quæ ex Galeno peti debeant. Si hæc Hippocratẽ medicum et humanæ naturæ scrutatorẽ sensisse credibile est, uero magis consentaneum fuerit, homines Stoicos, qui alioquin de rebus suo quodam modo loqui soliti sunt, naturæ uocabulo Deum ipsum intelligere. Sed meo consilio minus à uero aberrabimus, si naturam Demiurgi, quasi quoddam instrumentũ dicamus, quo omnia scitè, summoq; consilio & prudentia εἰς τὸ εἶναι producit, fouet, ac uegetat. Quare magis id probo, quod à Balbo dictum est, ea diuino spiritu contineri. Sic enim scripturæ diuinæ modo loqui malo, quàm cum Balbo uires deorum nominare. Prætereo nunc, quòd (si uerum amplecti uolumus) natura non rebus, ut Aristoteles ait, primogeniè inest, sed rebus διὰ τὸν λόγον creatis & nascentibus, diuinitus infunditur. Adde quòd medici, quicquid id est, facultates naturales appellant, non ipsam naturam. Cæterùm si quis fortè quærat, quantis interuallis ars à natura relinquatur, petat ex Galeni opere, quod περὶ τῆς φύσιος δυνάμεων inscribitur.

συμπάθεια.) *Sic de Diuinat. 2. qua ex cognatione naturæ, & quasi concentu atq; consensu, quam συμπάθειαν*

Græci

Græci appellant, cõuenire potest, aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quasticulus cum cœlo, terra, rerumq; natura? Istius συμπαθάας exempla quædam ponit Gell. lib. ult. cap. 7. Sic & Aristoteli in Physiog. & alibi πλὴν ψυχὴν περὶ τὸ σῶμα συμπαθῆν uidetur. Nam Galenus alicubi ait, οἰκείας φύσεις φύσεσιν εἶναι. Hanc naturæ συμπάθειαν Plin. lib. 37. cap. 4. concordiam uocat, sicut αὐτιπάθειαν discordiam, & sub initium libri 20. Hanc, inimicitiam & bellum, illam pacem & amicitiam. Lege adhæc Cælium lib. Antiq. lect. 13.

Eo minus diuina ratione.) Si non diuina ratione, diuino saltem consilio, & prouidentia. Neq; enim tantum quicquam temerè aut fortuitò fieri credibile est.

Carneades.) Quando de hoc in primo, cum de aliis philosophis ageretur, nihil dictum est, hîc de huius dicendi promptitudine paucula quædam delibarem, nisi de hoc me apud Lactantium dicere meminissem, præsertim lib. 5. cap. 15. & cap. 17. affirmat, illi tantum fuisse fiduciæ, ut quæ infirma à philosophis afferebantur, sumpserit sibi audaciam refellendi, quæ refelli posse intelligebat. Et uide ibi scriptor ecclesiasticus quædam illius contra iustitiam argumenta documenti causa in medium producit. Sic Cicero noster hoc loco ex disputatione contra mundi æternitatem profert. Tam autem importunus fuit disputator, sicut de illo Galenus περὶ τῶν ἀρίστου διδασκαλίας testatur, ut ne illa quidem, quæ postulata seu petitiones mathematici uocant, uera credere permiserit. Cæterùm, quæ rationes, quibus illius argumenta solui possent, nec à discipulis ipsius, nec ab Academicorũ quoquam scriptæ sunt, colligit inde, illius argumenta mera fuisse σοφίσματα. Hanc fiduciam temerariam etiam in Cotta hîc animadvertimus. Nititur autem non ratione magis, quàm autoritate. Rationes siquidem ab Academico adductas, ratio-

nes habet. Argumenta quæ ponit, pleraq; sunt hypothetica. Conditiones aut Academicæ sunt, aut communi consensu receptæ. Minorem autem, ut confessam Stoicis, dissimulat. Stoici namq; mundum animal dicunt, & dicunt æternum, id est, immortale, ut ipse interpretatur, perinde ac si Stoicus sic colligat: Mundus est æternus, Mundus est animal, ergo Mundus est animal æternum. Neq; interim refert, hoc etiam de homine intelligi. Nam & hunc immortalem facunt, & rectè etiam secundum Platonem, qui animum hominem dicit, corpus hominis carcerem & ergastulum.

Omnis cera.) A materia, per exemplo. Aut aqua.) De consensu, omnia ex elementis constare, asserente, alibi dictum est. Sensus habet.) Sorites.

Animalis.) Alij aquatilis legunt, manifesto errore. Ipsum Cicero pulchrè exponit libro Tusc. ul. quæst. primo: Perspicuum, inquit, debet esse, animos, quum è corpore excesserint, siue illi sint animales, id est spirabiles (nam paulo antè hoc idem nomen eadem significatione usurpauerat) siue ignei, in sublime ferri. Fortè quia animus quibusdam ab ἄνεμος dici uidetur, quod tamen Cicero non docet. Certè Vergilius quoq; animas pro auris alicubi dicit, Quantum ignes animæ que ualent. Cæterùm uidetur Academicus hîc Epicuri ὑφαίμα, id est, elementorum temperamentum, contra Stoicum uelle defendere.

Heraclitum.) Meminit etiam in Academicis quæstionib. Plutar. in Placitis lib. 1. cap. 3. non Heraclitũ modò, sed etiam Hippasum quendam Metapontium huius dogmatis autorem facit. Videtur autem ἀνακρυπτόμενον Theocriti notare. Quam nemo facilè percipiet, ita siquidẽ est caliginosa. Fuit is propter obscuritatis studium σκοτεινὸς dictus, ut libro primo percepimus.

Omnem uim esse ignem.) Nam ut in primo Tu

ſculan. quæſtionum Cicero noſter teſtatur, Zenoni Stoico animus ignis uidetur. Neq; ignis Stoicorum aliud eſt, quàm πνεῦμα θερμὸν. Quinimo Zeno, ut in Acad. primo legimus, ſtatuit ignem eſſe ipſam naturam.

Calore extincto.) *Plutarchus ſub finem Placitorum, οἱ στωϊκοὶ συμφώνως τὸ γῆρας γεγενῆσθαι διὰ τὴν τῆς θερμοῦ ἔλλειψιν. Si ſenium, ergo mors tandem etiam. Quod etiam Galen. lib. 2. de Temperamentis amplificans, mortem ſic definit: καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ ὁδὸς ἐπὶ θάνατον ἐστὶ τὸ γῆρας, ὡς εἴπερ ὁ θάνατος σβέσις ἐστὶ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἡ αὖ καὶ τὸ γῆρας οἷον μαρασμός τις αὐτῆς. & in Definitionibus ſenecta definitur hoc modo: γῆρας δέ ἐστιν ἡλικία, ἐν ᾗ ὑπομειοῦται καὶ ὑπολείπει τὸ ζῶον, ἐλαττόνων ἐν αὐτῷ γινομένων τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ, πλειόνων ἐγγινομένων τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ ξηροῦ. Et hæc ſanè eſt naturalis mortis ratio. Nam paulo antè ex Ariſtotelis ſententia contulerat ſenectam ἀναινομένῳ φυτῷ, id eſt, areſcenti plantulæ. Imbelle admodum eſt, quod Cotta obijcit, & à puero ſolubile. Quis enim eſt qui neſciat, mortem aut naturalem eſſe, aut contra naturam: & hanc rurſus aut morbo, aut ui accidere? Nam calore ſanè extinguuntur, qui febri accenſi pereunt. Eſt enim febris ignis, quod uox ipſa monet. nam πυρετὸς Græcis nominatur.*

Ego autem non intelligo.) *ἀσαφὲς.* **Non intereant humore.)** *Id quod etiam ex definitionibus ſuperioribus intelligitur. Reprehenduntur enim cauſæ non ſufficienter enumeratæ.*

Ex quo anima dicitur.) *In primo Tuſcul. quæſt. ſecus. Ibi ſiquidem animum ab anima dictum ait.*

Ex igne atq; anima.) *Sic, opinor, ſentit Virgilius, cum ait: Igneus eſt ollis uigor.*

Solem.) *ἀναθυμίασιν Oceani, ſeu terræ, alimoniam ſolis Stoici faciunt, de quo in ſecundo quoq; dictum eſt.*

Plutar. lib. 2. cap. 23. Placitorum. Plin. lib. 2. cap. 68.

Cleanthes.) *Hoc Poſidonio apud Laertium tribuitur.*

Qualem autem.) *Remouet à natura deorum quatuor illas honeſti partes, quas in Officiorum libris, officiorum fontes Cicero facit. Hæc gentilium eſt perſuaſio, (ſed uana) homines ad deos non alia ratione propius accedere, quàm uirtute. Et eos qui ex hominibus in deorum numerum aſcripti ſunt, per uirtutum iter eò faſtigij conſcendiſſe. Sic enim Balbus ſuperiori libro, ſic in Tuſc. quæſt. Cicero, Herculem, Romulũ, ſic alij alios dijs aſcriptos fuiſſe teſtantur. Hoc iter ad cœlos perueniendi monſtrat Scipio Scipioni in Somnio. Inde colligunt, deos hominibus magis uirtuoſos eſſe. Sed non animaduerterunt, ea quibus ineſt τὸ ἧττον καὶ τὸ μᾶλλον, augeri, minui'que. Quæ uerò augentur, minuuntur q;, non intelligunt imperfecta eſſe. Dei autẽ naturæ, nihil niſi conſummatum ineſſe. Neq; accidentaliter quicquam, ſed eſſentialiter omnia. Quare in hac quæſtione Balbus & Cotta iuxtà cæcutiunt. Hic diuinam naturam uirtutibus prorſus exuit: ille humilius, quàm pro maieſtate diuina, de Dei natura & ſentit & diſſerit. De hoc uerò fuſius aliquando apud Lactantium diſputauimus.*

Quum ea conſidero.) *Per comparationem maioris ad minus. Non mirum eſt, inquit, uulgus imperitum hallucinari, cum philoſophi, & maximè Stoici, ad diuinæ maieſtatis iubar tam turpiter caligant.*

Piſcem Syrij uenerantur.) *Propter Dercen, ſiue Derceto, quæ dea Syria eſt: quam eo quòd in piſcem conuerſa narratur, non modò colunt religioſè Syrij, ſed etiam illius cauſa piſcium eſu abſtinent. De qua uarij uaria. Colligerem ex autoribus paucula, niſi Gyraldus nos anteuertiſſet, qui Syntagmate primo, capite de Dijs Topicis, benè multa commemorat.*

Aegyptij.) De uanitate religionis Ægyptiacæ, longam narrationem inuenies apud Eusebium de Præparatione euangelica lib. 2. cap. 1. quam ex Diodori Siculi Bibliotheca infert. monens, rem eandē à Moneto quodam Ægyptio scriptam fuisse. De his etiam apud Lactantium nobis dictum est.

Alabandum.) De hoc inferius plura. Tenedij Tenem.) Cicero in Verr. 5. Tenedo (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem, pulcherrimè factum, quem quondam in comitio uidistis, abstulit magno cū gemitu ciuitatis. Hæc Tenedus multis notata prouerbijs. Vide ad hæc Gyraldum. Leucotheam.) Fabula est apud Ouidium lib. 4. Metamor. De hac Lactantius lib. 1. cap. 21. Gyraldus Syntag. 5. de Dijs marinis, de Portunno agens. Fiet horum etiam inferius mentio.

Cuncta Græcia.) Numerantur hi Græcorum dij etiam in primo Tusc. quæst. Et Eusebius lib. 2. cap. 2. ex quarto Biblioth. Diodori, Græcorum deos enumerat, sed non prorsus eosdem.

Ascripticios.) ἀνεξιολογίᾳ utitur, de Romanis dijs agens. & Romano more loquitur, Ascripticios uocans, non ut uillici ascriptitij dicebantur, sed ut in magistratuum collegio, præter legitimum scriptorum numerum adlecti. Quomodo etiā patres conscripti dicebantur. Lactantius noster alicubi Populares eos nominat, sicut Augustinus ex Varrone Minuscularios, nisi lectio mentitur. Nomen sicut apud Romanos Patricij, alij maiorū, alij minorum gentium dicebantur: ita Cicero in Tusc. quæst. huncq; secutus Lactantius, deos maiorum, minorumq; gentium dixerunt, quos etiā Græci παρεγγεγραμμένους, ἐγγεγραμμένους, hoc est,

hoc est, consentibus, & in Iouis senatu sedentib. adlectos. illōs Ennius hoc distycho complectitur:

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus Apollo.

Sunt enim præclara.) Mimesis ironica. Sit sanè.) Concessio. Sublimè.) Iterat & hunc Ennianum uersum mimesi odiosa. Belluarum.) τῶν ἀλόγων, καὶ τῶν φαινομένων.

Quomodo.) τοῦ ἀσαφοῦς calumnia, καὶ οὐκανολύτου καὶ ἀδυνάτου. Est enim omnino impossibile, eum cuius sepulchrum extat, qui apud inferos uisus, apud superos morari. Vtitur ad eam rem confirmandam autoritate poetæ, ut ipsos suo iugulet gladio.

Actio.) In Philoctete sorte, nisi de ipso Hercule, ipsius extiterit fabula. Quanquam apud Sophoclem in Philoctete οὐρανίας ἕδρας κίπων Philoctetі appareat. Legitur certè in fabulis, eum in Oeta monte hominem incendio exuisse. Arnobius item lib. 4. pro Christianis aduersus gentes, Plutarchi testimonio utitur. Chæroneus, inquit, Plutarchus nostrarum esse partium comprobatur, qui in Oetæis uerticibus, Herculem post morborum commitialium ruinas dissolutum in cinerem prodidit. Et ita sanè de ipsius in Oeta interitu constat, etiam ex Diodoro, & Fabulis. Sed cum Iolaus ossa colligere uellet, nullaq; inuenirentur, credi cœptum est, eum secundum oraculum ad deos commigrasse. Itaq; obtinuit persuasio illa, ut ne hi floricæ quidem ueritati cedat, nec sepulchri monumentū. Adeō, inquam, inualuit illa persuasio, ut pictura istius ἀναθυμάσεως à Plinio celebretur. Athenis Areopagi seueritas contradicenti erat exaudescenda: sed Pontifex Romanus audet publicæ religioni contradicere, eamq; (altum de sepulchro silentium) Actij poetæ autoritate rumpere. Ita in speciem se res habet. Sed si rem uerius æstimabimus, Cicero

mus, Cicero pontificia sub persona id exprimit, quod sub sua proferre ausus nunquam fuisset. Non uacat hîc commemorare quicquam de Iunonis in eum ira, deq; reconciliatione, & apotheosi. de quibus est aliquid in Epigram. Græcis, & apud Lycophronis commentatorem Tzetzem. Est autem argumentum hoc à sequentibus ad antecedentia negatiuè. Sicut etiam, quod sequitur.

Vlyssem.) Sub finem Odyss. λ. in eo siquidem libro Vlyssem ad inferos descendentem facit, sicut Vergil. in 6. Æneam:

τὸν δ' μὲτ' εἰσχόυσα βίλω ἡραπλειάλω
ἄιδηλον, αὐτὸς δ' μετ' ἀβλαύτοισι θεοῖσι
τέρπεται ἐν δαλίαις, καὶ ἔχει λαπλίσφυρον ἥβλω.
πατρὸς διὸς μεγάλοιο, καὶ ἄγχι χρυσοκιδίλου. &c.

Seruius Æneid. 3. ubi poeta de Creusæ apotheosi scribit, hunc locum ita explicat, ut magis inuoluere uideri queat, si simulacrum & ἄδωλον idem esse putaueris. Scribit enim, simulacra deorum esse, umbras inferorũ. Sed ἄδωλον idem cum umbra esse, manifestè docet. Sic apud Euripid. in Hecuba Polydori ἄδωλον, id est, umbra præfatur. ἄδωλον siquidem ἀπὸ τοῦ ἀδύνατου, Grammatici dictum testantur. Quanquam apud Tragicum, non ἀδώλα, sed τ φαντάσματων nomenclatio hac significatione subinde occurrit. Atque ita Seruius planè cũ Cicerone facit. addit enim, post mortem umbras inferos, animas cœlum petere. Nolo hæc fusius agere. ἀδώλα nomẽ prosequitur Plato in Sophista.

Plures enim tradunt nobis.) Confusio nominum fecit, ut uni tribueretur quod plurium fuit. Meminit Arnobius eorundem ferè libro Aduersus gentes tertio. Diodorus locis diuersis copiosius istos nobis Hercules describit. Post Gyraldum, qui uarias uariorum sententias Syntagmate 10. collegit, de Hercule quicquam addere, temeritatis cuiusdam uideri posset. Ea tantum in medium adducemus, quæ ad locum Ciceronis explicandum pertinere uidebuntur. Cum Apolline.) Cum Pythonẽ Hercules consulendi oraculi causa uenisset, accepit à sacerdote responsum, nec domi iam esse, nec iam edere oraculum. Concitus ergo ira Hercules, subuerso tripode, sacerdotem interfecit: unde Apollini ipsi certasse putatur. Attingit hæc leuiter Pindarus ode 9. Olym. ubi siquidem tribus numinibus pugnasse legitur: Mercurio, Apollini, & Pluto. Quo figmento Lyricus significat, magnos uiros non sine numine aliquo nasci. In matris nomine uariant lectiones. Alibi Lisyto, alibi Lacyto, alibi rursus Liscito legitur. Nos, quia nihil certi de hoc constat, silentio præterimus.

Aegyptius.) Ægyptium Herculem Diodorus in primo, atq; rursus in quarto antiquissimum putat. columnam in Libya posuisse affirmat. huic propter uetustatem clauam & pellem leoninam maximè conuenire, indicat. Apud Ioannem Tzetzem de Historia uaria, Chiliad. 5. de Atlante caput est: quo ex Ægyptiorum sententia, Ægyptio Herculi Busiridis & Antæi cædes in Libya factas assignat, quas Græci ad Alcmenæ filium referunt. Herculem uerò Ægyptium non Nili, sed Osiridis Dionysij filium facit, eumq; & astrologiam in Libya ab Atlante didicisse affirmat. Osirim autem Iouem uocat, διὰ μέσου τοῦ τὸν ὅσιριν λαλῶν τὸν βασιλέα. Audet autem Osirin eum dicere, qui nobis est Noe. Berosi libellus (si Berosi est) Osiridis filium facit, Libycum cognominat. Apud Gades colitur cùm Ægyptius, tum etiam Thebanus, ut apud Philostratum in Apollonij uita legitur.

Ex Idæis Dactylis.) Hæc planè consona sunt ijs quæ scribit Diodorus libro sexto Antiquit. cap. 15. Vnde, quæ huc pertinent, Marsus antè annotauit. Cæterùm de Idæis Dactylis Strabo lib. 10. Apollonius lib. 1. Argon. & ibidem eius commentator.

Asteriæ.) De Asteria consule Boccatium libro de Genealogia deorum quarto, cap. 21. Callimachus in hymno de Delo, Delum prius Asteriam ab hac dictam fuisse testatur:

— ὄνομα δ' ὦ σοι
ἀστερίη τὸ πάλαιον, ἐπεὶ βαθὺν ὦλεο πόντον
πάφρον ὑπαὐθέρα, φεύγουσα δῖος γάμον ἀστδρι ἶσα.
πόφρα μὲν οὔ πω σοι χρυσείην ἐπεμίσγετο λύτῳ,
πόφρα δέ τ' ἀστερίην, σὺ δ' ἠχὶ οὐδὲ πω ἔκλεο.

Quibus quidem uersibus, mentio fit coniugij, quo Asteria Ioui iuncta fuit: sed Herculis nulla. Herculis Tyrij meminit Diodorus lib. 17. Biblioth. in uita nimirum Alexandri: sed longè uberius Arrianus in eiusdem Alexandri uita, lib. 2. ubi alium ipsum ab Argiuo & Ægyptio facit. Multis enim temporibus hunc ante illum floruisse, historicis rationibus edocet. Sed quur non adeò ipsius Arriani uerba subdimus? ἔστι γὰρ ἐν τύρῳ ἱερὸν ἡρακλέους παλαιότατα, οὗ μνήμην ἀνθρωπίνη διασώζει. οὐ μὴν ἀρχαῖός γε ἡρακλέους τοῦ ἀκμάσαντος πολλαῖς γὰρ γενεαῖς πρότερον τιμᾶται ἐν τύρῳ ἡρακλῆς, ὃν Ἀδμήτου ἐν φοινίκῃ ὁρμηθέντα δύβας λατασχεῖν, ἢ τὸν παῖδα Ἀδμήτου τὸν σεμέλῃ γενέσθαι ἐξ ὧν, καὶ ὁ τοῦ Διὸς διόνυσος γένεται. διόνυσος μὲν δὴ πρῶτος ἂν ἀπὸ Ἀδμήτου εἴη, Ἀγατὰ λάβδακον τὸν πολυδώρου τοῦ Ἀδμήτου παῖδα. ἡρακλῆς δὲ ὁ ἀρχαῖος, κατ' ὀλίγοδα μάλιστα τῶν λαΐου. σίβουσι δὲ καὶ ἄλλοι ἥρωα ἡρακλέα, οὐχ ὅμοιον τύρίοις, ἢ ἕλλησιν. ἀλλὰ λέγεται ἐρέσθαι, ὅτι τῶν δώδεκα θεῶν ἡρακλέα ἄγουσιν ἀγύρται.

In India.) Idem Arrianus lib. 8. non multam huius famam esse affirmat: apud Sibas tamẽ Indiæ gentem ipsum colunt ait, eumq; prorsus alium credit, quàm uel Ægyptium uel Tyrium uel Thebanum fuerit, licet & ipse pelle & clauа insignis colatur. Nam ego quidem facilè adducor ut credam, hæc insignia, si nõ omnibus, pleriſq; certè fuisse. Hoc arguit Gallicus ille apud Lucianum. Verùm si libello, qui Berosi titulo fertur, credimus, uidebitur Lybicus & Indicus Hercules idem. Alcumena.) Nihil attinet de hoc multa dicere, quo nihil est magis decantatum.

Quando me.) Nouo quodam exordiolo munit se aduersus Balbi interpretationem. Ne uideatur aliud agere, quàm ab initio fuerit contestatus, dicit, se calore quodam in hunc orationis cursum præter institutum esse deductum. Capeduncules.) Metonymia est, signum pro re signata. Per capeduncules enim intelligit antiquitatis frugalitatem. Sicut in Paradoxo primo, Corinthijs quorundam operibus, frugales Numæ capedines opponit. Quid, inquit, Numa Pompilius, minùs ne gratus dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quàm delicatas aliorum patéras arbitramur? Viderit Lazarus, quur ea luxuriæ instrumenta sumptuosa fecerit. Morisotus ἀφυχορίας transtulit, sed hoc nomine poculum nec apud Athenæum, nec Pollucem inuenio. Deinde Grammatici magis propter ansulas, quàm propter capacitatem sic appellasse uidentur. ὁ πλημοχόη ex descriptione Athenæi & Pollucis uidetur capedini Latinorũ non dissimilis esse.

Lælius.) Non sanè nobis constat de illa oratione aliud amplius, quàm quòd Cicero eam augustissimam dicit. Augustinus quidem lib. de Ciuit. Dei 4. cap. 27. quædam Læliana refert, ab hoc instituto non dissimilia: Relatum est, inquit, in literis, doctissimum Pontificem Scæuolam disputasse, tria genera tradita deorum: unum à poetis, alterum à philosophis, tertium à principibus ciuitatis. Primum genus nugatorium dicit esse, quòd multa de dijs fingantur indigna: Secundum, non congruere ciuitatibus, quòd habeat aliqua superuacua: aliqua etiam, quæ obsint populis, nosse. De superuacuis non magna causa est. solet enim & à uiris peritis dici, Superflua non nocent. Quæ sunt autem illa, quæ prolata in multitudine nocent? Hæc, inquit, non esse deos, Herculem, Æsculapium, Castorem,

Pollucem. Proditur enim à doctis, quòd homines fuerint, & humana cõditione defecerint. Quid aliud, quàm quod eorum qui sint dij, non habebant ciuitates uera simulacra: quòd uerus Deus nec sexum habeat, nec ætatem, nec definita corporis membra? Hæc Pontifex nosse populos non uult, nam falsa esse non putat.

Si dij sunt.) Sorites Hypotheticus, conditionalis negatiuus. Panisci.) Diminutiuum à Pane: sicut Satyriscus à satyro, & fatuellus à fatuo, & fatuella à fatua. Vtitur etiam de Diuin. in Chiorum lapidicinis saxo diffisso caput extitisse Panisci. Habet autem diminutio contemptum. At earum templo.) Anthypophora. Non est magni negotij, diuinitate illos exuere. Nec indignum hoc argumentum, in quo pueri se exerceant. Neq; institutum nostrum est, in illorũ historijs diutius insistere, cum eas, præter alios, Gyraldus antè totas occuparit. Et nos in Lactantianis de his quædam delibauimus. Templa & aras illis sanè fuisse legimus, ut in Lupercali, quod spelunca in radicibus Palatini fuit, ara Pani sacra fuisse legitur. & Dionysius huius etiã templi meminit. Nympharum ædis incendium Clodio ipse Cicero obijcit.

Orcus.) Pluto, & Dis. Sunt autem hæc argumenta ex consequentibus. Diuisio illa, qua tres Saturnij (nam hîc quoq; Lucilius poetis nominatur) uniuersitatem sorte inter se partiti sunt, alibi ex Homero indicata est. Orcum, latinum nomen omnino esse credo. Nec repugno Festo, qui ab urgendo, quarundam literarum immutatione deducit. Nam ab ὄρκος, id est, iureiurando dictum esse, uix adducor ut credam: cum hoc illius nomen apud Græcos nusquam inueniatur. Veterum cæca religio non ipsum modò Orcum, sed Orci quoq; familiam, quam Cottam iam enumerat, pro dijs coluit.

Acheron.) Hunc alij Cereris filium sine patre fuisse

guunt, alij Titanis & Terræ filium faciunt. De hoc legendus Boccatius est libro de Genealogia deorum primo, cap. 3. Quem, opinor, sequutus est Pylades in Theogonia.

Cocytus.) Inuersus est ordo per ὑστερολογίαν. Nam sicut Styx Acherontis & Terræ filia fingitur, (quanquam apud Hesiodum inter Tethyos ex Oceano liberos numeratur) sic Cocytus ex Styge palude natus putatur, eò fortè, quòd Cocytus palus ex Styge palude manare, ab Homero memoratur.

Phlegethon.) Hunc rursus Cocyti filium faciunt, et huius deinde Lethen filiam. Sed τῶν λήθω, id est, obliuionem, in Noctis progenie numerat Hesiodus. Mythologiam horum edisserit Macrobius libro primo de Somnio Scipionis, capite undecimo. Nos uoces duntaxat rimabimur, quæ cum mythologijs pulchrè congruunt. Primum Acherontem Isacius & Parrhasius historicè fluuium ad Heracleam Ponti faciũt, ab Acheronte Mariandynorum rege dictum, cuius etiam Apollonius in 2. meminit:

λαθὼν δ' οὐ μάλα πουλὺ δι' ὀξὺ ἄλσος ἀώτισε
τῶν μαριανδυνῶν ἐπιπλώσιτε νοφίσαντος.
ἔστι μὲν ἐς ἀΐδαο λιαπάυστις ὀδὴ λίμνοιό θ'. &c.

Is postea σωσανάτης, à quibusdã nautis ibi seruatis dictus. Deinde μυδνῶν fluuium infernalem. Adscribam de hoc etiam Platonis uerba ex Phædone, sed pro fabula recitanda: τούτου δὲ λιαπαυστικὸν πρὸς ἑαυτίους ῥέων ἀχέρων, ὃς δι' ἐρήμων τόπων ῥεῖ ἄλλων, κἀ δὴ καὶ ὑπὸ γῆν ῥέων, εἰς τὴν λίμνην ἀφικνεῖται τὴν ἀχερουσιάδα, οὗ δὴ τῶν τετελευτηκότων ψυχὰς τῶν πολλῶν ἀφικνοῦσθαι, &c. Isacius, ἀχέρων, inquit, ὅ ἐστι, καὶ ἡ χύσις τῶν ἀχέων ἢ ὀλίψεων, τῶν διὰ τοὺς τιθνεῶτας. Exponunt hoc nomen priuatiuè, quasi ἀχαρῶν, ac inconuerso. hinc tristis & mœstus Syllio. Cocytum δεῶν interpretantur. Hinc Cicero fremitum illi tribuit in Tusc. quæst. dictum enim putant παρὰ τὸ κωκύω, lugeo.

Quanquam

Quanquam alij à Coccyge dictum credant. Theseus uerò apud Senecam, cõmuni sententiæ astipulari uidetur, dum dirarum auium turpißimos ululatus ibi audiri ait:

Palus inertis fœda Cocyti iacet,
Hic uultur, hic luctifer bubo gemit.

στὺξ, ait Isacius, palus infernalis, dictus παρὰ τὸ στυγεῖσθαι, quod est exosum esse. στῦγα uerò alij mœrorem seu mœstitiam interpretantur. Lycophroni κελαινὴ, sicut Ausonio Nocticolor. Isacius addit, Præterea etiam in Arcadia Stygem esse tam gelidam, ut eius frigore uasa quæq; rumpantur, præter fictilia. φλεγέθων, à φλεγέθω, id est, comburo, nomen habet, Homero & Platoni πυρφλεγέθων, Lycophroni πυριφλεγὲς ῥεῖθρον, hinc poetis igneus & ardens. Philosophi hæc pro fabulis habent: Plato in Phædone et Axiocho, Cicero in prima Tusc.

Tum Charon.) Herebi & Noctis filium fuisse, Boccatius ex Chrysippo refert. per ἀντίφρασιν quibusdã dictus uidetur, quasi ἄχαρων. Euripidi in Alcestide cognominatur νεκροπομπὸς, & ψυχοπομπὸς: Vergilio Portitor, sicut Græcis πορθμεὺς. Describitur autem à Vergilio in 6. Extat de hoc dialogus apud Lucianum ἐν τοῖς νεκρικοῖς.

Tum Cerberus.) Hesiodus Geryonem illi patrem, matrem Echidnam nympham facit. Insigniuit epithetis uarijs. ἀμήχανον appellat, ut Verg. ingentem ianitorem. Item, Cerberus hîc ingens. Immanis item Horatio dicitur. Rursus οὐτὶ φάτειον, id est, ineffabilem, fortè quia Medusæum monstrum: Ouidius. κέρβερον ὀμηστὴν: Cerberum dictum putant, quasi κρεοβόρον, quasi tu dicas Carniuorũ: ὀμηστὴν autem, quia legitur, Ossa super recubans. ἀΐδεω κύνα, sic Euripidi quoq; in Alcestide πλούτωνος κύων dicitur. Item καλκεόφωνον. nam apud Vergil.

Æternum latrans exangues territat umbras.

Item πεντηκοντακέφαλον. Atqui reliqui scriptores tria tantum

tantum illi capita tribuunt, ut: — Latratu regna trifauci Personat. Tergeminus Ouidio. Quanquam Palæphatus τρικάρηνον, à Tricaria urbe conditum exponit. Rursus ἀναιδέα τε κρατερόν τε. Tribuunt enim illi alij etiam caudam serpentinam. Excubias illius describit idem Hesiodus his uersibus:

— δεινὸς δὲ κύων προπάροιθε φυλάσσει,
νηλειὴς, τέχνην δὲ κακὴν ἔχει. ἐς μὲν ἰόντας
σαίνει ὁμῶς οὐρῇ τε καὶ οὔασιν ἀμφοτέροισιν,
ἐξελθεῖν δ' οὐκ αὖτις ἐᾷ πάλιν, ἀλλὰ δοκεύων
ἐσθίει, ὅν κε λάβῃσι πυλέων ἔκτοσθεν ἰόντα.

Ioannes Tzetzes in Varia historia historicè sic exponit,

οὗτος δ' ὁ ἅδης βασιλεὺς τῶν μολοσσῶν ὑπῆρχεν,
ἔχων καὶ κύνα μέγιστον, ὃν κέρβερον ἐκάλει.

Consentiunt quæ à Palæphato de hoc describuntur. Sunt qui allegoricè quoq; hanc fabulam enarrãt. Sed hæc fortè, quàm pro re, prolixius.

Hæc Carneades.) Ex 5. Tuscul. quæst. manifestum est, eum Stoicorũ dogmata retundere solitum fuisse. Laertius negat hunc ulla reliquisse monumenta. Quod si uerum est, unde quæso ad posteros transmissæ sunt quæstiones uel hæ, uel illæ quæ à Lactantio lib. 5. cap. 17. ex quibus quædam sunt lib. Off. 3. Aether & dies.) Hesiod.

νυκτὸς δ' αὖτ' αἰθήρ τε καὶ ἡμέρη ἐξεγένοντο,
οὓς τέκε κυσσαμένη ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.

Fratres & sorores deinceps poeta enumerando prosequitur. Amor.) Non Veneris Cupidinem, sed quem Hesiod. æquæuum Chao facit:

ἠδ' ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
δυσιμελὴς πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων,
δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Dolus.) Hunc apud Hesiodum non inuenio. Numeratur in Herebi progenie à Boccatio li. 1. cap. 20. Sed ex Cicerone

Cicerone adducit quædam, quædam ex Baalaam: nisi forte Dolorem legere malis. στυγερὸν γὰρ μόρον Hesiodus in Erebi & Noctis progenie recenset.

Metus.) Hesiodus Metum & Timorem Martis & Veneris prolem facit. — αὐτὰρ ἄρκι
ῥινοτόρῳ κυθέρεια φόβον καὶ δεῖμον ἔτικτεν
δεινούς. Stat. 7. Theb. etiã in Martis comitatu numerat.

Labor.) Apud Hesiodum Contentionis est filius, Noctis nepos. sic enim legitur:
αὐτὰρ ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν πόνον ἀλγινόεντα.

Inuidentia.) Apud Hesiodum non reperitur. Apud Ouidium in 3. Metamor. Inuidiæ (sic enim nominat) τοποθεσία, ipsiusque προσωποποιία extat. Senarius euiusdam Hippothoontis legitur,
φθόνος κάκιστος καδικώτατος θεός.
Euripides dubitat alicubi, ex quibus parentibus hoc malum natum sit:
τίς ἄρα μήτηρ, ἢ πατὴρ κακὸν μέγα
βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον;

Fatum.) κῆρα μέλαιναν Hesiodus. Boccatius, nescio quibus autoribus, Dæmogorgonem huic patrem, matrem Chaos facit. Non est huius loci commemorare εἱμαρμένην, μοῖραν, πεπρωμένην, νέμεσιν, αἶσαν, ἀνάγκην. Quæ dei uocabula, Stoici Deo uni tribuunt.

Senectus.) γῆρας οὐλόμενον, Hesiod. Gades, gens superstitiosa, Senectæ aram dicauit. Philost. de Apollonij uita lib. 5. Mors.) Mortis deum Platonici Ditem ipsum uocant, eo quòd ad ueras nos diuitias ducit. Macrob. in Som. Scip. lib. 1. cap. 11. Cætera Hesiodo respondent. Hoc interim obseruandum, quòd Hesiodus horum aliquos solius Noctis absq; patre filios affirmat: quibus Cicero Erebum patrem assignat. Audiamus ipsum:
νὺξ δ' ἔτεκε στυγερόν τε μόρον, καὶ κῆρα μέλαιναν,
καὶ θάνα-

καὶ θάνατον. τέκε δ' ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον ὀνείρων,
οὔ τινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε νὺξ ἐρεβέννη. Quæ uerba insequentibus quoq; non mediocriter erunt usui.

Tenebræ.) Boccatius inter matrem & filiam hoc interesse ait, quòd in Nocte siderum lumina uidentur, in Tenebra nulla. Neque enim dubito, apud Ciceronem etiam Tenebra in singulari legendũ esse. huius quidem apud Hesiodum mentio, ut ego quidem puto, nulla. Per hanc Strepsiades apud Aristoph. in Nebulis iurat:
οὔ τοι μὰ τὴν ὁμίχλην ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς.
Videtur Comicus & huic, & Nebulis, Chaos parentem assignare.

Miseria.) Arbitror eam esse, quam Hesiodus οἰζὺν ἀλγινόεσσαν, id est, ærumnam dolorosam, inter Noctis filias recenset.

Querela.) An hæc apud Hesiodum sit, non facilè dixerim, nisi fortè ἡ δυσνομία sit hæc censenda.

Gratia.) φιλότητα opinor hanc esse. Nam Fraudem, & hanc, Hesiodus simul numerat.
— μετὰ τὴν δ' ἀπάτην τέκε, καὶ φιλότητα.
Nam Charites intelligi non possunt, quæ Iouis ex Eurynome filiæ feruntur: uel, ut alij uolunt, Liberi patris ex Venere.

Fraudem.) ἀπάτην, qua de iam diximus. Eius imaginem enarrat Boccatius ex Dante.

Pertinacia.) Ea est, quam ἔριν καρτερόθυμον Hesiodus nominauit. cuius etiam liberos enumerat.

Parcæ.) κατ' ἀντίφρασιν dictas communis tenet opinio. quanquam nõ desint, quibus à pariendo magis dictæ uidentur. Qui de his σύνταγμα uolet, petat ex Phurnuto & Gyraldo. Nos unum hoc apud Hesiodum miramur, quam differentiam statuat inter μοίρας καὶ κῆρας, hoc uersiculo, καὶ μοῖρας καὶ κῆρας ἐγείνατο νειλεοποίνους.

an con-

an coniunctio καὶ interpretatiuè secũdo loco accipiatur, ita ut eædem sint μοῖραι & κῆραι. Non ignoramus, eundem κῆραν superius dixisse, quod fatum est apud Ciceronem. Deinde rursus miramur, quòd alio loco Erebi et Noctis filias facit, atq; alio rursus loco Iouem & Themin illis parentes statuit. Prætereo, quòd Plato Necessitatis filias eos facit. Satis nobis est, lectorem de his admonuisse. Hoc unum addentes, quòd Boccatius suos sequutus autores, non Erebi filias, sed sorores facit, ex Dæmogorgone Herebi patre & Chao natas, libro de Genealogia deorum primo. Hesperides.) Hesiodus:

ἑσπερίδας θ' αἷς μῆλα πέρην κλητοῦ ὠκεανοῖο
χρύσεα καλὰ μέλουσι, φέροντα τε δένδρεα καρπὸν.

Ne tamen eas cõfundamus, alio loco in eodem opere Gorgonas sic nominat, σθενὼ, εὐρυάλην καὶ μέδουσαν. Harum uerò nomina sunt, Ægle, Arethusa, Hespertusa. Ex patronymico quidam colligunt, Hesperi filias fuisse. Hesperum uerò alij Iapeti filium faciunt, Atlantis fratrem, alio nomine prius Philoten nominatum: alij Atlantis filium. Pherecydes uerò, quem maior consensus sequitur, eas ipsius Atlantis filias asserere putatur. Diod. rursus lib. 4. Hesperum quidem & Atlantem fratres perhibet, Hesperiq; filiam Hesperin, (unde regio Hesperia dicta) Atlanti septem peperisse filias, quæ à matre Hesperides, à patre Atlantides dictæ fuerint. Cæterùm Palæphatus hunc sequitur, per μῆλα non mala, sed oues, historicè intelligens.

Somnia.) Superius intelleximus, Somnum, Hesiodi sententia, mortis fratrem esse, imò somniorum etiam agmina. Figmentum hoc est minimè ineptum. Exprimitur huius effigies quædam ab ipso Marone in Palinuri casu, quem simulatq; somnus oppressit (somnus autem Deus à poeta quidã fingitur) insomnia illi Phorbanti similis tristia, cum gubernacula liquidas proiecit in undas præcipitem.

pitem. Similis planè ratio est apud Ouid. in Argi fabula, ubi Mercurius magica sua ferula primùm somnum, deinde mortem illi adfert. His addit Phurnutus θεῶν ἀγγέλους ὀνείρους εἶναι. Apud Platonem certè probatur, si mors ceu somnus quidam sit, sine insomnio. Non huius loci est commemorare, somnum mortis imaginem esse. Somnus quidẽ apud Ciceron. hic non nominatur, frater tamẽ eius etiam ab alijs scriptoribus agnoscitur. Verg. in 6. Tum cõsanguineus Lethi Sopor. Quo loco, uel Macrobio teste, ad Homericum similem respexit. sic enim Iliados decimo quarto:

ἐνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο.

Quid Apollinem.) Qui uidelicet ex utroq; parente deo. De Hercule.) Qui ex patre deo, ex matre mortali. exẽpla huius ordinis collegit Hygin. cap. 224. fabularum. Quid Aristeus.) A similitudine conditionis, sicut iam suprà à dissimilitudine. De Aristeo apud Diodorum Sic. lib. 5. cap. 14. sic legimus: Hic ex Apolline ac Cyrene Penei filia genitus est, de cuius genere quidam ita tradunt. Cum Cyrene apud Peneum uirgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptã uirginem in Libyam detulit ad ea loca, in quibus postmodum ciuitas condita est ab eius nomine Cyrene, ex eaq; filium suscepit Aristeum, quem infantẽ tradidit nymphis nutriendum, à quibus triplici nomine est appellatus, Nomius, Aristeus, Agreus. Ab his nymphis cum lac coagulare, mel atq; oleum conficere didicisset, primus ea in usu hominum traduxit, & à posteris ut deus meritis honoribus, sicut & Dionysius, cultus est, etc. Ex Pindaro apparet, ἀγρέα καὶ νόμιον epitheta esse. Quanquam sunt, qui fratrum hæc nomina esse dicant, addentes præterea Eutocum, qui Apollonij Scholiastæ Autuchos nominatur, qui Bacchilidis autoritate quatuor Aristeos facit: unum Caristi filium, alterum Cheronis,

nis, tertium Terræ & Cœli, quartũ hunc nostrum Cyrenes ex Apolline. Variat Iustinus, uariant alij. Variationes collegit Gyraldus Syntag. 1.

Qui oliuæ dicitur inuentor.) Præter iam memoratos scriptores, de huius inuẽtis nihil celebrius, quàm quæ Maro in 4. Georg. de apũ reparatione scribit. Plinius, Aristæum primum omnium mel miscuisse uino. Iubium Cicero hic, uel Cotta, diuinitatem Aristæi uocare uidetur, cum tamen Diodorus diuinos illi honores habitos dixerit, & Vergil. inter numina rustica eũ inuocet

Et cultor nemorum, cui pingnia Cœa
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

Theseus qui Neptuni.) Hic celebrior est, quàm ut de eo uel satis dici possit, uel plura in præsenti debeant. Neq; enim institutum est nostrum, uelle historias uel etiam comia Heroum contexere: sed quia de natalibus & diuinitate quæstio est, facile deorũ numero ipsum eximemus. Quanquam Isocrates, grauissimus scilicet autor, fabulatorum leuitatem sequutus, Neptuni filium dicat, & hominem omni genere uitiorum contaminatum, omnibus uirtutibus ornatum prædicare nihil dubitet: constat tamen ex historica ueritate, Iustino & Plutarcho testibus, Ægæo & Æthra fuisse natum: quod ita ueteribus persuasum fuit, ut ne Hesiodus quidem, fabulosarum genealogiarum textor, aliter censuerit, ut qui Θήσεα τ' αἰγαίοιο, ἴσον θεοῖσ ἀθανάτοισιν dixerit. Sequuta tamẽ adulatrix posteritas, quæ illi diuinos exhibere honores nihil dubitauit. Nã & templũ habuit Athenis, cuius Pausan. in Att. & Thucydides in 6. meminerunt: & sacrificia illi, Plutarcho teste, post mortem facta sunt: & festa instituta, quibus ἑκαία nomẽ fuit, quorũ apud Aristoph. in Pluto mentio fit. Est & Boccaij error nobis taxãdus, qui autore Theodontio, Ægeum, Thesei patrem, Neptuni filium fuisse affirmat: cum ex fide historica manifestum sit, ipsum paternũ genus ad Erechtheum referre, ut Lycophronis commentator edocet. Nam Ægeum ait Phemij esse filium, Ægei uerò Theseum: & reuera Theseum Ægei fuisse, & Æthræ, cæterùm Ægea Pandionis, non Phemij.

Vt enim iniure.) Analogia ex iure ciuili, ad ius naturale. Nam in centonibus iure consultorum, quos Pandectas uocant, titulo de statu hominum, ibi Martiani uerba leguntur in hunc modum: Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt, &c. Repetuntur hæc à Iustiniano lib. 1. cõ. de ingenuis. Fit huius rei mentio etiam in Codice, in cap. de Rei uend. & liberali causa.

Achillem.) Quod si fructus uentrem sequitur, ut iuris reconsulti dicunt, ueniunt etiam huius natales in dubium. Nam non desunt, qui eum ex Philomela Actoris filia natum dicunt, cuius rei autorem Deimachum Apollonij scholiastes lib. 1. citat. Strabo lib. 13. templum Achillis, & sepulchrum iuxta Sigeum ponit. Stephanus plures Astypalæas numerat. Insulam tamẽ hanc unam ex Cycladibus esse, uarijs nominibus nuncupatam, Pyrrham dictam, cũ Cares eam tenerent. Postea Pylæa: inde διὰ πολὺ πρόπυλον, propter florulentiã. Astypalæam uerò dictam ab Ancæi matre. sed de hoc nihil. Verùm Plutarchus in uita Pyrrhi, hunc in Epiro quoq; ut deum coli memorat, eorumq; lingua Aspetum fuisse nominatum. Diuersum huic est, quod de Tenedijs apud Diodorum legimus, apud quos edi dictum fuit, ne quis Achillem nominaret.

Orpheus.) Apollonij Scholiastes lib. 1. ἄνευ δὲ Ὀρφέως, καὶ τὰ μὲν ἀσυλλητὰ ἔσθλων, ἀπόλλωνες ἠδὲ παλλήνης, καὶ τὰ δὲ ἰνίσιον διάγγου ἠδὲ πολυμνίας. Ioan. Tzetzes in Variis hist. cap. 12. Ὀρφεὺς ἦν βραχὺ ἐξ ὀδρυσσῶν πατρίδος βισαλτίας, Μινύππης τῆς ταμυρίδος υἱὸς ἠδὲ τοῦ διάγγου, κἂν ἄλλοι γεγικώτερον φασὶ τῆς παλλήνης.

Rhesus.) Apud Eurip. in tragœdia, quæ ab ipsius nomine Rhesus inscribitur, Strymonis fluuij & Musæ cuiusdam filius fuisse legitur. sed matris nomen nusquam exprimitur. Sic in Choro quodam:

ὁ τρυμόνιος πῶλος ἀειδοῦ,
Μούσαις ὕμνων καλλιπνεῖ σε.

Et aliquanto inferius Minerua in hunc modum fatur:

ὕμνῳ πορίνυσσ' ἄνδρα σοι μίγα φίλον,
τῆς ὑμνοποιοῦ παῖδα δρήσιον θεᾶς
μούσης, πατρὸς δὲ τρυμόνος πιπλήσουσαι.

Sed in argumento fabulæ nominatur Terpsichore. Alij Euterpen illi matrem tribuũt. Homer. Iliad. κ. — ἠῦτε βασιλῆϊ, πάϊς ἠΐθεος. Hesiodus sicut Strymonem & alia flumina, sic Rhesum quoq; ex Oceano & Thetide natũ ait. Homeri commentator loco citato, Musarum filios enumerat: cuius uerba huc transferre non absurdum uidetur. Ex Musis nati hi ferè sunt: Orpheus ex Calliope, seu Clione: Linus ex Terpsichore, siue, ut quibusdam uidetur, ex Euterpe. Rhesus etiam ipse quoq; siue ex Terpsichore, siue Euterpe. ex Thalia Palæphatus, ex Eratone Thamyris Thrax. Melpomenes & Acheloi filiæ fuere Sirenes, Polymniæ Triptolemus.

Hecaten.) Hesiodum sequitur. Nam inter scriptores magna est de harum natalibus diuersitas. Hesiodus inquã, Latonæ & Asteriæ patrem Cœum, matrem Phœben facit. Asteriam Persæ uxorem iungit. ἡ δὲ, inquit Poeta, ὑποκυσαμένη ἑκάτην τέκε. Nisi fortasis Musæum magis sequutus, qui primus Theogoniam scripsisse perhibetur: qui, ut nonnulli eum allegant, Iouis & Asteries filiã eam fecit. Quanquàm non desunt, qui Orphico testimonio, Iunonem Cereri mixtũ, eam genuisse tradiũt. Quæ quidẽ sententia cum Cotta nostro pugnat. & quidni inter deas colocanda, & quidem inter præcipuas, quam Iupiter pluribus

bus quàm ullas alias priuilegijs, (si Hesiodo credimus) & muneribus ornauit? Plinius libro 36. cap. 5. inter Timothei opera Hecaten quoq; numerat, Ephesi in templo Dianæ. Item Alcamenes omnium primus Hecatæ triforme signum fecit, id Athenis uisebatur iuxta Victoriæ statuam. Non est huius loci, uel Cocyti portas, templum ipsius cõmemorare, uel πανσκίφαλον simulacrũ, uel sacra canina.

Eumenides.) Si hoc infernale monstrum, inquit, dea censendũ est, quur non reliqua quoq;, ut sunt Eumenides, seu Furiæ? Indicat, concesso uno absurdo, longa sequi malarum collectionum agmina. nec illi, ut pro dijs agnoscat, fidem faciunt delubra & sacra publicè passim constituta, institutaq;, & multo minus generationis series. Sed uideamus de Eumenidibus quoq;. Erinnyas alij nominarunt. Eas Hesiodus natas fabulatur ex sanguinis guttis pudendorũ Cæli in terram cadentibus. Lact. in Thebaid. Noctis & Herebi filias dixit, Æschylum sequutus, qui eas eadem (citante Isacio) νυκτὸς ἀλαοῦς τέκνα dicit. Vergil. Hũc mihi da proprium uirgo sata Nocte laborem. Boccatius, Theodontij sui autoritate, Acherontis & Noctis filias facit. Stat. Totidemq;: satis Acheronte nefasto Virginibus. Orpheus uero in Hymno, ἀγνὰι δυγατέρες μεγάλου διὸς χθονίοιο, πεφνφόνες τε. Varia illis nomina fuere, & communia & singularia, de quib. post Phurnutum Boccatius & Gyraldus copiosè. Sed et Ioan. Tzetzes in Variæ historiæ Chiliad. 12.

Quarum & Athenis.) σεμνῶν uidelicet θεῶν: sic enim Athenienses uocarunt. Pausan. in Att. iuxtà est dearum templum, quas Attici Heroas appellant, Hesiodus uerò in Theog. Erinnys, quibus Æschylus primus crines anguibus implicitos esse finxit. sed neq; harum, neq; aliorum deorum infernalium, qui illic positi sunt, simulacris quicquam inest horribile. Lucus Furinæ.) Hic locus de-

clarare, quàm declarari, magis cõmodus est. Varro memi nit furinalis flaminis, et furinaliũ feriarum; itẽ furinaliũ sacrorũ Festus, quæ nimirum in Furinæ honorem institu ta fuerunt. Cæterum de Furinæ luco nihil alibi. Martian. quidẽ Furæ cuiusdam, & Furinæ, & Maniæ matris men tionem facit, in 2.

Speculatrices quædam & uindices.) Ob hoc ĩpsum Phurnuto ἐριννύες dictæ, quasi ἐρευνητῆρες τῶν ἁμαρ τανόντων οὖσαι. & apud Orpheum, ἀσεβούντων τῶν τ' ἀδί κων τιμωροί. Agitant autem & insectãtur impios Furiæ, ut Cic. de Legibus 1. dicit, non ardentib. tædis, sicut in fa bulis, sed angore conscientiæ. Est insignis eiusdẽ Cic. pro Roscio locus: celebratior tamẽ & prolixor quàm qui ad scribi cõmodè uel debeat, uel poßit. Exemplorum abun dè in Tragœdijs paßim est.

Natio.) Nascio aliàs. Arbitror eandẽ esse cũ Iunone Lucina, quam eandem Opigenã & Natalem uocant, γενέθλιον Græci. Spes.) Hæc à Collatino consecrata: Cic. de Leg. Huius ædes in foro Olitorio fuit, quam fulmi ne ictam Liuius scribit lib. 1. Dec. 3. Seruilio & Flaminio Coss. designatis. Idem li. 4. Q. Fabio F. T. Semp. Graccho Coss. incendio conflagratam eandem scribit.

Moneta.) Iunonis cognomẽ hoc fuit. De hac nonni hil apud Lactant. diximus. Monetã à monẽdo dictã esse, Cic. de Diuinat. 1. monet. Eius ædẽ Cal. Iun. dedicatã scri bit Mac. li. Sat. 1. ca. 12. Camilli uoto id factũ, Ouid. canit

Arce quod ex summa Iunoni tẽpla Monetæ, (Fast. 6.

Ex uoto memorant facta Camille tuo.

Nobilis, ex inuentione librorum linteorum, ut apud Li uium scriptũ legimus, li. 4. ab V. C.

Isim & Serapim.) Ægyptiaca numina, de quib. nos apud Lact. diximus, lib. 1. Diuin. inst. cap. 21. Nec sunt alij gentilium dij, qui à scriptorib. ecclesiasticis dignioribus modis accipiantur. Quib. Lactantiana nostra hoc loco sa tis non

tis non faciũt, petãt plura ex Gyraldi sexto Syntagmate, pluribusq; locis paßim. Boue.) Apim fortè intelligit, de quo in 2. dictum est. quia uerò in plurali hanc conge riem congerit, κατ' ἀντονωμασίαν fieri puto.

Equos.) Vt Pegasum, qui etiam inter sidera est re latus. Ibes.) De horum plerisq; in primo dictum est. Quare iam silentio prætergredimur animalia.

Nobis Matuta dicetur.) Eodem propè modo in primo Tusc. Q. legitur, & nos superius leuiter attigimus. Legimus quidem apud Ouid. in 4. Metamorph. quòd Ne ptunus abstulit cùm matri, tum filio,

Quod mortale fuit, maiestatemq; uerendam
Imposuit, nomenq; simul faciemq; nouauit,
Leucotheaq; deum cum matre Palæmona dixit.

Apud Homerum tamen utroq; nomine simul nomina tur, ita ut hoc quod immortalitatis putant, epitheti uice fungatur. Sic enim est Odiss. ε.

τὸν δὲ ἴδε κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος ἰνὼ
λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα,
νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξέμορε τιμῆς.

Nam Inus opus est succurrere naufragis. Hinc opẽ ibi Vlyßi præstat. Hinc Orpheus νήων σωτεῖραν nominat. hinc apud Propertium,

Hanc miser implorat nauita Leucotheam.

Latinis Matutam dici, testatur etiam Ouidius,

Leucothe Graijs, Matuta uocabere nostris.

Cadmi.) Mortalis scilicet. Hesiodus:

κάδμῳ ἁρμονίη θυγάτηρ χρυσῆς ἀφροδίτης
ἰνὼ καὶ σεμελὴν, &c. Si ex mortalib. immortales, quid mali, quod nõ ex immortalib. potius immortales? Ab absurdo, cõtra causas naturales. Circe.) Hesiod. in Theogonia:

ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ ὠκεανίνη,
περσηὶς, κίρκην τε καὶ αἰήτην βασιλῆα.

Homerus Odyß. κ. deam tamen appellat, sed αὐδήεσσαν,

id est, mortalem, æquè atq; Leucotheã. Nam hoc epitheton hominum est. ut Od. ζ.

ἢ νύπου ἀνθρώπων εἰμὶ σχεδὸν αὐδηέντων.

Hinc etiam Lactantianus nobis locus luculentior erit, qui est de Opif. Dei ca. 8. ubi aures, quasi αὐδὰς muta litera dictas ait, autoritate Virgiliana nixus, apud quem Æneidos quarto est,

— Vocẽq; his aurib. hausi. Sed audiamus ipsum Hom.

αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔναιε
κίρκη ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα,
αὐτοκασιγνήτη, ὀλοόφρονος αἰήταο.
ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου ἠελίοιο
μητρός τ' ἐκ πέρσης, τὴν ὠκεανὸς τέκε παῖδα.

Maternũ igitur etiã genus ad Oceanũ, id est, deũ retulit.

Pasiphae.) Boccatius Theodontij sui autoritate, Pasiphaes patrem non Solem Hyperionem, sed Rhodiũ quẽdam facit. Quanquam hoc non admodum hic quæritur. De matre magis inquirendum, quam inter plurimos scriptores, uix unus Diodorus nominat, Cretam uidelicet: nec quibus ex parentibus orta sit, edisserit. Hoc inuestigandũ nobis est. Plinius in Nat. hist. lib. 4. cap. 12. Cretam insulam, Dosiadis cuiusdam testimonio, à Creta nympha Hesperidis filia dictam testatur. Quod si hæc cum illis contuleris, quæ suprà de Hesperidib. diximus, facile (opinor) te ex hac difficultate expedies.

Nostri Circeienses.) Nostri dicit, quia Romanorum fuit colonia. Pompon. Mela Circes domum nominat. Strabo Circeium insulam hanc nominat, aitq; in ea esse castellum, & sacellum Circes, & Mineruæ aram. relinquit opinionem, Circen ibi coli propter herbam Circeiam, cuius ibi proueniat copia. Atqui Pasiphaes quoq; templum & sacra apud Lacedæmonios fuisse, legitur apud Plu. in uitis Agidis & Cleomenis. Quid quod & illic

illic Atlantidas nominat, quæ Hesperides nostræ sunt.

Quid Medeæ.) Hesiodus sanè in Genealogia deorum recenset hoc modo:

αἰήτης δ' ὑὸς φαεσιμβρότου ἠελίοιο,
κούρην ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο
γῆμε, θεῶν βουλῇσιν, Εἰδῆαν καλλιπάρηον.
ἡ δέ οἱ μήδειαν ἐϋσφυρον ἐν φιλότητι
γείναθ' ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσῶν ἀφροδίτην.

Medea non tragœdijs modò, & Argonauticorum scriptorib. sed historijs quoq; ita celebrata est, ut superfluum sit futurum, quicquid de ea dicatur. Ιδῆα mater uulgò non satis nota est: atq; inter eruditos sunt, qui de hac controuertũt. Cõmunis quidem hæc inter doctos de Ιδῆα, & recepta sententia est: sed nõ desunt tamen, qui Medeæ matrẽ Eurylyten nominant: rursus qui Neærã, rursus qui ipsam Hecatẽ, rursus qui Antiopen. Sunt qui apud Ouid. in Epist. Helenes ad Paridẽ, Ipseã nominãt: quæ lectio mihi ualde suspecta est, licet eam ipse quoq; Boccatius agnoscat. Apud Lycophronis commentatorem sic legimus, εἰδῆα γυνὴ αἰήτου, θυγάτηρ ὠκεανοῦ, οὗ αἰήτου καὶ εἰδῆας μήδεια καὶ ἄψυρτος. Inueniuntur qui tradunt, eam Floræ nomine pro numime coli.

Absyrto fratre.) Hesiodus hunc silentio præterijt. Diodorus etiam Egialium nominat, quanquam Ægialiũ uulgata lectio habet. Apud Iustinum legimus, Ægialum Æetæ filium à Iasone interfectum. Isacius credit, Medeã ob fratris Absyrti necem γνωτοφόντιν, καὶ τέκνων ἀλάστορα à Lycophrone cognominari. prius quadrat, posterius ad liberorũ, quos ex Iasone cæperat, cædem referendum magis crediderim, coniectura ex Seneca & Euripide sumpta, quorũ de Medea Tragœdiæ extãt, sicut etiã Pacuuij & Ouidij inter ueterum monumenta numerãtur. Quanquam apud Ælianum de Varia hist. lib. 5. negatur ipsam

liberos interfecisse. Apud Ouid. lib. 3. Elegia nona de Absyrti nece legitur. An Amphiaraus.) Qui Ioui & Apollini charissimus apud Hom. Odyss. o. fuisse legitur:

ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεὺς τ' Αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων,
πάντοίην φιλότητ' ἐπιειδής· οὐδέ τι οἱ γήρας ἐπῆν ὀλοόν.

Cuius loci etiam Plato in Axiocho meminit.

Nec mirum, cum tam amatum illis fuisse, de quo Æschylus hoc testimonium apud Plutarchum in Aristide legitur:

οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
ἀφ' ἧς τὰ κείνα βλαστάνει βουλεύματα.

Historiã huius Homeri cõment. ex Asclepiade citat. Consule præterea Diod. & Boccat. Huc magis pertinẽt, quæ à Pausania in Atticis referuntur. Nã præterquã quòd longũ catalogum recẽset, eorũ qui homines cum essent, apud Græcos pro dijs haberi cœperunt, scribit de ipsius præterea apotheosi, & quomodo ab Oropijs diuini honores fuerint illi exhibiti, sacellũ illi ibidẽ consecratũ, &c. quæ quia prolixioris sunt narrationis, ex ipso autore petenda consulo. Strabo quoq; lib. 9. eiusdem sacelli meminit: & 16. inter quosdam eiusdem loci atq; ordinis deos cum numerat, in quibus etiam Trophonius hic noster est. De Trophonio plurima collegit Eras. in prouerbio, Antrum Trophonij. Peculiariter tamen huc pertinebunt, quæ de hoc in 1. Tusc. Quæst. scripta sunt.

Lege censoria.) Equidem tantũ hinc colligo, quòd non templa modò curæ Censorum cõmissa fuerint, sed etiam neminem temerè ascriptitiũ deum uel facere, uel admittere, & indignos in ordinem cogere.

Erechtheus.) Pausanias delubri Erechthei meminit. Aiunt non ipsum modò Erechtheum pro deo cultum ab Atheniensibus fuisse, sed ipsius etiam filias. quæ cum sponte ultrò offerrent pro cõmuni salute, Proserpinæ immolatæ leguntur.

leguntur. cuius alibi noster etiam Cic. meminit.

Codrus.) Celebratur Codrus ab autorib. passim inter eos, qui amore Reip. interierũt: ut à Valer. lib. 5. cap. 6. & à Cicer. nostro in 1. Tusc. Q. Quo loco uide quid Camerarius annotarit, cùm de Codro, tum de Erechthei filiabus. Leocorium.) Attingit & hoc Pausanias, sed leuiter. adscribam uerba Suidæ: λεωκόριον, τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ ἱστορίας. λιμώττει (λιμώττει alij legunt, pestem intelligẽtes) ποτὲ ἡ ἀττικὴ, ἢ λύσις ἦν τοῦ λιμοῦ, παιδὸς σφαγιάσαι οὖν τινα τὰς ἰαυτοῦ θυγατέρας ἐπιδίωκει, ἢ ἀπάλλαξιν τοῦ λιμοῦ τῇ πόλει, ἢ ἐκ τότε ἐκλήθη ὁ τόπος λεωκόριον. Videtur locus Ciceronis menda non carere, sed sine exemplaris adminiculo solis coniecturis illi mederi non tentabo, post Victorij præsertim & Camerarij tam diligentes curas. Alabandenses.) Stephanus, ἔστι πόλις Καρῶν ἐυτυχεστάτη, ἀφ' ἧς ἡ παροιμία, ἀλάβανδα Καρῶν ἐυτυχεστάτη. κτίσμα ἦν Καρὸς τοῦ, ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἀυτοῦ κληθῆσαι, τοῦ γενομένου ἀπὸ καλλιρρόης τῆς Μαιάνδρου, μετὰ Νίνου ἐπὶ πολεμοῦντος, καὶ κληθέντος Ἀλαβάνδου, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν ἱππόνικος, ἄλλα μὲν τὸν ἵππον, βάνδα δὲ τὴν νίκην Καλοῦσιν. ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις βάνδον τὴν νίκην φασίν. Consule ad hæc Chiliadas Erasmicas, & Gyraldi Syntagma primum. Quod si Luna.) A' consequentibus.

Dianam.) Macrob. lib. 1. Sat. cap. 15. Iunonem lunam facit, sed dicit eandem ἄγκυιαν nuncupatam, id est, Dianam, quasi ἀγκότομον, quod aerem secet.

Cur autem arcus species.) Iridem Thaumãtis & Electræ filiã esse fabulantur. Sic enim est apud Hesiodũ:

Ἠϊθέας δ' ὠκυάνοιο βαθυῤῥείταο θύγατρας,
ἤγαγε τ' ἠλέκτρην, ἥ ῥ' ὠκέαν τέκεν Ἶριν. & rursus,
παῦρα δὲ θαύμαντος θυγάτης πόδας ὠκέα Ἶρις. Hinc Vergil. de Iride, Thaumantis proles uarianti ueste figuras. Idem. Æn. 9. Ad quẽ sic roseo Thaumantias orc locuta est. & Ouid. 14. Metamorph.

Nec

Nec mora, Romuleos cum uirgine Thaumantea Ingreditur. & sic quidem fabulæ. Plut. in Placitis lib. 3. cap. 5. πλάτων φησὶ θαύμαντος αὐτὴν γενεαλογῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τὸ θαυμάσαι ταύτην. Locus hic Platonicus est in Theæteto. Vbi indicat, totius philosophiæ principium admirationem esse: cuius rei documentum ex Iride capit. Platonis uerba subiungã: καὶ ἔοικεν ὁ τὴν ἶριν θαύμαντος ἔκγονον φύσας, οὐ κακῶς γενεαλογεῖν. Quem Platonis locum Cotta hic omnino expreßisse uidetur. Miraculum Iridis qui uolet, petat ex Meteororũ scriptoribus. Nec huius loci est dicere de Iridis uocabulo, quod alij aliunde deducunt.

Quarum unam etiam Centauros.) Nam hi Maroni, Nasoni & Claudiano Nubigenæ dicuntur. Centaurorum fabula uariè à uarijs refertur. Communis multorum narratio est, Centauros plures à Nube, quam Iuno Iouis consilio, interpellãti de stupro Ixioni obtenderat, editos fuisse. Sic Boccat. lib. 9. cap. 27. & 28. ex uarijs collectam narrat. & sic Cicero quoq; consentire uidetur. Pindarus unũ tantũ Centaurum ex Ixionis & Nubis congressu refert. eum deinde in Pelei cõuallibus equis Thessalis mixtum, centaurorum illam monstrosam progenuisse centuriã, utriq; parenti similem, superiore quidem parte patri, matri uerò inferiore. Vnde Hippocẽtauros Lucian. cum Claudiano & alijs quibusdam, nominat. Verba Pindari ex ode 2. Pyth. adscribi curabimus, & hoc quidem succinctè.

— ἄνευ δ' οἱ χαρίτων τέκε
γόνον ὑπερφίαλον,
μόνα καὶ μόνον, οὔτ' ἐν ἀνδρά-
σι γερασφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν νόμοις.
τὸν ὀνύμαξεν τράφοισα κένταυρον. ὃς
ἵπποισι μάγνη-
τίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἐν πα-

λίου

λίου σφύροις. ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς
θαυμαστὸς, ἀμφοτέροις
ὁμοῖοι τοκεῦσι, τὰ ματόθρεν μὲν
ἐπάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός.

Qui uolet copiosius hæc sibi narrari, ex ipso autore petat. Sententiosa planè sunt, & uarijs locis cõmunibus accommoda. Huc tamen maximè quadrat, quòd nec inter Deos modò, sed ne inter homines quidem, locum suum pro dignitate tueri potuerit. Mythologiam aliter exponit Palæphatus, aliter Plutarchus in Agidis & Cleomenis uita, per similitudinem figmenti huius sensum exprimit. Festiuus admodum Luciani dialogus est, quo Iuno apud Iouem de Ixionis temeritate impudica cõqueritur. Non sunt huius loci, quæ ab Ouidio in Metamorph. semel atq; iterũ referuntur. Tempestates.) Pub. uictor Tempestatis ædem ponit in prima regione, quæ est Portæ Capenæ. Anchises in 3. Æneid. singulis hisce quiddam diuinitatis inesse credidit. Stans enim celsa in puppi, Diuos uocauit:

Dij, maris & terræ, tempestatumq; potentes,
Ferte uiam facilem uento, & spirate secundi.

Immolare hostiam fluctibus.) Quod & ipsum apud Maronẽ antè deliniatũ in Ænea fuit. Nam Æn. 5. ex Sicilia soluturus:

Treis Eryci uitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet, soluiq; ex ordine funes.

Eodem modo deinde fluctibus litat:

Stans procul in prora, pateram tenet, extaq; salsos
Porricit in fluctus, ac uina liquentia fundit.

Tellus.) Augustin. lib. 7. de Ciuit. cap. 24.

Flumina & fontes.) Fluminibus aliquid numinis inesse, mortalibus persuasum fuisse, arguit etiam Vlysses Homericus, qui Phæacensium aliquod flumen precatur, ne suæ saluti resistere uelit. De Tyberino multa extant

exempla

exempla cùm apud Vergiliũ, tum apud alios scriptores. Iul. Frontin. de Aquæductibus: Fontium, inquit, memoria cum sanctitate adhuc extat, & colitur. Rationem subdit: Salubritatem enim, inquit, ægris corporibus afferre creduntur, sicut C. Amaranus Apollinaris meminit.

Itaq; fontis delubrum.) Locus hic mihi suspectus est. Constat, Corsicam in Romanorum potestatẽ uenisse circiter annum 581. & constat, eam prouinciã praetoriam fuisse. De Marso nullæ sunt coniecturæ, nisi de Martio, & aqua Martia nonnihil somniare uelimus. De Tyberino, ex Seruio & aliis constat. Anienes duos Frontinus ponit, ueterem & nouum. Spinon & Nodinus ita sunt obscuri, ut ne suis quidem autorib. celebrati sint. Spinonem tamen Boccatius in sua nomenclatione posuit.

Nec illa infinita ratio.) Nam physici quoq; istam infinitatem cauentes, ne in causis naturalibus inquirendis in tanta rerum immensitate in infinitum progrediantur, uniuersalem unam obtendunt, nempe deum. Sic Philo, Mundi basim Dei prouidentiam statuit, non aliud fundamentum in illa infinitate, quam quidam somniãt, quæsiturus, in inscrutabili cunctipotẽtis sapientia cõquieſcẽs.

Principiò Ioues tres.) Superius quodam loco noster Cotta istã tractationem attigit, pertractationẽ hanc distulit: Aperiunt hic gentium Theologi, Christianorum Theologis amplissimum aduersus se disserendi campum. Nam ab ipsa enumeratione, ita Ioues istos diuinis exuunt honoribus, ut nullus amplius se pro deo gerere audeat, nec dum pro summo deo. Lact. noster lib. 1. Diu. Inst. cap. 11. primùm contra Philosophos, concedit quidem ipsis, duos asserentibus Ioues, temeritatem: concedit inquam illis poeticum & fabulosum, concedit ipsis naturalem fuisse quẽdam: sed illi hominis duntaxat, non item dei nomen competere, argumentis edocet euidentibus. Aliquanto post in eodem

eodem capite, sugillat hunc ipsum Ciceronis locum, sicut etiam Arnobius, ipsius præceptor. lib. Aduersus gentes 3. Vel si rectius censendum est, non quidem nec Ciceronem, nec Cottam exagitãt, sed acceptum illis ferunt, quod ipsis proditorib. error ille cæcus sit patefactus, & blasphemiæ istius (si dijs placet) Theologicæ factum per ipsos sit indiciũ. Non hic memorabimus plures illos gentilitios à Theophilo confutatos: sed de his Theologicis repete Lactantiana nostra. Nunc ad explicationẽ loci deueniemus.

Tres numerant.) Veteres, ut est apud Hermogenẽ, duplici ratione in narrãdo utuntur: Relatione, quam ἀνα φορὰν uocãt, & ea, ut ipse ait, δι' ἀσφάλειαν: Cõfirmatione autem, quæ βεβαίωσις ipsis nominatur, διὰ πίστιν. Sed hoc loco relatione, magis extenuandi causa Cotta utitur, quàm ut patrocinari huic sententiæ uelit: atq; adeò, ut ele uare Theologorũ autoritatem, quàm negotiũ tueri malle uideatur. **Primum.)** Boccatius lib. 2. de Genealogia deorũ, ca. 2. Leontij sui autoritate indicat, hunc Æthereris & Diei fuisse filium, Lysonium alio nomine uocatum, hominem nobilem ex Arcadia commigrasse: Atticos rudes, cum eius uirtutes mirarentur, regem fecisse sibi, proq; deo ipsum coluisse. Idem rursus Boccat. primo, non secundo Ioui, Palladem filiam facit. Quomodo Minerua ex Iouis cerebro nata sit, ridiculus est apud Lucianum Dialogus inter Iouem & Vulcanum. Mythologiam pete ex Phurnuto. Cæterum Proserpinam & Bacchũ eidem patri, cum cætera sobole assignat. Liberum autẽ & Proserpinam, coniugio copulat.

Alterum patre Cœlo.) Idem Lactant. li. 5. cap. 1. Hæc Cicero inania repetit: nec addit, qua matre natus fuerit. Sed addit, hunc honores diuinos ab Arcadibus assequutum, quod Lycaonem regno pepulerit. monet item, hunc cum primo à plerisq; scriptorib. confundi. Numerat item in eius sobole Mineruã quidem, sed nõ Tritoniã illã.

Tertium

Tertium Cretensem.) Saturni & Opis filium, omnibus fabulis decantatißimum. In hunc poetæ, quicquid de alijs memorabile proditum est, congerunt. Eundem Callimachus & Διπλαῖον καὶ λυκαῖον in hymno facit, hoc est, Arcadicum: uel si mauis Arcadicos cum Cretense confundit. Cuius autoritate Paulus Apostolus Cretenses insimulat mendacij. Callimachi uersus sunt

ζεῦ σέ μὲν ἰδαίσιοι ἐν ὄυρεσί φασι γενέσθαι,
ζεῦ, σὲ δ' ἐν ἀρκαδίῃ. πότεροι πάτορ ἐψεύσαντο,
κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι. καὶ γὰ τάφον ὦ ἄνα σεῖο
κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰ ἀεί.

Ex his posteriores citat etiam Epiphanius aduersus Marcionē. Petrus Martyr in legatione Babylonica, negat hodie quenquam Cretensium quicquam uel de Ioue, uel Saturno scire, neq; ipsis esse compertum quicquam de Iouis sepulchro. Esse nanq; illos homines illiteratos. De his memini me in Lactantianis nonnihil dixisse, quæ iam ad manus non sunt. Sed redeamus ad Ioues. Adscribemus uerba Isacij ex commentario, quem in Lycophronē scripsit magnopere siquidem ad hoc institutum faciunt. ὅτι μὲν ἀδελφοὶ τίνες ἦσαν ὁ ζεὺς, οἱ μὲν ἐν κρήτῃ, οἱ δ' ἐν ἀρκαδίᾳ, ὁ ὃ λυκάονος ἐν βύβλῳ τῇ βοιωτίας φησὶν, ἵνα καὶ ἐπὶ γέγραπται τάδε,

οἱ δ' ἀσὶ μακάρων νῆσοι, τόθι πορ τὸν ἄριστον
ζῆνα θεῶν βασιλῆα ῥέη τίκτει τῷδ' ἐνὶ χώρῳ. τοῖς ὃ ἀδόσιν, ὅτι
λίαν πάντες ὁι βασιλεῖς νῆ θεοὶ λέγονται, ὁ καινὸν λόξει, καὶ ἐν
κρήτῃ, καὶ ἐν ἀρκαδίᾳ, καὶ ἐν βύβλῳ, καὶ ἐν ἑτέροις μυρίοις
τόποις εἶναι γεννήσας βασιλέων, νῆ ἐπιγάμματα. τοῦ ὃ ἑρμοῦ
νοῦ διὸς ὁ γέννησις ἐν τῷ οὐρανῷ, ὥσπορ νῆ τοῦ νοὸς διὸς ἐν τῷ
ἐγκεφάλῳ. οὕτως ὁ ἀδὼς τοὺς βασιλεῖς πάντας θίας καὶ θεοὺς
καλουμένους, ὃ ξενιοδῶ, τότων πολλὰς πατρίδας ὑρίσκων, νῆ
ἐπιγάμματα. **Dioscuri.)** Boccatius lib. 2. cap. 8.

Anaces.) Vel hinc adparet, ipsos quoq; apud Historicos cōfundi. Nam & Plut. de Thesei uita scribēs, ad Tyndaridas

daridas hæc refert, cuius uerba hic annotarem, nisi Victorius annotasset prior. Confunduntur etiam ab alijs. Sic in Isacij cōmentario alicubi legimus, ὅι γὰ διόσκουροι λατὰ θεσσίους στρατιώσαντες ἔνυκιν τῆς ἀρπαγῆς τῆς ἑλένης, ἐφάσαν τὸ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει, πλὴν μόνης τῆς αἴθρας. διὸ νῆ θεὸν μάσαντες αὐτοὺς οἱ ἀθηναῖοι, ἄνακτας, ἤτοι θεοὺς καὶ σωτῆρας ἐκάλεσαν. Hic ἄνακτας, non ἀνάκας legitur. Apud Pind. in Pyth. Od. 11. alterum tantum, nempe Pollucem, regem appellat, sed per endyadin & apostrophen, ita ut de utroq; intelligi debeat. καὶ πάτροες βίαν, σί τ' ἄνακ πολυδεύκης, υἱοὶ θεῶν. Sunt qui ἄνακας, siue ἀνάκτας dictos existimant, ab ἀνάκτως ἔχειν. Nescio an sit commonitione dignum, quod ἀριαγχάς Boccatius apud Cic. legit. nec satis habet sic legere, quin exponeret etiam Armorum principes. Nam ἄρης, inquit, Græcè, Mars latinè sonat, & ἄρχος princeps.

Ioue tertio nati.) Variè horum progenies narratur à uarijs. Alij nanq; utrosq; Iouis filios faciunt, ideoq; διοσκούρους dictos: alij neutrū Iouis, sed Tyndari, inde Tyndaridas patronymico celebrari. alij rursus alterum Iouis, alterum Tyndari. Horū genealogiam prolixè recensēt idē Isacius in eodem commentario.

Aleo, Melampus.) Apud Boccat. li. 2. ubi de Atreo & filijs agit, aliàs Alcmeō, aliàs Alceonus, pro Aleo legitur: sed scripturæ uitio locū mēdosum arbitror. Ita rursus pro Emolo, Eolus aliàs, aliàs Euiolus. Pari uitio Gyraldus Syntagmate 5. cap. de Dioscuris, hæc citans, Eumelus legit, & meo iudicio non malè.

Iam Musæ primæ.) De Musis post Gyraldum quid dicere, arbitror esse ingenij arrogantis: cuius de Musis extat syntagma, quod iuuenem se olim elucubrasse fatetur: & si quid maturior ætas habuit, quod uel adderet, uel mutaret, præstitit in Historia deorū Syntagmate se-

timo. Adderem aliquid ex Phurnuto, aut alijs, nisi prior ille occupasset omnia. In Boccatio eã desidero diligentiã, quod in Genealogia sua Ciceroniana uestigia sæpe secutus est, hæc uerò ne attingit quidem. Porrò illud fortè lectorẽ fatigabit, quod primas secundi Iouis filias quatuor fuisse dicit, tres tantũ enumerat. Ioachimus Camerarius animaduertit hæc ante nos, & ex Veneta lectione quatuor sanè & numerat, & nominat. Quãquam etiã in ipsis nominib. est diuersitas. Lectionẽ Venetam Gyraldus quoq; agnoscit. Sic enim legit: Thelxiope, Mneme, Aœde, & Melete. Pro Mneme, Arche alij legũt. Alij pro Thelxiope, Thelximone. Gyrald. Aratũ in 5. ἀστρικῶν citat, qui & ipse quatuor Musas putauit, Iouis Ætheris filij et Plusiæ nymphæ, ἀρχὴν, μελέτην, θελξινόην, & ἀοιδὴν. Vnde nostra lectio, mea sententia, rectè stabiliri potest. Ioan. porrò Brodæus in Com. in Epigrãmata cũ alibi, tũ lib. 4. præcipuè collegit nomenclaturã eorum scriptorũ, qui de hac diuersitate monumẽta ad posteritatẽ transmiserunt. Inde pete, si quid desideras. Soles ipsi quàm multi.) Vtitur argumẽto hypothetico ex modo tertio. ubi antecedentis assertio uanam ostendit cõsequentiam, hoc modo: Aut unus est sol, aut plures: sed unũ esse, suprà ex etymologia ostendisti: Ergo non plures. & sic corruit Theologorum nugamentũ. Deinde per enumerationẽ (sicut in alijs iam huius ordinis omnib.) ita uanitatem eorũ detegit, ut tergiuersari nequeant. Ioue natus.) Boccat. lib. 2. cap. 5. ait esse, qui hũc Apim fuisse dicãt. Arnobius li. 4. ubi hoc idem negotiũ agit, hæc nescio ex quo autore (nam aliquoties à Cic. uariat) ita refert: Sol primus, Iouis filius dicitur, & Ætheris habetur nepos: secũdus, Rhea & Hyperione proditus genitore: tertius, Vulcano, non Lemnio, sed Nili qui fuerit filius: quartus, Ialysi pater, quem Rhodi peperit Heroicis temporibus Acantho: quintus, Scythici regis & uersipellis

uersipellis habetur Circes. Diuersitatẽ in singulis discutiemus. Alter Hyperione.) De Hyperionis etiam pro genitorib. controuersia est. quam hic, quia locus non flagitat, missam facimus. Boccat. negat cõstare, qua ex matre Sol Hyperioni natus sit. Hesiod. uerò matrem θεῖαν nomi-
θεῖα δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε σελήνην (nat:
γείναθ' ὑπευνηθεῖσ' ὑπερίονος ἐν φιλότητι.

Diodor. lib. 4. ca. 5. Antiquit. memorat Titheam (quæ Terra, propter fœcunditatẽ fortè dicta) præter Titanas, etiã duas peperisse filias, Rheam & Reginã: hanc ut ætate, sic prudentia quoq; præstantiorẽ, Hyperioni nupsisse, illiq; Solẽ et Lunã peperisse. quæ nomina post ipsorũ obitum miserabilem, igni cœli sacro, & Menæ indita fuisse. Hinc ὑπεριονίδης patronymicum patrium & auitum, ab auo paterno Titane. Titanus & Titan etiam ipse dicitur, ut apud Ouid. in primo Metamorph.

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

Pindarus Ode Olymp. 7. τότε καὶ φαυσίβροτος δαίμων ὑπεριονίδας, &c. φαυσίβροτος autem à Pindaro, sicut ab Homero φαεσίμβροτος dicitur, quòd saluberrimũ iubar mortalibus præbeat. Diodor. historicè hoc exponit, quod Hyperion primus Solis, Lunæ, astrorumq; motus & horas obseruarit. Taceo quòd Plut. apud Homer. sic dictum affirmat, ὅτι ἀεὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰὼν. Item quòd Physici, ut Tzetzes ait, intelligant τὴν ὑπὲρ τῆς γῆς κίνησιν τοῦ παντὸς.

Tertius Vulcano.) Consule Boccat. lib. 7. Gen. deorum, cap. 38. & 40. Strabo lib. 17. ait, Heliopolin Solis templũ habere, & Mnenin bouem, qui in septo quodam nutritur, & ab Heliopolitanis pro deo habetur, quemadmodum & Apis Memphitis. Quanquã alij dicunt, ipsum Apim Solis nomine ab Ægyptijs coli. Apud Memphitas etiam Vulcanus ille colitur, de quib. atq; adeò de tota Ægyptiaca superstitiõe legendus Herodot. est, in Euterpe.

Quartus.) De hoc altißimũ ſilentiũ apud ſcriptores noſtros. Nec habeo quicquã, præter id quod ſuprà ex Arnobio adduximus, quæ ipſis Ciceronianis ſunt obſcuriora, & neutra lectio falſi ſuſpicione caret. Extant tamẽ coniecturæ minimè leues. Apud Pind. Od. 7. Olymp. ſic legimus, — τὰν ποντίαν ὑμνέων παῖδ' ἀφροδίτας
αἐλιοῖο τε νύμφαν
ῥόδον. etc. Deinde apud Strab. lib. 14. legimus, quòd hanc inſulam poſt Telchinas coluerint Heliades, qui haud dubiè nomen inde habuerunt: Ex quorum (inquit) uno, Cercopho ſcilicet, ac Cydippe, filij procreati ſunt, qui urbes de ſuis nominibus condidere,
λίνδον, ἰήλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα κάμειρον.

Vnde Pindarus Rhodon τρίπολιν nominat. Quãquam Homerus in catalogo, referente etiam Strabone atq; Diodoro lib. 5. cap. 4. harum ciuitatum fundationem ad Tlepolemum referunt. Memorat etiam Strabo, quibuſdam uideri, hæc nomina ciuitatibus iſtis de nominibus filiarum Danai fuiſſe impoſita. Siue itaq; Acanthus & Cercophus idem fuerit, ſiue alter alterius gentilis, hic certè apud Ciceronẽ uel Rhodon, uel Rhoden legere malim, ut nympha illa Pindarica intelligatur: quam etiam alij Veneris ex Neptuno, alij Neptuni ex quadam Telchinum ſorore filiam faciunt. Hinc omnino eſt quòd Sol Rhodi tutelaris deinceps cultus fuerit. Redeamus ad Cercaphum filium (nam ſeptem Soli genuiſſe fertur) ab hoc ipſa Rhodos inſula κερκαφίδης dicitur. Sic enim legimus in quodam Epigram. li. 4. κερκαφίδη περίβωτε μακαρτάτη ἐσ' ἀρὰ νήσων, καὶ ῥόδος, ἣ τοίῳ λάμπεται ἠελίῳ. Hinc Rhodij etiã κερκαφίδαι, in primo Epigrãmatum eodem autore, & mulieres Rhodienſes κερκάφιδες, teſte Stephano. Sunt porrò qui affirmant, Ialyſon hodie ipſam ciuitatem Rhodon eſſe. Sic eſt apud Dionyſ. Afrum, — αὐτὰ δὲ πέζης

αἰγυπτίης

αἰγυπτίης ῥόδος ἐστὶν ἰκλυσίων ἕδος ἀνδρῶν.

Phœbæan Ouid. nominat, uel ob memoratas iam cauſas, uel quòd Sol, teſtante Plinio, nullo non die illã aſpicit.

Quintus, qui Colchis fertur.) Bocat. hanc Hyperionis filio aßignat. Theodontium tamen ſuum citat, eadem cum Cic. aßerentem. Heſiodus in Theog.
ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ ὠκεανίνη
περσηΐς, κίρκην τε, καὶ αἰήτην βασιλῆα.

Odyſſ. 10. & ſic Homerus etiam,
κίρκη ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα,
αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος αἰητάο,
ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου ἠελίοιο,
μητρὸς δ' ἐκ πέρσης τὴν ὠκεανὸς τέκε παῖδα.

De huius origine Orpheus in Argonauticis, ab illis nõnihil uarians, ſcribit hoc modo:
κούρη ὁμογνήτη μεγαλόφρονος αἰητάο,
ἠελίου θυγάτηρ, κίρκην δὲ ἐπικλίσκουσι,
μήτηρ ἀστερόπη καὶ τηλεφανὴς ὑπερίων.

Apollonij uerò commentator Dionyſium Mileſium autorem citat in primo Argonaut. aſſerentem hanc Æetæ & Hecates fuiſſe filiam, & Medeæ ſororem. Soli ſiquidem duos in regionibus illis fuiſſe filios, Perſea & Æeten: eamq; hos regionem tenuiſſe: Æeten quidẽ Colchos & Mæotas, Perſea uerò Tauricæ imperaſſe, duxiſſeq; ex ipſorum filiabus uxorem, ex eaq; ipſi Hecaten filiam natam: quæ poſtea patruo nupta, Circen & Medeam pepererit. Copioſius hæc illic ſcripta ſunt.

Vulcani item complures.) Etiam huic uni, quod plurium erat, à poetis tribuitur.

Primus Cœlo natus.) Meminit huius Boccatius li. 3. ca. 18. & 19. ſed ex hoc Ciceronis loco, & ſuo Theodontio. Laterent fortè hoc, niſi per ſcriptores eccleſiaſticos eſſent detecta. Sic enim Arnobius li. 4. aduerſus Gen

tiliũ theologos: Sed & Mineruæ, inquiũt, sicut Soles & Mercurij, quinq; sunt: ex quib. prima non uirgo, sed ex Vulcano Apollinis procreatrix. Sed cadẽ etiã inferius inter Mineruas prima recẽsebitur. Audiamus etiam Tatianum, Christianũ in illorum scriptis probè uersatũ. ἀθλωδες μοι δοκοῦσιν ἀθλωταῖσι μὴ βουληθύσεις διαβάλλειν, ηρὶ τ ἀπὸ τῆς ὑφαίστε μίξεως γινόμενον τῇ γῇ προσάπτειν, ἵνα μὴ νε μίξητ ἀαθάπερ ἡ ἀταλάντη διὰ τὸν μιλέαγρον, οὕτω ηρὶ ἡ ἀθλωᾶ διὰ τ ὑφαιστον τῆς αὐδρείας ἐστερῆσθαι. ἐγὼ ἀμφιγυήεις, ὡς ἐνὸς, ἡ πόρπας ηρὶ γναμπτὰς ἅλικας δημιουργῶν, τῶν Ιεροσεσμίοις ὑπάτησι τὸν ἀμύτορα παῖδα τῆ ὀρφανῆν. Hinc coniecturis adducor ut credam, templũ, quod supra Ceramicũ apud Pausaniam esse legitur, huius Vulcani esse, præsertim cum iuxta sit Mineruæ simulacrum: & Apollinem, qui in ijsdem Atticis Patrius nominatur, horum fuisse filium. **Secundus Nilo natus.)** Gyraldus Iamblichi & Suidæ uerbis monitus, censet hic pro Opas, Phthas, uel Aphthas legendum esse. Ægyptijs enim hoc nomine Vulcanum nominari. Cui ego non grauatim subscripserim. De Vulcano Ægyptiaco Suidas scribit in hunc modũ: Vulcanus(ὕφαιστος) & deus & ignis. Postquam Mercurius in Ægypto regnasset, uitaq; functus iam esset, regnum assumit Vulcanus, in dies 1580. quæ constituunt annos quatuor, menses septem, dies octo. Neq; enim tum temporis Ægyptij nouerant annos metiri, sed unius diei circuitum annum appellabant. Excelluit autem rerum arcanarum explicatione, reiq; militaris peritia iuxtà. Quare pro Deo ipsum habuerunt. Hic in bello pede læsus, claudus factus est. Tulit autem Ægyptijs legem temperantiæ. Nam ipsorũ mulieres, nesciebant uno uiro esse contentæ. Sub mysticas aũt precatiões subitò ab aere corripiebatur, unde arma cùm rustica tũ bellica ex ferro parabat. Nam antè fustibus & lapidibus in conflictu fuerant usi. Hactenus

nus Suidas. Adde his quæ scribit Diodor. Sic. de Antiq. lib. pri. Nam Memphis eũ templũ habuisse cùm hic, tũ etiam Herodot. memoriæ prodidit.

Tertius Ioue & Iunone.) Est quidem cõmunior sententia, Vulcanũ ex Ioue & Iunone natum esse: & graiores ferè autores habẽt. Nec desunt qui soli Iunoni eum assignant. Ipsum adeò Hesiodũ huius dogmatis principem faciũt, cũ tamẽ in Theogonia in hãc sententiã sit scriptũ:

ὣρη δ' ὕφαιστον κλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
γάνατο, ηρὶ ἀμειλήσασ, ηρὶ ἤρισεν ᾧ παρακοίτῃ
ἐκ πάντων τέχνησϊ λευκοπέλεον οὐρανιώνων.

Quid quod ipse Vulcan. apud Homer. Iliad. æ. tã Iouẽ φίλον πατέρα nominat, quàm Iunonẽ φίλην μητέρα. Cæteriũ eũ solius Iunonis filiũ esse, ludit Lucian. pro more, in dialogo de Sacrificijs. ὁμοια δὲ τούτοις ηρὶ τῆς ὥρας ᾄδουσιν, αὖθις τῆς ηρος τ ἀῦδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον αὐτὴν παῖδα γεννῆσαι, τ ὕφαιστον, & quæ sequũtur. meminit etiã Phurnutus, et alij. Quin ipse Vulcan. apud eundẽ Lucian. Ioui obstetricaturus, nõ patris, sed Iouis nomine eũ cõpellat. Nolumus iã exequi, à patre ne an à matre sit præcipitatus. Lemni fabricæ traditur præfuisse. Nam in epigram. Græcis: λημνιος ἄγμων nominatur. Sicut ab eo uicißim Lemnum Dion. Afer λεπάνεον πέδον ὑφαίστοιο, id est, sterile Vulcani solũ appellauit. Claudian. — Lemnoq; calentem
Cum lare Vulcani spumantibus eruit undis.

Cæteriũ fulminum officinam Lemnũ faciũt, quòd assidua illic fulmina iaciuntur. nam Vulcanũ uideri fulminis ignem. Solin. cap. 21. Polyhistoris: Lemnij, inquit, Vulcanum colũt, ideo in Lemno metropolis Hephæstia. Verùm qui fabulæ huius Lemniacæ allegorias quærunt, petant ex Heraclide Pontico, Phurnuto, & Boccatio.

Quartus Mænalio natus.) Hinc locus apud Boccatium emendandus, lib. 12. cap. 70. ubi pro Mænalio, In

Æalio legitur. Vulcaniæ insulæ Hephæstiades Græcis dictæ, teste Plinio. Inter has præcipuè Hiera, propter collē nocturnas flammas euomentem. Vnde ibi à poeta Vulcani officina describitur lib. Æn. 8.

Insula Sicanium iuxta latus, Æoliamq;
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis: & quæ sequūtur. De hisce ignibus Arist. in Mirabilib. mirabilia scribit. Poeta confundit Vulcanos, Lemnio tribuens quæ huius erant. Sed nimis procul (opinor) erat Veneri, in Lemnum usq; ad maritum ire. Homerus quidem non meminit, in qua officina Thetidi arma pro suo Achille sint fabricata. Sed Venus isto exemplo utitur — Te filia Nerei,
Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux.
Confusionis occasio poetis fuit, non nominis modò, sed etiā artis atq; claudicationis cōmunicatio. Sed miror, quur fabulæ de Hephæstijs Lyciæ mōtibus nihil tale finxerint.

Mercurius unus.) De hoc Boccat. lib. 3. cap. 20.

Cuius obscœnius.) Arnob. Qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinnuisse subrectis. Nescio an huc pertineant hæc Phurnuti, οἱ δὲ ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γεννῶντας τὸν ἑρμῆν, ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας, τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ ἀγενείους, ἀνειμένους.

Valentis & Phoronidis.) Credo eum esse, cui Lactantius apud Stat. & Boccatius ex Theodontio, Liberū & Proserpinam parentes faciunt, & qui Phoronidis armenta abegisse perhibetur.

Trophonius.) Apud Boccatiū lib. 7. cap. 36. Tryphonius, pro Trophonius scribitur. Eras. putat hunc esse, unde natum est prouerbium: In antro Trophonij uaticinatus est. Tertius Ioue tertio.) Hic est, in quem congeruntur omnia quæ aliorum sunt. Nec mirū, cum etiam Paulum, Mercurium facturi erant, & honores ceu diuo laturi, si permisisset. Vsq; adeò facile in ista credulitate fuit,

fuit, sese pro deo gerere. De hoc præsenti Hesiodus:
ζηνὶ δ' ἀρ' ἀτλαντίς μαίη τέκε κύδιμον ἑρμῆν
κήρυκ' ἀθανάτων, ἱερὸν λέχος εἰσαναβᾶσα.

Ex quo & Penelopa.) Quod quidem propter temporis rationem impoßibile est. Theocriti commentator Idillio primo, uarias uariorum sententias refert, Pana uarijs aßignantium parentibus. Quia dubio procul uarij etiam Panes fuerunt. Adscribam, quæ huc maximè pertinent: τὸν πᾶνα μὲν οἱ λέγουσιν ἰὸν πενελόπης καὶ πάντων τῶν μνηστήρων, καὶ διὰ τοῦτο λέγεσθαι καὶ πᾶνα, &c. Lycophronis uerò Commētator Durin Samium huius sententiæ autorem citat. Nugari tamen eum ait, Pana Mercurij & Penelopes filium asserens. addens etiam, alium Pana Iouis et Hybreos filiū fuisse. Apponemus Lycophronis senarios, — ὄψεται δὲ πᾶν
μέλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ἀνάστατον
μύκλοις γυναικόκλωψιν, ἡ δὲ βασσάρα
σεμνῶς κασωρεύουσα κοιλανεῖ δόμους
θοίναισιν ὄλβον ἐκχέασα τλήμονος.

Latinos reddemus, rem quàm uerba magis spectātes:
— Videbit ipse funditus
Celsam domum totam simul pessundare
Vxorios fures, procos. Sed adultera
Fallet fidem iugalem, exhauriet domum
Epulis, opes fundens uiri afflictißimi.
μύκλους procos nominat, βασσάραν adulteram, κασωρεύουσαν adulterātem. Hæc propterea libentius adscripsi, quia citantur à Boccatio ex Leontio quodam, lib. de Geneal. deorum 5. cap. 4. Item lib. 12. cap. 69. At si ridere lubet etiam, lege apud Lucianum inter Deorum dialogos illū, quo colloquuntur Pan & Mercurius.

Quartus Nilo patre.) Boccat. hūc Trismegistum putat, lib. 7. cap. 34. Quod tamen mihi uerisimile nō fit.

Quintus.) Lactant. lib. Diuin. Inst. 1. cap. 6. Apud Ciceronẽ, inquit, C. Cotta Pontifex disputans contra Stoicos, de religionib. & de uarietate opinionum, quæ solent esse de dijs, ut more Academicorum omnia faceret incerta, quinq; fuisse Mercurios ait: & ordinatis per ordinem quatuor, quintum fuisse eum, à quo Argus occisus sit, ob eamq; causam in Aegyptum profugisse, atq; Aegyptijs leges ac literas tradidisse. Hunc Aegyptij Theuth appellãt, à quo apud eos primus annisin mensis, id est, September nomen accepit. Idem oppidum condidit, quod etiam nunc Græcè uocatur ἑρμόπολις. & Saitæ seruant, & coltũ eũ religiose. Qui tametsi fuerit homo antiquißimus, tamen & instructißimus omni genere doctrinæ, adeò ut ei multarum rerum & artium scientia Trismegisto cognomen imponerent. Hactenus Lact. Vbi quæ notanda uisa fuere, annotauimus.

Aesculapiorum.) Non est quod quisquam à nobis expectet, expeditam quandam explicationem. Tam pertinax enim est scriptorũ ferè omnium de uno Aesculapio persuasio, ut ridiculus uideri poßit, quisquis conciliationi manũ sit admoturus. Singula nos singillatim expẽdemus.

Primus Apollinis.) De patre constans ferè apud scriptores consensus est. Quanquam Lactantius lib. primo capite decimo, Tarquitij cuiusdam autoritate, natales eius in dubium uocare satagit, (sed ea de secundo potius intelligimus) Cedamus tamen uulgatæ sententiæ, quæ, iuxta Ouidium,

Accepit Phœbo, nymphaq; Coronide natum.

De matre licet controuertitur, scribitur tamen à Ioanne Tzetza in Varia historia Chil. 7. in hunc modum,

ἀσκληπιὸς ἀπόλλωνος υἱὸς καὶ κορωνίδος,
ἰα τρικὴν ἐκ χείρωνος οὗτος δεδιδαγμένος,
ἤπιος πρὶν καλούμενος, ἀσκληπιὸς ἐκλήθη,

ὡς ἀσέλλω

ὡς ἀσέλλω ἰάμενος τύραννον ἐπιδαύρου
ἢ ὡς οὐ σκέλλεσθαι ἐῶν καὶ θνήσκειν τοὺς ἀνθρώπους.

Similia Isacius quoq; Tzetzes apud Lycophronem refert. Æsculapius, inquit, prius Epius uocabatur, propter mansuetudinem & tranquillitatem. Curauerat autem Aunen Dauni tyrannum, oculis laborantem: unde Æsculapius est dictus: uel quod ἀσκελοποιὸς aliquis fuerit, qui nõ sineret exiccari & arescere, moriúe morbis homines. σκέλλω siquidem idem significat, quod ξηραίνω, unde κατεσκληκὲς σῶμα, id est, tabe cõfectum corpus, morbo aliquo ad mortem redactum, & labore absumptum, consumptumq; inedia, duraúe tractatione, siue alia uehementiore ærumna maceratum. Vnde non uideo, quomodo Phurnuti ratio constare poßit, qui Æsculapium à Chirone quidẽ educatũ, sed ab Epio medicina institutũ dicat: cum Epius & Æsculapius idem sit, Machaonis uidelicet atq; Podalirij pater. Hactenus illa. redeamus ad matrem. Fabula Coronidis est apud Ouid. lib. 2. Metam.

Pulchrior in tota, quam Larissea Coronis,
Non fuit Æmonia. placuit tibi Delphice certè.

Hanc alij Coronei filiam faciunt, alij Leucippi: & communior Græcorum sententia, Phlegyæ. Citantur Hesiodi uersus:

τῷ μὲν ἀρ' ἦλθε κόραξ, φράσε δ' ἔργ' ἀΐδαλα.
φοίβῳ ἀερσεκόμῃ, ὅτ' ἀρ' ἰσχὺς γῆμε κορώνιν,
εἰλατίδης φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Et Hom. in Hymnis:

ἰητήρα νόσων ἀσκλήπιον ἄρχομ' ἀείδειν
υἱὸν ἀπόλλωνος, ὃν ἐγείνατο δῖα κορωνίς,
δοτίῳ ἐν πεδίῳ, κουρὴ φλεγύα βασιλῆος.

Pindarus Phlegyæ quidem filiam eam facit, sed Arsinoen nominatam: quanquam etiam Coronin. Citatur Aristides quidam, Leucippi filiam Arsinonem, Coronin

tantisper

tantisper nominatam fuisse, dum uirgo esset. Non repudianda duco, quæ Boccatius li. 5. de Æsculapio congeßit, cap. 19. & 21. Tribuit Asclepiadem Æsculapio ex Machaone nepotem. quod nec à nostris abhorret moribus, nec repugnat Hermeti.

Arcades.) Nam mater Arcadica fuit.

Specillum.) Dicunt instrumentum esse, apud Celsum, quod curandis auribus adhibetur. uel ad fistularum curationem, apud Plin. oculis.

Primusq; uulnus.) Apud Homer. Machaoni filio uulnerum curatio aßignatur. Sed apud Pind. curat membra ære, saxoúe saucia, igne frigoreúe læsa. Cõmunis medicorum sententia subscribit Sorano Ephesio, cuius hæc sunt uerba: Medicinã quidẽ inuenit Apollo, amplificauit Æsculapius, perfecit Hippocrates. Nolo in his diutius immorari. Qui uolet, legat Cornel. Celsum ab initio li. 1. & Hiatrum Galeni in ipsa præfatione, Plin. cap. 1. lib. 29. Vergilium Vrbinatem lib. 1. de Inuentoribus rerum, cap. 20. & 21. Secundus secundi.) Qui Trophonius dictus fuit, quem Boccat. quintum quarti filium fecit.

Cynosuris.) Vrbe Arcadiæ, ut Lactantius exponit. Stephanus κυνόσουρα, ἄκρα ἀρκαδίας, ἀπὸ κυνοσούρη τοῦ ἕρμου. Cæterùm causa fulminis, non benefaciendi studium fuit, sed auaritia, &, ut Pindarus ait, χρυσὸς ἐν χερσὶ φανεὶς. Quid quod Socrat. etiã in 3. de Rep. non diuorũ modò, sed bonorum etiam uirorum numero uel ob hoc ipsum excludit. Audiamus ipsius argumentum ex contrarijs ductum, per tertium modum Hypotheticorum syllogismorum: ἀπόλλωνος μὲν φασιν ἀσκληπιὸν εἶναι, ὑπὸ δὲ χρυσοῦ πεισθῆναι πλούσιον ἄνδρα θάσιμον ἤδη ὄντα ἰάσασθαι, ὅθεν δὴ καὶ κεραυνωθῆναι αὐτὸν. ἡμεῖς δὲ κατὰ τὰ προειρημένα, ὃν πειθόμεθα αὐτοῖς ἀμφότερα. ἀλλ' εἰ μὲν θεοῦ ἦν οὐκ ἦν φήσομεν αἰσχροκερδής. εἰ δὲ αἰσχροκερδὴς, οὐκ ἦν θεοῦ. Variãt miri-

mirfice scriptores. pleriq; tamen putant, Hippolytum per Æsculapiũ ad uitã esse reuocatum, & magnũ consensum obtinuit post Diodorum Seruius, in ijs quæ 7. Æn. his de rebus retulit. Sed quia nec Pindarus, nec post Pindarum Plato, nec Diodorus eum nominant, suspensum etiam nos relinquemus, cum nec locus hoc poscat, & certum ex Pindaro sit, utrunq; denuò fulmine fuisse traiectum.

Arsippi.) Apud Boccatium hic Asippi legitur, & secundum quosdam Leucippi.

Lusio.) Huius fontis meminit Plin. lib. 31. cap. 1. ubi de differentia aquarũ agit. Sic autẽ, ut in superioribus factum est, ut communicatio & nominis & gentis, & artis ex pluribus unum fecerit.

Apollinem.) De hoc suo loco abundè dictum est.

Custodem Athen.) Patrium Pausan. Plato in Euthydemo, sed Iouẽ ἕρκιον καὶ φράτριον, sicut Mineruam φράτριαν. patriũ ideò, quia Ion ex eo natus, ex Creusa Xuthi filia sobolem propagauit apud Athen. ut Aristoph. Com. in fine Nebularum, & alicubi in Auibus. lege de hoc Apolline Boccat. lib. 3. cap. 19. lib. 5. cap. 48.

Secundus Corybantis.) Corybantes. Corbyãtes sacerdotes matri Cybelæ cõstituit. Ex illis fortè aliquis Apollinis Cretensis pater fuit. Est honesta quidẽ huius apud Diodorum mentio, sed οὐδὲν πρὸς ἔπος.

Tertius Ioue tertio.) Lege Boccatium lib. 5. ca. 3. Hymnũ Apollinis apud Hom. Consentit Hesiod. & alij.

Nomionem.) Nomium frequentius nominant, & alij huius epitheti rationem etiam aliunde ducunt. Aliter poetarum interpretes, ut ex Apollodoro Commentator Homeri, quod apud Laomedontem & Admetũ armenta pauerit: aliter mythologi & physici. Macrobius lib. 1. Sat. cap. 17. Nomium cognominatum dicit, non ex officio pastoris, sed quia sol pascat omnia, quæ terra progenerat.

generat. Ait autem idem Homeri Commentator νόμιον dictum fuisse, quòd à ueteribus in hoc placari solitus fuisset, ut à pecoribus pestem arceret. Sed mihi Ciceronis ratio magis probatur. Ciceronis assertionem aliquo modo Plato tuetur, qui Apollinem in 1. de Legib. Lacædemoniorum autorem ita facit, ut Cretensium Iouem.

Prima Iouis & Proserp.) Consule Bocat. libro secundo capite sexto. Hunc Cupidinem inferius aliquanto Mercurij & Dianæ filium facit. Pennati epitheton omnibus commune esse uideo.

Secunda notior.) Adeò nota, adeò ab omnib. poetis celebrata, ut superfluum sit, quicquid de illa dicatur amplius. Nam in hanc congerũt etiam ea quæ sunt aliarum.

Tertiæ pater Vlpis.) Officinæ hunc errorem esse puto. Vpis lege: nam sic emẽdatiores codices habent. Nec dubium est, quin ea sit, quam Opin nominant. Nam Saturni uxor O habet literam capitalem. Vergilius semel atq; iterum inter Dianæ comites Opim numerat, quod Macrob. lib. 5. cap. 22. nõ temerè factum affirmat. Nam poetam ingeniosum Dianæ comiti cognomen tribuisse, quo apud uetustiores Græcos ipsa Diana fuerit cognominata. Citat testimonium Alexandri cuiusdam Ætoli. Vbi ὦπις nominatur ipsa Diana,

ὑμνῦσαι ταχέων ὦπιν βλητῆρα ὀϊστῶν.

A Lacedæmonibus sic dictam, Palæphatus indicat. Sic enim in cap. de Phorcynis filiabus legitur: λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν ἀθλωτὴν λυγκαιέως γεγένημαι, ὥσπερ τὴν ἄρτεμιν ἐξέπεμψε βίνδειαν, λεγῦτες δὲ δίκτυναν, λακεδαιμόνιοι δὲ ὦπιν. Apud Callimach. in hymno de Delo ὦπις numeratur inter hyperboreas puellas, Apollinis & Dianæ alumnas.

πρῶται τοι τάδ' ἤνεικαν ἀπὸ ξανθῶν ἀρίμασπῶν,
ὦπίς τε, λοξώ τε, καὶ ἰναίων ἰηπέργη.

Huc Vergilius cùm Æn. 11. tum Geor. 4. magis respexisse

spexisse uidetur, quàm quòd Macrob. censuit. Meminit huius etiam in Apollinis hymno Callimachus,

ὦπι ἄναξ· ἰὼ ὦπι, φαισφόρε, καὶ σὲ λέγυης
ἁγνὰ Λάτῦς Λαλίεσσιν ὑπωρυμίλω ἀπὸ νύμφης.

Quo loco Scholiastes sic annotauit: ὦπις ὑπερβόρεον ἀρετίμιδος, ἢ παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τιμούσας, ἢ παρὰ τὴν θρίψασαν αὐτὴν ὦπιν, ἢ διὰ τὰς ὑπερβορέους ὥρας, ὦπιν, ἵνα ὀργίλο, λόξω, ἂς ἐτίμησεν ἀπόλλων, καὶ ἄρτεμις. καὶ ἀπὸ μιᾶς μὲν ὦπις, ἢ ἄρτεμις. λοξίας δὲ καὶ ἑκάεργος, ἐκ τῶν λοιπῶν, ὁ ἀπόλλων. Facilis nunc coniectura est, quo modo duæ uel tres in unam coaluerint.

Ioue & Proserpina.) Communior sententia est, Semeles filium fuisse. Nam cæteri Hesiodum secuti sunt, cuius hi uersus sunt,

Καδμείη δ' ἄρα οἱ σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱόν,
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι διώνυσον πολυγηθέα,
ἀθάνατον θνητὴ. Sed hæc ex Orpheo citantur,
καὶ περσεφονείης ἀῤῥήτοις λέκτροισι τεκνοθεὶς.

Sed hi iuxta Diod. diuersi sunt. Iupiter in draconem mutatus, cum Proserpina filia est cõgressus, ex quo incestu Dionysius Taurus natus fertur. Adde his, quæ refert Boccatius lib. 7. cap. 10. & 11. Fingitur, pingiturq; ob id tauro capite & cornibus. Vnde non ταῦρος modò, sed ταυροκέφαλος etiã, et ταυρόμορφος, & διρατοφόρος à Græcis, & præsertim διραῖος Nicandro, Sophocli βουκέρως nominatur. Præter fabulam, uariæ huius rationes à uarijs redduntur. Quarum aliquas, præter institutum, in medium proferam. Diodori ratio est, sic eum cognominari, quòd fertur primus boues aratro iunxisse. Plutarchi problema est: Quid est quòd Eleorum mulieres Dionysium celebrãtes precantur, ut bouino pede ad se ueniat? Hymnus enim hoc modo se habet, ἔλθειν ὕῤῥω ἅλιον ἐς ναὸν ἀγνὸν σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναὸν τῷ βοίῳ ποδὶ θύων. Inde bis inferunt,

ἄξιο

ἄξιε ταῦρε. An quia βουγενῆ appellant, & Taurum, non nulli hunc Deum: an magnum pedem bouinum intelligũt, quemadmodum Poeta βοῶπιν, magnos habentem oculos: & βουγάϊον, magna iactantem. An magis, quia bouis pes innoxius est? Cornigerũ autẽ Deum sic rogant, ut lenis, lætusq; ueniat? An quòd aratri ac sementis principem hunc ipsum Deum, & inuentorem fuisse putant? Athenæus lib. 11. inter pocula etiam κέρας refert, ueteresq; boũ cornibus uinum & bibisse, & lympha diluisse. Hinc factum ait, ut Dionysio cornua tribuantur. Alij ad uim beluinam, quæ temulentis adesse solet, referunt. Qua de re subiungam uerba Isacij, cùm propter elegantiam, tum uerò maximè, quòd temulentiæ quendam typum exprimũt.

ταυροκέφαλος, inquit,

φαντάζεται, καὶ ζωγραφεῖται, ὡς καὶ εὐριπίδης
καὶ σῆ κέρατα κρατὶ πρὸς πεμφυκέναι.

κεραταφόρος δὲ αὐτός ἐστιν, ἐπειδὴ ὁ οἶνος πινόμενος πολύς, τοὺς ἄνδρας ἐκμαίνει πρὸς τὰς ἑτέρων γυναῖκας εἰσέρχεσθαι. τὰς δὲ γυναῖκας τὰς φιλοίνους, οἱ ἄνδρες γνωρίζοντες, ἐπαιδὰν ἔυρωσι κορεσθείσας, συνιοῦσι μετ' αὐτῶν. ταυρόκαννος δὲ ζωγραφεῖται, καὶ φαντάζεται, ἢ κερασφόρος, ὅτι τοῖς φιλοίνοις ἡ ἀλογία προσκεῖται δίκην ζώων τετραπόδων. His consona sunt apud Phurnutum, & Athenæum in 5. & Sextum Pompeium. Secundum Nilo.) Video esse qui legãt Secundum Nyso, qui Nysam dicitur cõdidisse. Nam Boccatius quoq; lib. 7. ca. 33. miris se modis torquet, quæ nam Nyssa fuerit, quã Dionysius interfecisse hic dicatur. Nec mihi displicet, quod de Nysa & Mero monte ex Curtio, Mela & Plinio citantur, quibus consentiunt, quæ à Strabone de hoc in 15. narrãtur. Quanquam decem hoc nomine ciuitates Libero sacræ à Stephano et Raphaele numerantur. Sed Indica præ cæteris celebris. Hanc Homer. Iliados sexto νυσσήϊον ἠγάθεον nominat, eo quòd Libero patri sacra

tri sacra sit. Sophocles, citante Strabone, βεβακχιωμένην, Dionysius Afer χώραν τιμίεντα καὶ ἱερὰν. Hãc uero de femore fabulam ipse Strabo, & cum hoc Curtius, Mela &, Plinius historicè explicant.

Tertium Caprio.) Malo cum eruditis Sabazia potius legere, quàm cum uulgatis hactenus codicibus Abazea. Constat, Dionysium etiam Orpheo σαβάζιον fuisse dictum. is opinor est, quem Sebadium, per ἀντίστοιχον, Macrobius dictum ait, lib. Sat. 1. cap. 19. Citatq; Alexandrũ quendam, qui affirmet, in Thracia eius sacra fieri, atq; in colle quodam Zilmisso ædem habere. Arbitrarer eundem esse cum eo, quem Diodorus Sebasin nominatum ait (si modò ea lectio, quæ Latinè extat, genuina est) cuiq; sacra propter uerecundiam nocturna celebrantur. Quanquam hunc ipsum idem Diodorus, (qui & ipse plures Dionysios enumerat) Iouis & Proserpinæ prolẽ esse dicat. Sũt qui Liberum ipsum σαβακόν dictum referant, & eodem modo etiam eius sacerdotes σαβακοὺς. Citatur τοῦ σαβαζίου epitheton ex Orpheo. reperitur certè apud Aristoph. cùm in Vespis, tum in Auibus. Commentator ait sic Bacchum, seu Dionysium à Thracibus nominari. Atq; idem in Auibus annotat, Sabazion à Phrygibus coli, eiusq; sacertotes σαβοὺς fuisse dictos: citatq; autorem Heracleoten. Monet præterea, hanc appellationem ipsum habere à sacris. Barbaros enim σαβάζειν dicere τὸ εὐάζειν, καὶ τὴν εὐασμὸν σαβασμὸν. Significat aũt hoc uerbũ εὐάζειν, ut Phauorinus ait, nõ modò θρηνεῖν, sed etiã καλῶς ὑμνεῖν. ita ut Comicus Bacchantium cantiones odiosè eiulatui comparare uoluerit. Significat item immodestis motibus bacchantium instar tripudiare. Vnde Philodemus in Epige. Salmacidas meretrices σαβακὰς nominat. Porrò illa quoq; lectio suspecta est, quod Caprium eius patrem nominatum fuisse refert. Nondum inueni, quis nam ille sit: nisi quòd Eras.

in prouerbio Phaselitarum sacrificium, Capro cuidam pi-
sculos sacrificari solitos, ex Suida & Zenobio memorat.
Quanquam Suidas, ea sacra καλαβρῷ fieri scribat, Zeno
bius uerò in genere τοῖς θεοῖς. Sed obstabit huic sententiæ,
quod Stephanus hanc ciuitatem Iudææ fuisse scribit, ab
Herode conditã. Si coniecturis locus esset, crederem Ca-
bro legendum, atq; ab eo καβεῖρας dictos, siue καβείρους:
nam utroq; modo legitur. quorum Strabo lib. 10. mentio-
nem facit, quo cum Corybantib. eosdem fuisse putat. Quã
quam eos à Cabeiro Berecynthiæ monte appellatos dicat.
Sed quid adtinet in his curiosius scrutari, quæ non multũ
momenti nec ad lectionem, nec ad sensum adferunt.

Ioue & Luna.) Dionysij, quos Diod. enumerat, pa-
rũ congruũt cum Ciceronianis. De Orphicis autẽ ille sic
scribit, quòd Tharoco, qui sibi Thraciam prodiderat,
Thracũ imperium concesserit, tradideritq; modum cele-
brandi orgia, quæ postea ad eius filium Argum, inde ad
Orpheum quasi per manus tradita: quib. ipse ingenio &
eruditione excellẽs, cũ nonnulla addidisset, Orphica, siue
Orphea nominari ceperunt. Numerãtur à Strabone loco
superius citato (ubi de Sabazio & Caberis mentionẽ fe-
cit) inter Thracũ sacra, cum Cotyticis, & Mendidijs. A-
pud Lact. lib. 1. ca. 22. legimus Orphica dici ab Orpheo,
quòd Orpheus ea in Græciã transtulerit. quo loco quædã
de his diximus. Quintum.) Thyo eadem est quæ Se-
mele, de quo idem Diodorus legendus est, unde Thyoneus
Dionysij epitheton. De hac uarij uaria. Vulgatissima
sunt, quæ ab Ouidio lib. 3. Metamorph. de hac fabula me
morãtur. Cui, qui uolet, credat. Nam Pentheus apud Euri
pid. grauiter multatus fuit, quòd his reb. fidem nullã ha-
beret. Huic postremò, uel Diodoro teste, omnia tribuũtur,
quæ etiam aliorum sunt. Hinc fortè Thyas, quæ quibusdã
etiã Thyone dicitur, prima sacris Liberi patris initiata:
unde

unde reliquæ Thyades dicuntur, quarum passim apud
scriptores mentio fit. Verg. in 4. de Didone,

— Totamq; incensa per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cytheron.

Euripides in Bacchis:

εἰς δὲ χωρεύματα,
συνῆψαν τριετηρίδων
αἷς χαίρει διόνυσος,
ἡδὺς ἐν ὄρεσιν, ὅταν
ἐκ θιάσων δρομαίων
πέσῃ πεδόσε, νεβρίδος ἔχων
ἱερὸν ἐνδυτὸν, ἀγραίνων
αἷμα τραγοκτόνον, ὠμοφάγων χάριν.

Quibus uerbis sacra Trieterica, unde Trietericus ipse
Orpheo nominatur, describũtur. Obserua interim Thia-
das ab alijs per ι, ab alijs per υ scribi. Ego à θύω dictas pu
to. Hæc sacra in Græcia solennia fuisse, indicat Oui-
dius in Fastis:

Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma fuit.

Sed ex Vergiliano loco manifestum est, in Helicone
celebrari solita, ubi etiam Pentheus à Bacchis discerptus
est. Itaq; Euripidis locus intelligendus est. Sed Ouid. 6.
Metamorph. in Thracia posuit, his uersibus:

Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus.

Sithoniæ siquidẽ Thraciæ mulieres erant. Itẽ in nono:

Vtq; tuo motæ proles Semeleia thyrso,
Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ,
Nam & Ismariæ, Thraciæ sunt.

Venus prima.) Bocat. li. 3. de Gen. deorũ, ca. 22. hũc

locum citans, hanc magnam cognominat, & sextam Cæli filiam facit, & Dieiidq; minime absurdè, cum de Veneris stella, quæ inter planetas est, mentio fit. Sed uidemus omnes inter se cõfundi, & uni tribui, quod uariarum est.

In Elide.) Iouis Olympici templum in Elide nobilissimum apud classicos scriptores est: itaq; eo loco delectatus traditur, ut Salmoneus ipsius æmulus mediæ per Elidis urbẽ ierit ouans. Verg. in 6. Habuit ea ciuitas familias duas, aruspicina doctas. Cic. in 1. de Diuinat. Fuit in eadem ædes Mineruæ, Plin. li. 36. cap. 23. Item Veneris etiã delubrum, ut hinc adparet. Nam de hoc alibi nondum legi: nisi quid fortè apud Paus. in Eliacis est, quem nobis uidere hactenus non contigit.

Altera spuma procreata.) Fabula notior est, quàm quæ referri multis debeat. Hesiod. in Theogonia:

— τλὼ ἀφροδίτλω,
ἀφρογενέἰλω τε θεὰν, ηεὶ ἰὐστέφανον λυκίρεια
λλίσκουσοϊ θεοί τε ηεὶ ἀνέρες οὔνεκ' ἀρ ἀφρῷ
θρέφθη. Neq; Cratylo Platonico res digna uidetur, ut Hesiodo contradicatur, cur minus ἀφροδίτη appelletur. Neptunus apud Verg. in. 5. hanc suæ familæ uendicat.

Fas (inquit) omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis, &c.

Sed Arist. magis ad naturam generationis respicit, dũ seminis natura est quiddam ἀφρῶδες, id est, spumosum. à qua sententia nõ abhorret Phurnuti expositio. Reliquas opiniones, quæ huc non pertinent, in præsenti missas facimus. φυσιολογίαν huius quære apud Macr. li. 1. Sat. ca. 8.

Cupidinem secundum.) Nam primus ex Marte & Venere fuit. Quanquam Boccat. lib. 2. cap. 13. Cupidinem primũ, Ciceronis & Theodontij sententia, Mercurij secũdi & Dianæ primæ filiũ esse ait. sed lib. 3. cap. 23. Hermaphroditũ (quod etiam nominis cõpositio monet) ex Mercurio & Venere quosdam natũ uelle indicat, cæterum Cupidinem ex sola Venere. Alij ex alijs parentibus Cupidinem natum aiunt, quas uarietates Raph. in 1. Metamorph. enumerat, & Gyraldus Syntagmate 13.

Tertia Ioue nata, & Dione.) Sic enim Hom. in Martis et Veneris adulterio, διὸς θυγάτηρ ἀφροδίτη. licet Iouis filia, participat tamen non cum ea quæ ex spuma fuit, sicut etiam reliquæ. De hoc Boccat. lib. 11. cap. 4. consulendus est. Hinc Venus Dionæa, in Argon. Orphei, & Theocrit. Idillio 15. et Cæsar Dionæus apud Verg. Ecl. 9. eo quòd genus ad Æneam, hinc ad Venerem referat: & sacra Dionææ matris alibi, apud Vergil.

Anteros.) ἀντέρως. ἔρως, Cupido: ἀντέρως, alijs redamator exponitur, alijs uelut ἀντίθεος & dictus uidetur, non tantũ ut apud Homerũ paßim hoc epitheton Heroib. tribuitur, sed etiam sicut ἀντίχριστος dicimus: ut in Phædra quidem regnarit ἔρως, in Hippolyto ἀντέρως. Hoc significasse uidetur Ouid. in Apollinis & Daphnes fabula per Deũ sagittifera prompsit duo tela pharetra (duo tela: Diuersorum operum, fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta:
Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum: &c. Sed Isacius apud Lycophronem, Martem Adonidis ἀντιφασγὴν, id est, æmulum seu riualem dicit. Sicut in eadem fabula Aphthonius uerbo ἀντιφᾶν utitur: ὕβρις μὲν γὰρ διὸς τοῦ ἀδώνιδος, ἀντύφας δὲ λέγει ὁ ἄρης ἀντῆς.
Gyraldus ait & se & Cœlium suum de hoc scripsisse.

Quarta Syria.) De hac nemo copiosius, quàm Lucianus in Epistolis Saturnalibus, & ibidem Mycillus erudite admodum præfatur. Verùm si Luciano credimus, Syria et Astarte est eadem. Hæc alijs Atargate, alijs Derceto, alijs Athara, Ops Phurnuto. Luciano etiam Luna. in huius honorem Syrorum superstitiosiores piscium abstinentia

stinentia utuntur. Higin. in piscibus, Plut. περὶ δεισιδαιμονίας. De Astarte, quam Veneris sidus putant, Gyrald. Syntag. 13. ex Theophilo, Nazianzeno, & Epiphanio digna notatu annotat. Theophilus sanè lib. 3. aduersus gentes, de Tyriorum regibus agens, memorat Luthobalem quendam Astartæ sacerdotem, antecessoris (ut pleriq; solebant) cæde regnum occupasse.

Adonidi.) γαύαντα Lycophron nominat, sicut etiã Cyprij, teste ibidem Isacio. Fuit hic Cinyræ Cypriorum regis filius, non Thiantis. Ex hoc Venus peperit Priapum δυσειδῆ καὶ βαθυαίδοιον: quem tamen alij Bacchi filium faciunt. Apud Theocrit. Idyllium 15. de hoc est, quod inscribitur Syracusiæ, uel Adoniazusæ. Est rursus aliud 23. Adonidis uidelicet epitaphium. Meminit etiam Idyllio 3. Est de hoc narrationis exemplum apud Aphthoniũ Rhetorem, ubi de huius etiam amore diximus. Cæterum huius fabulæ alia est allegoria, Macrobio lib. 1. Sat. cap. 21. alia Theocriti commentatori Idilli. 3.

Minerua prima.) Isacius Tzetzes apud Lycophronem, πολλαὶ, inquit, ἦσαν καὶ ἀθηναὶ καὶ ἀφροδίται, καὶ οὐ μία. Consentiunt ea quæ suprà tam in Vulcanis quàm Apollonib. dicta sunt. Consentit Arnobius: Sed & Mineruæ, inquit, sicut Soles & Mercurij, quinq; sunt. Ex quib. prima nõ uirgo, sed ex Vulcano Apollinis procreatrix, &c. De hac Isacius Tzetzes loco citato: ἀθηνᾷ τινὶ βασιλίδι τῇ καὶ βελονίκῃ λεγομένῃ, θυγατρὶ δὲ βροντέου ὑπαρχούσῃ, ἥφαιστος γάμῳ μιγεὶς ἐριχθόνιον, ὃς ἐβασίλευσεν ἀττικῆς, Vt autem Mineruæ inter se confunderẽtur, fabulæ fictio fecit. Quid igitur? Num Erichthonius & Apollo idem? Duo quidem apud Strabonem Erichtonij sunt. Atticus alter, alter est cuius Iliad. υ mentio fit, quem Smintheũ Apollinem à Teucris cultum ait. Coniunctio itaq; fortè, quæ inter utrunq; populum olim fuerat, ex duobus unum fecit. Sed

Sed hæc, q̃ par est, curiosus. Neq; enim de Erisichthone Thessalo, Metræ patre hic loquimur. Secunda.) Sic Arnobius: Nili altera proles, & quæ perhibetur Ægyptia Sais, Strabo lib. 13. καὶ ἡ σεβεννιτικὴ δὲ πόλις, καὶ ἡ σάϊς μητρόπολις τῆς κάτω χώρας, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν ἀθηνᾶν.

Tertia.) Arnob. Saturni tertia est, et quæ usum excogitauit armorũ. Tanta est inter scriptores dissensio. Hesiod.

αὐτὸς δ' ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα τριτογένειαν
δεινὴν, ἀγροκύδοιμον, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,
πότνιαν, ἣ κελαδήτε ἄδον, πολεμοίτε, μάχαι τε.

Festiuus est de huius natiuitate Dialogus apud Lucian. Vulcani & Iouis. Allegoriam Physicã ex Macrobio pete.

Quarta.) Arnobius: Iouis quarta progenies, quam Messenij Corifasiam nuncupant. Quæ quàm parum congrua sint, facile quilibet uiderit. Gyraldus pro Coria, Coresiã legit. Manifestus est Boccatij error li. 7. cap. 12. qui quod Mineruæ erat, ipsius matri tribuit: amphibologia syntax eos deceptus. Eorum lectionem, qui Polyphe legerũt, pro Coryphe, iam antè antiquatã uideo. Coriphasia certe ex Arnobio erat legẽdum, nec interim idem Gyraldus negat Coresiam legi posse, præsertim cum etiam Stephanus templi Coresiæ Mineruæ mentionem faciat, quod in Corio Cretæ loco fuerit. Arnob. paulo pòst: Desistet' ne et illa Mineruã se dicere, cui Corifasiæ nomẽ est, uel ex Coryphæ matris signo, uel quòd ex uertice summo Iouis parmam ferens emicuit, atq; armorum accincta terroribus, &c, quo loco Arnob. de Mineruis copiosius ipsas inter se de nominis huius possessione contendere fingit. Parrhasius apud Claud. de Raptu libro secundo, non longe ab initio, uidetur eorum lectioni astipulari, qui Poliphen legũt, nec sine autoritate. nam Mnaseam & Harpocrationem citat. Addit, eam bigas (Cicero quadrigas habet) inuenisse, indeq; Hippiam esse dictam. idq; conatur Suidæ

testimnnio tueri. Suidæ testimonium si requiris, hoc est, ἱππεία ἀθηνᾶ. ταύτην ποσειδῶνος εἶναι φασὶ θυγατέρα καὶ πολύφης τοῦ ὠκεανοῦ. ἅρμα δὲ πρώτην κατασκευάσασαν, διὰ τοῦτο ἱππεῖαν κληθῆναι. Addit, huius sæpe mentionem apud Pausaniam fieri. Inuenit tamẽ illa quoq; lectio suos assertores, quæ ipsam Coruficem appellauit. Nam præter Boccatium, Pylades quoq; sub initium libri 3. in Oceani prole inter cætera sic habet:

Coruficen, Pallas quæ inuentrix nata quadrigæ est.

Hæc proponere uolui. Probabilia sunt omnia, nec interim à ueteri lectione temerè discedendum arbitror.

Quinta.) Arnob. Et quæ Pallantem occidit patrem, incestorum appetitorem, est quinta. Hæc Pallas à patre Pallante dicta, eodẽ Arnobio innuente. & hanc sanè potissimam rationem putant, quur Pallantias dicatur. Alij putant, à Pallante Lycaonis filia, apud quem fuit, sic nominatum: uel à Tritone Palantiade palude. Nolo iam cõmemorare, cur Pallas dicatur, dissensiones: cum hoc nomen omnium sit commune.

Cupido primus.) Boccat. lib. 2. cap. 13. ait, in hoc Theodontium suum cum Cicerone sentire.

Secundus Mercurio.) Seruius Simonidis autoritate, solius Veneris filium facit, sicq; exponit illud Vergilianum, quod est Æn. 1.

Nate meæ uires, mea magna potentia solus, &c.

Sed hoc ipsum alij in argumentum rapiunt, eum Mercurij filium esse, cum eloquentiæ uis amoris insit. Sermo enim fecit, ut in Æneam Dido amore exarserit. Sic & apud Homer, Vlyssem eloquentiæ donum Nausicaæ primùm, deinde patri quoq; Alcinoo commendauit, ut luberet ipsum generum asciscere. Sed ut plurimi memorantur Cupidines, nõ à poetis modò, ut Claudiano, Statio et Propertio, sed etiam Phurnuto, & Philostrato: sic uarij parentes

rentes illi ab alijs atq; alijs assignantur. De quibus abunde Gyraldus Syntagmate 13. Martis.) Boccatius lib. 9. cap. 4. De Anterote paulo superius dictum est.

Nobismet insunt ipsis.) Tmesis, cum epenthesi. Mens autem inest, ut pars toti. nisi fortassis διάνοιαν, non νοῦν intelligat. Cætera sunt qualitates animi, quæ dum res appellat, & licet accidentia sint animi, in deum tamẽ (cui nulla possunt accidentia tribui, quo de quicquid dicitur, essentialiter, non accidentaliter inesse dicendum est) cadere non possunt.

Aut optandæ.) Inter res expetẽdas, siue mauis fortuitas, numerandæ. Cognouero.) Quasi dicat, neminem Stoicorum solidis & euidentibus id rationibus edocebit. Fortuna.) Indicat Fortunæ proprium esse, inconstantiam: sicut Diuinitatis, constantiam. Ex loco contrariorum.

Quam nemo ab inconstantia.) Apelles interrogatus, quur Fortunam sedentem pingat: Nunquam, inquit, stetit. Cebes lapidi sphærico insistenten fingit, Artemidorus insidentem cylindro, alij inter undas maris uelificantem, alij in uertice saxi uentis expositam. Ex Menandro citatur:

τὸ τῆς τύχης ῥεῦμα μεταπίπτει ταχὺ.

Item ex Diphilo:

ἐφημέρους τὰς τύχας κεκτήμεθα.

Fuere qui uitream, propter fragilitatem, dicerẽt. Ob id ipsum Euripides quoq; dubitat, num inter Deos sit habenda.

οὐ χρή ποτ' ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα
ἕξειν, τὸν αὐτὸν δαίμον' εἰσαεὶ δοκεῖν.
ὁ γὰρ θεός πως, εἰ θεὸν χρὴ καλεῖν,
κάμνει, ξυνὼν τὰ πολλὰ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.

Vos.) Stoicæ familiæ proceres.

Cœlum.) Physicas allegorias libro 2. recitante Stoico, audi-

co, audiuimus: quem locũ require. sicut etiam nominum, quæ sequũtur, etymologias, quas hic breuiter perstringit.

Quid Vœioui.) De hoc tamen Gellius ausus est disserere lib. 5. cap. 12. De particula uero Væ, idẽ Gellius lib. 16. cap. 5. Adscriberem Gelliana, nisi à Marso prius essent adscripta. Martian. uerò de Nupt. Philologiæ li. 2. Impietas, id est, Pluton, quem etiam Ditem Veiouemq; dixere. **Vulcanum.)** Varro tamen: Ab ignis iam maiore ui ac uiolentia Vulcanus dictus. Seruius etiam ab antiquis Vulcanum appellatum ait, quasi Volicanum. τοῦ ὑφάσις nomenclatio magis in promptu est, quàm ut multis exponi debeat.

Tu mihi natare uisus es.) Videtur alludere ad prouerb. Delius natator. Natatio siquidem, ut rarò periculis caret, ita nixu non caret. Sic etiam sine cortice nare dicebantur, qui hac arte freti, fluctibus se commitebant. Notatio scommate non caret. **Zeno.)** De his 2. libro abunde. **Rerum naturas.)** Soluit distinguendo.

Perniciosis.) De his quidem alibi dictum est. In 2. de Legibus, idem locus ualde uitiosus legitur, hoc modo: Virtutes enim, non uitia consecrare decet. Reliqua male cohærent. Araq; uetus stat in Palatio Febris, & altera Exquilijs Malæ Fortunæ. Legerẽ ego, Atqui ara uetus stat, &c. Sed hoc loco Academicus ne uirtutes quidẽ consecrãdas cẽsret, nedũ uitia: et rectè. sed de hoc apud Lact. dictum est. Macr. lib. 1. cap. 10. Vndecimo Calend. feriæ sunt Laribus dedicatæ, quibus ædem bello Antiochi Æmilius Regillus Prætor in Campo Martio curandam uouit. Viderit itaq; Marlianus, quur in Palatio ponat.

Quàm quales inesse.) Arbitror typographi mendam. Quàm quales tu esse, legere malo.

Videamus.) Transgressio ad sequentia.

Sed nequaquam.) Suspicor multa deesse. Quod facit

facit, ut in sequentibus duntaxat diuinandum sit, & hæsitandum miserè. Adeò, inquam, multa desunt, ut tota tertia Diuisionis pars desideretur, qua confutandum erat illud Stoicorum dogma, quo non malè asserunt, mundum prouidentia Diuina regi. Imò ne quarta quidem integra satis est. Nam ex abrupto incipit ἀπόφασις, qua refellit Deos rebus humanis consulere.

Niobe.) Cicero in hoc totus fuit studio, ut linguam excoleret patriam. Ob id Ennium, Cæcilium, Acciũ, Pacuuium creberrimè in scriptis suis citat, autoritatem ipsorum monumentis apud posteros conciliaturus. Quod quidem ipsum fefellit minimè. Verùm enimuero Græcos, & inter hos potissimum Tragicos citat, nunquam Græcè, Latinis semper numeris sonantes. Nec semper autorum nomina solet addere: perinde ac si tam eruditis fuerint cognita, ut nomina dissimulanda duxerit. Quæ res hodie, quandoquidem uetera illa, temporum iniuria sunt oblitterata, facit, ut quæ olim uulgo trita fuerint, nobis propter uetustatem sint obscura. Nondum uidi, quis nam ex uetustate uel Græcus uel Latinus, Niobes fabulã Dramate suis exhibuerit, præter Sophoclẽ et Aristoph. Ad posteros certe nos nihil tale fuit unquam translatum. Habemus quidẽ Homerica, Tragicis omnibus antiquiora, Iliados ultimo. Habemus Ouidiana in 5. Transformationum, & ibidem Lactantium. Meminit & Higinus fab. cap. 9. Diodorus Siculus lib. 6. Pausan. in Atticis, Plut. in oratione consolatoria ad Apollonium. Vide præterea prouer. Niobes mala. De liberis Niobes non conuenit. Consule de his Ioan. Tzetzẽ in Varia historia, Chiliade 4. hist. 141. Ælianum item in Varia hist. lib. 12. Brodæum in lib. 3. Epigram. Alia fabulæ explicatio est apud Palæphatum, alia apud Cic. nostrum in 3. Tusc. Quæst. Cicero sanè in eo libro disputat, Vtrum ægritudo cadat in sapientem, ubi similia tumul-

tumultuantium animorum exempla in medium profert ex tragicis & comicis.

Medea.) *Arbitror ex Ennio esse, quam ex Euripide transtulisse creditur. Cic. noster etiam alijs locis Ennianam Medeam citare solet, quanquam etiam Accij & Pacuuij ab alijs citentur, & post Ciceronis ætatem Ouid. & Seneca Medeam scripserunt. Ex Græcis citatur Eubuli & Euripidis. Euripidis adhuc extat. In cuius argumento legitur, hanc primum actã esse ab Euphorione, secundo à Sophocle, tertiò ab Euripide. Historia siue uera, siue fabulosa, peti potest ex ijs qui Argonautica scripserunt, Orpheo, Apollonio & Flacco, & magna ex parte ex Ouidij 7. Metamorph. Meminerunt huius paßim etiam historici.* **Patrem.**) *Æeten.*

Patriamq;.) *Colchidem.* **Puerum.**) *Fratrem Absyrtum, siue Egialeum. Horum matrem Ipseam nominant, Lycophron uerò εἰδῦαν, Oceani filiam. Diod. lib. 5. Hecaten, matrem Medeæ Circes & Egialei facit. Sed de Circe inferius.*

Quid ille funestas.) *Ille, sc. Atreus, qui Thyesti fratri, propterea quòd coniugalem suum lectulum incestu contaminarat, cum Ærope nimirum coniuge congressus. filios quos ex illo incestu susceperat, coctos apposuit: quod facinus sol exhorrescẽs, retroceßisse fertur. Ouid. 2. Si non Æropem sceleratus frater amasset, (Trist.*

Auersos solis non legeremus equos.

Item de Arte lib. 1. Cressa Thyesteo si se abstin. &c. Quanquam huius cùm apud Platonem, tum apud alios aliam reperias expositionem. Aut ex Ennij hæc Thyeste arbitror, aut ex Accij Atreo sumpta. Vnde opinor etiam illud est Offi. 1. Natis ipse sit sepulchrum parens. Sicut etiã alius in 3. Off. ex Actij Atreo citatur. Et Thyestes in 4. Tusc. Q. Impius (inquit) hortatur me frater, ut meos malis

malis miser Mandem natos. Versatur eadem de re in manibus Senecæ Thyestes. Nomina filiorum fuere Tantalus & Plisthenes. Hygin. cap. Fab. 88. De Atrei nomine uidẽdus est Cratylus Platonicus.

Agnum'.) *Commentator Homeri de hoc Iliad. β. scribit in hũc ferè modum: Atreus cum aliquãdo uouisset, se quod optimũ atq; pulcherrimum inter greges suos nasceretur, Dianæ immolaturũ esse, aureum illi arietem esse natum: quem cum uoti pœnitentia ductus, inclusum seruaret, multaq; ad populum de eo thesauro iactaret, Thyestem inuidisse: & corrupta uxore Atrei Ærope, ab illa arietem abstulisse. Deinde cum rursus de ariete contenderent inter se Atreus & Thyestes, eò utrinq; itum, ut penes quem aries ille foret, idem regni summã teneret. Atq; ibi cum Thyestes superaturus esset, huius consilio factum esse, ut sol contrario cursu eo die ab Occidente in Orientem iret. Itaq; quasi etiam diuinitus cupiditate & auaritia Thyestis improbata, regnum Atreo relictum, & Thyestes inde expulsus est. De hoc agno Seneca:*

Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus
Arcanus, aries ductor opulenti gregis,
Huius per omne corpus infuso coma
Dependet auro, cuius è tergo noui
Aurata reges sceptra Tantalici gerunt.
Possessor huius regnat: hunc tantæ domus
Fortuna sequitur: tuta seposita sacer
In parte carpit prata, quæ cludit lapis
Fatale saxeo pecus muro tegens.

Clepere.) *Furari, Nonio & Varroni, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Antiquum uerbũ, & dignum uel Ennio, uel Accio. Vsus est idem Cic. in Legibus, quòd requirebat legũ maiestas: Sacrum sacroúe commendatum, qui clepserit, rapseritq;, paricida esto. Sed idẽ Cic. Æschyli quædam in 2 Tusc.*

Tusc. transferẽs, usus est. Admisit hoc ueterũ quoq; Tragicorum imitatio. memorat enim, Prometheũ igneũ Ioui clepsisse. Vsus hoc uerbo etiã Seneca est, simili nixus ratione.

Vt satius.) Cic. noster in Officijs ait, ad omnẽ officij quæstionẽ pertinere, ut semper in promptu habeamus, quantum natura hominis pecudibus, reliquisq; bestijs antecedat. Hoc enim est nobile illud, quod cælitus uenisse dicitur, γνῶθι σεαυτὸν, nempe si homo benè gratus, dignitatem suam agnoscat, secq; diuinitus originem habere persuasum habeat. Hic autem Academicus malè gratus, audet id carpere, quod in hominis conditione præclarissimum est: eam inquam partem, qua ad Deum proximè accedimus, & qua sola à cæteris animantibus differimus, Rationem uidelicet. Momus tantum reprehendebat, quòd rationis domicilium rerum conditor non fenestratum fecisset: hic uerò illius impietatem longè superat, qui id audet traducere, quod inter opera Dei singulari diuino consilio, & summa prouidentia fabricatum est. Nec uideo hanc calumniam minus impiam esse, quàm ueteris serpentis, qui mentibus hominum recens conditorum creatoris odium incutere satagebat. Nouit uetustator, quàm idonea sit calumnijs struendis hæc argumentandi formula, cum particularis prætextu de uniuersali iudicium facimus. Similitudo, quam probandi dogmatis causa adhibet, æquè uitiosa est, ut id quod edocere suscepit. Hoc censore abrogabimus etiam saluberrimas in Rep. leges, quia pleriq; illis non emendentur. Cicero ipse in Legibus ait: Quibus ratio insit, ijs etiam rectam ineſse rationem. Ergo est quædam ratio etiam non recta, quæ uidelicet cum recto & honesto pugnat. Vitiosa ratio est, quæ specie boni fallit. hoc fit ex contagione corporis, in quo affectus siue infra diaphragma, ut cupiditates, quos generosos Peripatetici nominant, exhalãt quasdam nebulas, quibus acumen illud & uis animi obnubilatur, ne decorum & pulchrum cernere, uerumq; à falso dijudicare possit: & caligo ista densior & crassior esse solet, nisi à numinis diuini radijs dissyciatur. Mens hominis diuinum quiddam est ex sua origine. Lumen hanc Christus ipse nominat, dum ait: ἆρα οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; Quemadmodum leges à prudentibus latæ, tum demum leges censendæ sunt uerè, si ex lege æterna manauerint: ita rationis lumen genuinum splendorem seruat, si radijs cœlestibus illuminata, & spiritus Sancti afflatu natalibus restituta fuerit, quos ueteres theologi παλιγγενεσίαν nominarunt. Quare mirum non est, si gentiles aliquando à ueræ rationis ductu aberrantes, erroribus quandoque inuoluti sunt, alius alio magis. Videmus enim quosdam uiros ingenij acumine mortalium conditionem superantes, propè ad illud ueritatis iubar accessisse: in quibus etiam Ciceronem numero, eximoq; à tam blasphemo errore, Academiæ decoro assignans, quo pro assystati sui libertate nihil non audent in utranq; partem disserere. Quanquam ego uelim illos in quolibet alio argumento, quantumuis ἀδόξῳ, quàm in hoc tam impio & blasphemo, disertos esse. Tolerabiliora sunt quæ Gryllus in argumento non dissimili, apud Plutarchum, aduersus Vlyssem disputat.

Patrimonijs.) Hæ sunt res fortuitæ, quæ sunt eiusmodi, ut inquit Comicus, qualis is est qui ijs utitur. Quur non sic potius argumentaris? Solem, eo quòd causa pestis esse soleat, (ut ex Homero physici docent) satius esse non fuisse creatum. cuius tot incommoda ferè, quot commoda rebus mortalium adferre solet, enumerari possunt.

Non enim Herculi.) Conatur ex singularibus uniuersale colligere.

Deianira.) Vxor Herculis, Oenei partu edita. Eadere

de re Cicero in 2. Tusc. Q. uerba Herculis ex Sophoclis Trachinis transfert.

O multa dictu grauia, &c. Græca sunt:

ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ, &c.

Ex Trachinijs Sophoclis multa Naso transtulit in suam Metamorph. lib. 9.

Pheræo Iasoni.) Refertur à Valerio Max. lib. 1. cap. de miraculis, Plinio lib. 7. cap. 50. Vbi pro Phalero Pheræo legendum est. De hoc nostrum est ænigma,

Vulnere lethali læso spes certa salutis
Contigit. Hostilis sanant me uerbera ferri.
Eripuit, fato uoluit qui perdere tristi.

Vomica latinis à uomendo dicta creditur, Græcis uerò φλεγμονὴ, ἀπὸ τοῦ φλέγεσθαι. Est autem tumor cum rubedine & duricie dolorem pusatilem adferens: ὄγκος κατ' ἐρυθρήματος καὶ σκληρίας, πόνους ἐπιφέρων σφυγματώδεις. Galen. Nam omnis opinio.) Sed habet infirmum assensum. ἐπιστήμη autem, certis rationibus colligitur.

Nefaria scelera meditantes.) Illa meditatio, seu deliberatio, quæ meditationem præcedit, διαλογισμὸς nominatur, sed affectus mali cōsiliarij rationis iudicium falsa utilitatis specie adobrūut, & supprimunt: & quemadmodum in rep. cum uulgus ignobile tumultu ualens, sanas procerum sententias opprimit, & deteriora statuit.

Exclusit, reuocat.) Sunt uerba Phædriæ, qui à Thaide contemptus, confirmat animum aduersus meretricis cōtumeliam. statim ab initio actus primi Eunuchi Teren. Ex eadem scena eandem leuitatem taxat Tusc. quæst. 4. — Iniuriæ,

Suspiciones, inimicitiæ, induciæ, &c.
Bellum, pax rursum: incerta hæc, si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm si des operam, ut cum ratione insanias.

Hæc

Hæc tu Cotta, causæ tuæ officientia, pulchrè dissimulas.

Ille uerò in Synephebis.) In Tusc. Quæstion. lib. 1. & in Catone Maiore, ex Statio Cæcilio hæc comœdia citatur.

Num sine ratione esse potuerunt.) Non inquam: tam parum, quàm ille cum ratione insaniebat. Vel si omnino ita contendis, ut bona pace causa nostra componatur, largior tibi ô Cotta hanc rationem, κατὰ χρηστικῶς dici posse, cum res aliqua in deliberationem ueniat. Colliduntur honesta cum utilibus, & quæ speciem utilitatis habent, inter se. Et si omnino tibi scenica placent, audias Euclionem ratiocinantem:

Deinde egomet mecum cogitare inter uias
Occepi, festo die si quid prodegeris,
Pro festo egere liceat, nisi peperceris.
Post hanc rationem cordi uentriq; edidi.
Accessit animus ad meam sententiam,
Quàm minimo sumptu filiam ut nuptum darem.

Putat senex auarus ratione fieri, quæ auaritia dictabat, qua excæcatus, nō uidit, quæ esset inter sordes & frugalitatem differentia. Quare mi Cotta, hæc non ex scriptorum sententia, sed pro personarum decoro dici memineris. Nec uideo, an consilium cum ratione rectè confundas, cum usus hanc uocem iampridem in utraq; significatione receperit. Verba Phormionis sunt, Actus 2. scena 2.

Veniamus in forū.) Argumentū Cotta tuum, nisi fallor, sic habet: Plurimi scelerati ab hominum memoria fuerunt, Ergo nulla rerum humanarum ratio diuinitus habetur. Antecedens amplificas longa exemplorum congerie, quæ profectò ratiocinatio uidetur insanire.

Tabularium.) Vbi tabulæ publicæ seruantur, nostri cancellias uocant. Plutarchus in Problem. φυλακτήριον τῶν συμβολαίων Græcè nominat: sic enim interpres

transtulit, quur tam ærariũ quàm tabulariũ in æde Saturni sit, autore quæritante. Budæus in Annotationibus posterioribus, apud Plin. et Vitruuium tabulina dici monet, sed priuata. Ipse Grammatophylacia & chartophylacia nominat, & ἀρχεῖα. & inde Archiua, eadem nominari testatur. De hac historia nobis nihildum certi constat.

Transcripserit.) *de exemplari descripserit. Neq; de hac historia nobis certi quicquam constat.*

Auri Tolosani.) *Præter ea quæ Marsus ex Iustino & Gellio citat, uide quæ Roterodamus annotarit in prouerbio, Aurum habet Tolosanum.*

Coniurationis Iugurthinæ.) *Nulla Iugurthæ cõiuratio fuit, sed Catilinæ. Error fortè casu ex Sallustianis scriptis natus, nisi pro Cõiuratione, corruptiõe legere uoles: tum fortè alicuius momẽti fuerint quæ à Marso ex Sallustio citantur.* Tubuli.) *Nihil habeo quod ijs adjiciam, quæ Marsus ex libris de Finibus adduxit, nisi quòd in istis libris iterum atq; iterum huius mentio fit.*

De pecunia capta.) *δωροφάγους Hesiodus nominat.*

Rogatione Peducea.) *Rogatur enim lex. unde Rogatio lex dicebatur, uoce generali, eo quòd Quirites uel à Consulibus uel Tribunis Pl. rogabãtur, uellent iuberentne quid fieri? Abrogatur lex, cum prorsus tollitur: derogatur legi, cũ pars tollitur. Legendus de his reb. Gell. est, li. 10. ca. 20. Modest. L. derogatur. ff. de uerb. sig. et ibid. Alciat.*

Peducea.) *De hac rogatione nihil me alibi legere memini. Nescio an hic Peduceus sit, cuius autoritatẽ Cic. multum apud se ualere, ad Atticum scribit, lib. 9. Atq; rursus lib. 13. Ego uero Peduceum nostrum uehementer diligo, nam & quanti patrem feci, totum in hunc ipsum persequor: æquè amo, atq; illum amaui.*

Sicæ, uenena.) *in Pandectis libro 48. titulus est, ad legem Cor. de Sicarijs.*

Inde

Inde illa actio.) *Præter ea quæ à Iurisconsultis in titulo de Furtis traduntur, uidendus est Gellius libro 11. cap. ultimo. Varias furti species enumerat Alciat. lib. 5. Parergon, cap. 8. Taceo quæ M. Tatius & Vitus Amerbachius de Lance & licio differuerunt. Videtur obiter hoc agere Cotta, ut perstringat tacito quodam stomacho nouas, quæ in dies singulos inferuntur, iuris formulas & nomenclationes.*

De fide mala.) *Fidei malæ uocem haud facile inuenies. Sed quid prohibet si bona non sit, malam rectè dicis & in ijsdem eam rebus uersari, in quibus Scæuola bonam posuit? ut in Officijs: Q. Scæuola, inquit ibi, fidei bonæ nomen existimabat manare latius, idq; uersari in tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis.* Tutelæ.) *Libro 26. Digestorum. Sed huius dolus legibus XII. Tab. etiam uindicabatur. Cic. Off. 3.*

Mandati.) *De hoc titulus primus est libro Pandectarum decimo septimo. ubi Paulus ait, mandatum nisi gratuitum, nullum esse, originem ex officio & amicitia trahere: officio autem contrariam esse mercedem. interueniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem potius pertinere.*

Pro socio.) *Hic titulus secundus est, lib. 17. Pandectarum. Vbi Paulus: Societas, si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso iure nullius momenti est; quia fides bona contraria est fraudi & dolo.*

Fiduciæ.) *Cicero in Topicis: Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem. Boet. Fiducia res accipitur, cui ea lege mancipatur, ut mancipanti remancipet.*

Lege Letoria.) *Hac circumscriptio adolescentiũ uindicabatur. Cic. Off. 3. Hodie prætor eis per in integrũ restitutionem subuenit. lib. 1. ff. de minorib. Letoriam alij, alij Latoriam, alij Lectoriam, alij Plectoriã etiam nominãt.*

Alciat. lib. 6. Parergon, cap. 16. hãc à Q. Latorio latam fuisse monet, similemq; ex Plauti Pseudulo recitat, quinã uicenariam. Euerriculum.) Quo scilicet euerruntur fraudes hominum è uita ciuili Bud. Est autem Euerriculum, rete piscatorium, dictum à uerrendo. Sic idem Cic. Verrem prosonomasia quadam eleganti Euerriculum prouinciæ nominauit. Cic. Offi. 3. Nõdum enim Aquilius, collega & familiaris meus, pertulerat de dolo malo formulas. In quib. ipsis, cum ex eo quæreretur, quid esset Dolus malus: respondebat, cum esset aliud simulatũ, aliud actum. Hoc quidem sanè luculenter, ut ab homine perito definiendi. & paulo pòst: Quod si Aquiliana definitiò uera est, ex omni uita, simulatio dissimulatioq; tollenda est. & inferius paulò: Dolus autem malus in simulatione, et dissimulatione (ut ait Aquilius) continetur. Huius Aquilij Galli uita extat apud Bernardinum Rutilium in Catalogo illustrium Iurisconsultorum. Labeo Iurisconsultus definit dolum malum esse, omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallẽdum, decipiendum alterum adhibitam.

Malorum sementem.) Sic Euclio Plautinus Staphylam ancillam, stimulorum segetem appellat. Sunt in hanc sententiam Prouerbia, θησαυρὸς κακῶν, & κακῶν πανήγυρις. Vtinam.) Enniana hæc ex Medea sæpiuscule nobis apud Ciceronem occurrunt: sed alio uorsum usurpata, nempe pro uitiosæ expositionis exemplo: & de Fato, pro nõ sufficiẽtis causæ exemplo. Ex Euripide trãslatam Ennij Medeã, docet Politianus in Miscel. cap. 27. Quod autem diximus, poetam Ennium de Græco uertisse Tragœdiam Euripidis Medeam, partim de uerbis Ciceronis coniectamus, qui sic ait in primo de Bonorum malorumq; finibus: Quis enim tam inimicus penè nomini Romano est, qui Ennij Medeam, aut Antiopam Pacuuij spernat, aut

nat, aut reijciat: qui se ijsdem Euripidi fabulis delectari dicat, Latinas literas oderit? Partim etiam, quod Ennianæ Tragœdiæ principium multis locis, ut à Quintiliano uolumine quinto, ut à Cicerone in libro de Fato, ut itẽ ab alijs autoribus identidem citatur: sed nusquam tamen longiore tractu, quàm in Rhetorico secundo eiusdem Ciceronis ad Herennium. Quod hic ex codicibus uarijs emendatũ subscribimus, ut illustretur obscuritas, locis aliquot in lingua latina oboriens, quoties unus aut alter de eius Tragœdiæ principio uersus allegatur, suppresso autoris nomine, simulq; intellectu suspenso. Locus ipse apud Cic. sic est: Ne Ennium, inquit, & cæteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est,

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes,
Neúe inde nauis inchoandæ exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua Argiui uecti, delecti uiri,
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis imperio regis Peliæ per dolum.
Nam nunquam hera errans mea domo efferet pedem,
Medea animo ægro, amore sæuo saucia.

Est autem trabes in uersiculo secũdo singularis numeri, quemadmodum & Priscianus legit libro 7. Vetustissimi enim (ut ipse inquit) etiam trabes pro trabs proferebant (idem Crinitus etiam monet lib. 15. de Honesta disciplina, cap. 6.) Euripidis uerò tragœdiæ principium, si cum Ennianæ conferas, feceris arbitror operæ precium, quod & subnectam.

εἰ δ' ὤφελ' ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
κόλχων ἐς αἶαν, κυανέας συμπληγάδας,
μὴ δ' ἐν νάπαισι πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μὴ δ' ἐρεθμῶσαι χέρας

ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας
πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' ἰωλκίδος,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' ἰάσονος.

Sed urgetis.) Occupatio.

An Sol.) Desideramus Euripidis Phaethontem, quæ à Macrobio & Laertio citatur. Vnde fortaßis Ouidius pluscula, pro more, in suam transtulit Metamorphosin. Huius fabulæ Physiologia est apud Plat. in Timæo.

Quum Theseus.) Desideratur etiã Theseus Euripidis, fit tamen huius in Hippolyto mẽtio. Sic enim Theseus:

ἀλλ' ὦ πάτερ πόσειδον, ἃς ἐμοί ποτε
ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μίᾳ κατεργάσαι
τοῦτον ἐμὸν παῖδ', ἡμέραν δὲ μὴ φυγεῖν
τήνδ' εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς.

Quo loco Cõmentator promißiones enumerat, his uerbis, τὸ ἀνελθεῖν ἐς ἅδου, τὸ ἀποστρέψαι τοῦ λαβυρίνθου, τὸ πεμφθῆναι τῷ ἡῷ αὐτοῦ θάνατον. Diximus de hoc etiã in primo Offic. Fit huius rei mentio etiam in 3.

Aristo Chius.) De dogmatibus, ut puto, Zenonis, aut in libris de Scholis.

ἀσώτους.) Voluptuarios, uel dissolutos, & luxu perditos, helluones. Nam ἀσωτίαν, Helluationem eruditorum quidam interpretantur.

Aristippi.) Qui primus summum bonum in uoluptate, summum malum in dolore posuit.

Acerbos.) Allatrantes Cynicos, et austeros Stoicos, tristesq; Catones. Vestra ista prouidentia.) Quam uos Stoici dijs tribuitis.

Telamo.) Declinatione latina, ut Plato. nã Scipio, Cato, Cicero, Græci uicißim in ων finiunt. Quanq̃ in quibusdã editionib. etiã Telamon scriptum est: nihil aũt periculi est. Sed non est procliue dicere, ex qua Tragœdia hic uersus

uersus sit desumptus. Cur igitur.) Superius congessit congeriem malorum, quot dij inultos habuerunt: nunc coaceruat bonorum, quorum integritatis dij nullam rationem habuerunt.

Duos Scipiones.) Scipiades duo fulmina belli. Verg. in 6. Sil. Belligeri mauortia pectora fratres. Eutrop. Ab Hasdrubale ambo Scipiones, qui per multos annos uictores fuerant, interficiuntur, exercitus tamen integer mansit. Casu enim magis quàm uirtute erant decepti. Quanquam apud Liu. lib. 6. Dec. 3. propè cum totis exercitibus intra 30. dierum spacium cæsi, anno 8. quàm in Hispaniam iuerant, legantur.

Cur Max. extulit filium.) Tu quidem ita, pro decoro. Sed Cato apud eũdem Ciceronem de Senectute, longe præclarius de hoc iudicat. Multa, inquit, præclara in eo uiro cognoui: sed nihil est admirabilius, quàm quomodo ille mortem M. filij tulit, clari uiri, & consularis. & quæ sequũtur. Nec Plutarchus, autor grauis, aliud in eius uita maiori laude celebrat, quàm hoc ipsum.

Cur Marcellum.) Historia extat apud Liuium lib. 7. Decadis tertiæ. Plutarchus in eius uita, & Val. lib. 5. cap. de Humanitate, liberalius de huius interitu pronunciant. & hostis crudelis humanius interfectum à se hostem, quàm tu, tractat.

Marcellum.) De hoc etiam ipse hostis, à quo interemptus est, præclarius, quàm tu mi Cotta, sensit: qui statim atq; comperit cecidisse, corpus splendidè atq; magnificè ornatum cremauit: deinde reliquijs argentea in urna conditis, coronam imponens auream, filio misit. Huius locupletißimi testes sunt, Plutarchus & Valerius Maximus.

Cur Paulum.) De huius interitu Polybius circa finem tertij, longè quàm tu magnificẽtius, pronunciat: ἐν ᾧ

λαιρῶ, inquit, καὶ λεύκι & ἀμίλι & περιπεσὼν βιαίοις πλη-
γαῖς ἐν χείρων νόμω μετήλλαξε τὸν βίον, ἀνὴρ πάντα τὰ δί-
καια τῇ πατρίδι μαχόμενος τὸν λοιπὸν βίον, ἢ μετὰ τ ἰσχατον μεσ-
ρὸν ἀ μάτις ἔτιρος ποιήσας. De Cannensi clade, præter a-
lios, scribit Silius lib. 9.

Cur Pœnorum crudelitati.) De hoc abunde in Officijs olim diximus.

Cur Africanum.) Varias de hac re sententias, re-
fert Appianus in primo ἐμφυλίων. Sine uulnere in lecto mortuus inuentus est. Vna opinionũ est, Corneliam Gracchorum matrem, ne filij lex dissolueretur, id machinatam fuisse, adiutante ad hoc eius filia, Scipionis uxore, quæ cũ marito malis gratijs cohabitabat. Altera, ipsum sibi mortis autorem fuisse, eo quòd desperarit promissa præstare. Alij putant, à quibusdam ex insidijs oppressum: id seruos in tormentis habitos protulisse. Sed quia hic autor in lingua sua uisus est paucis, locum interim transcribemus. ὧν
ὁ δῆμ & ἀπροώμεν & ἐδίδιεν, μίχρις ὁ σκιπίων ἐς πίρας πα-
ραβιμενος ἑαυτῷ δίκλον ἀς ἦν νυκὸς ἐμελλι γράψειν τὰ λοιπὰ
σόμενος ἐπὶ τῷ δήμῳ, νικρὸς αὐτ ἐφάμασος ἔτι λοιμυλίας αὐτῷ
ἐπὶ γράγχι μᾶλλὸν ἐπιβιμενος, ἵνα μὴ ὁ νόμος ὁ γράγχι λυθείη,
ἢ συλλαβ ὼν ἐς τοῦτο σιμπρωνίας τῆς βυγα ρὸς, ᾗ τῷ σκυ-
πίωνι γαμουμένην διὰ δυσμορφίαν ἢ ἀπαιδίαν οὐτ ἐπίγνα-
το, οὔτ ἔτιρον. ἀλ ὡς ἔνιοι δοκοῦσιν, ἑκὼν ἀπέθανι, σωιδὼν
ὅτι δυκ ἐσοιτο δικαί ὸς λατασχῶν, ὧν ὑπόσχοιτο. ἔσι δ ὁ βα-
σανιζομένους φασὶ θεράποντας ἀπᾶν, ὅτι αὐτὸν ξένοι ἀλ ὐπο
δεδόμου νυκ ὸς ἐπεισαχθέντες ἀποπνίξειαν. ἢ οἱ πυθόμενοι,
ὀργισθῆναι ἀξιοῦσι καῖν διὰ τὸν δῆμον ὀργιζόμενον ἔτι, καὶ τῷ θα-
νάτῳ σωπ δόμενον. σκιπίωνα μὲν δὴ τεθνύκει, καὶ δυδὲ δόμε-
σίκας ταφῆς ἠξιοῦτο, μάλισα δὲ τλιο ἠγιμονίαν ὠφέλησιν.

Sed hæc uetera.) Alia transitio ad recentiora.

Cur auunculus.) De Pub. Rutilij Rufi exilio, mentionem facit Valer. lib. 2, cap. de Grauiter dictis. Fuit autem ut Pater-

culus testatur, non seculi modò sui, sed omnis æui optimus, à M. Scauro repetundarum nomine maximo cũ ciuitatis gemitu uocatus, conspirantibus in eum publicanis, propterea quòd legatus C. Marij Procos. ab eorum iuris defenderat. Quanta iniquitate homo innocẽtissimus electus fuerit, quanta animi magnitudine tulerit exilium, cùm ex Valerio & Cicerone, tum ex plurimis scriptoribus alijs, cum tota ipsius uitæ historia, collegit diligentißime Bernardinus Rutilius in Catalogo Iurisconsultorum ueterum, item Zasius in legem 2. ff. de Orig. Iuris.

Domi suæ Drusus.) Consentiunt, Abbreuiator Liuij, Eutropius & Orosius. Autor de Viris illust. scribit eum, cum è Senatu se domum reciperet, immisso inter turbam percussore, corruisse: inuidiam cædis apud Philippũ & Cæpionem fuisse. Velleius Paterculus, qui in atrio domus suæ cultello percussum ait, causam addit, quòd ciuitatem Italiæ dare molitus sit. Non dissentit Appianus. de modo interitus scribit hic uerbis: ὧν ὁ δροῦσ & αὐδάμενός τι (insidias scilicet sibi paratas) καὶ οὐ θαμινὰ προιὼν, ἀλλ
ἐνδον ἐν περιπάτῳ βραχὺ φῶς ἔχοντι χρηματίζων ἀεὶ, καὶ πε-
ρὶ ἱσπέραν τὸ πλῆθ & ἀποπέμπων, ἐξεβόησεν ἄφνω πεπλῆχ-
θαι. καὶ λέγων ἔτι, καῖπεσεν. ὑρίθη δ', ἐς τ μηρὸν αὐτῷ σκυ-
τοτόμον μαχαίριον ἐμπεπηγμένον. Fuit hic Drusus Catonis Vticensis auunculus, Plutarcho & Valerio testib.

Ante ædem Vestæ.) Lucanus:

Te quoq; neglectum uiolatæ Scæuola dextræ
Ante ipsum penetrale deæ, semperq; calentes
Mactauere focos, &c. Secundum Appianum, in Senatu interfectus est. Velleius Paterculus, cũ alijs quibusdam, in curia Hostilia, à Damasippo Prætore trucidatum refert. Pete huius uitam ex eodem Bernardino Rutilio.

Principes à Cinna.) De Cinnæ crudelitate, Velleius Paterculus, Plut. cùm alibi, tum uerò maximè in Ma-

rij uita: Appian. lib. 1. Florus lib. 3. cap. 21. Liuij abbreuiator Ep. 80. Plin. de Viris illust. cap. 69.

At dedit pœnas.) Cinna siquidem ante Syllæ aduentum seditione orta, ab exercitu interemptus est: uir dignior, qui arbitrio uictorũ moreretur, quàm iracũdia militum. Q. Catulum.) Catulus Luctatius, qui Marij collega fuerat, & de Cimbris cum eo triumphũ egerat, postquam Marium pro se rogantibus respondisse comperit, mori oportere: inclusus domi, accensis carbonibus se suffocauit. Cum Plutarcho facit Florus. uariat Appianus paululum, sicut etiam Velleius Paterculus plusculum.

Septimum Cos.) Plin. de Viris illust. scribit, secundũ quosdam, uolũtaria morte Marium deceßisse. Velleius uerò Paterculus refert, Marium in priorum dedecus septimum inijsse consulatum, eiusq; initio morbo oppressum deceßisse. Plutarchus autẽ, Pisonis autoritate memorat, cum post cænam cum amicis deambulantem, in sermonem de rebus à se gestis uenisse, deq; utraq; fortuna disputantem dixisse, non sanæ mentis hominem esse, qui fortunæ se cõmitteret. οὐκ ἔστι νοῦν ἔχοντος ἀνδρὸς, ἔτι τῇ τύχῃ πιστεύειν ἑαυτὸν. Post hæc læto uultu appellatis præsentibus, cum per septem dies decubuisset, diem suum obijsse. Addit deinde aliam sententiam, eorum qui ferebãt, eius ambitionem in eo morbo omnino detectam, in absurdam uenisse demẽtiam, putasse nimirum se in bello Mithridatico Imperatorem esse, &c. Q. Varius.) Numeratur inter Oratores qualescũq;. Hybrida Valerius cognominatum ait. Hic locus unus ex ijs est, qui alijs lucẽ inferre cõmodior, quàm aliunde accipere poßit, præsertim seminario belli socialis. Nam superius paulũ miserè nos torsimus, de Drusi nece. Appianus uidetur hunc Valeriũ nominasse, si modo is est, qui Druso interfecto in Tribunatu successit.

Duodequadraginta Dionys.) De Dionysio patre hæc

hæc intelligenda sunt. Valer. lib. 9. cap. 14. indicat, quib. modis tot annorum dominationem peregerit. Meminit eiusdem temporis Cicero noster in 5. Tusc. Q. ait eum occupauisse dominatum, cum esset annorũ V. & XX. ibiq; bonam eius uitæ partem exequitur. quæ creditur ex Philisto transtuliste. Iustinus ait insidijs circumuentũ, filiumq; à principibus subrogatum fuisse.

Pisistratus.) Thucydides lib. 6. Pelop. Cum Pisistratus, inquit, senio in tyrannide deceßisset, non Hipparchus, ut pleriq; opinantur, sed Hippias, qui ætate maximus. Heraclides in Politijs: Pisistratus cum triginta tres annos regnasset, senio confectus obijt. Aristot. 5. Polit. prope finem, inter causas, quur tyranni diutius aliquãdo regnarint, potißimam citat, τὰς τοῦ βίου μετριότητας. Vbi de Pisistrato in hunc ferè modum scribit: Pisistratidarum apud Athenienses tyrannis minime continua fuit. bis enim tyrannide pulsus fuit Pisistratus. Itaq; ex annis triginta tribus, annos duntaxat septem & decem tyrannidem exercuit, filij uerò eius annis decem & octo: atque ita omnes simul fuerunt quinq; & triginta. cuius humanitas paßim commendatur à multis. alius ab hoc fuit Orchomenius ille, qui, ut Plutarchus in Parallelo sexagesimo refert, in senatu, sicut apud Romanos Romulus, discerptus fuit.

Phalaris.) φαλάριδος ἀρχὴ Græcorum prouerbio celebrata est. Meminerunt ænei tauri, præter alios, Plutarch. in Parall. Plin. lib. 34. cap. 8. Inuenit tamen & ipse suos defensores. Ioan. Tzetzes in Varia historia, Chil. 12. Hist. 411. δικαιότατον καὶ πάνσοφον nominat. & Chil. 5. hist. 31. longum huius encomium contexens, inter multa præclara, quæ de ipso cõmemorat, hoc maximè ad eleuandam truculentiæ opinionem idoneum putat, quod Pythagoras, homo alioquin δυσάρεστος, sex menses cũ eo fuerit.

Apollo-

Apollodorus.) Hic locus mihi multis nominibus uitiosus uidetur, ita ut sine præsenti emendati alicuius codicis remedio, curationem aggredi dubitẽ. Miror alios tam dißimulanter hàc prætergredi. Vide nunquid coniectandum sit de Hieronymo & Theod. quod exemplũ ex Liuio, Valer. & Seneca notum est.

Anaxarchus Democritium.) Laertius enumerat uarios, qui illi à uarijs aßignantur, præceptores, Diomenem Smyrnæũ, Metrodorum Chium, Democritum.

Cyprio.) Nicocreonte. Meminit huius idem Cicero in 2. Tusc. Q. Val. lib. 3. cap. de patiẽtia, Plin. lib. 7. cap. 23.

Zeno.) Vide eosdẽ propè, quos iam antè citauimus. Ea tamen, quæ ab ipsis referũtur, tam dißident, ut conciliandi labore, ad finem properans, facile supersedeam.

Socrate.) In Phædone, qui est de Immortalitate animæ, Xenoph. item de dictis et factis Socratis. Ex Phædone Cicero multa transtulit, præsertim in Catone Maiore, & pri. Tusc. Q. Atqui ô Cotta, plurima sunt in eo libro, quibus hæc tua opinio impugnari potest.

Harpalum.) De Harpalo Plut. in Phocione & Demosthene. Diod. in 17. Biblioth. In huius causa, si Plut. credimus, Domesthenes ἀργυράγχην passus est. Nam Critolaus apud Gell. dissentit.

Dionysius.) Valer. lib. 1. cap. de Neglecta religione. Arist. 2. Oeconomicorum. De hoc diximus apud Lactant. lib. 2. cap. 4.

Bonorum deorũ.) Apud Aristot. ἀγαθοῦ δαίμονος.

Laneum pallium.) Pellenicæ lænæ, Lazaro.

Victoriolas.) Victorias Valer. habet. Eæ sunt, ut ex Lact. colligimus, exuuiæ, et quædam parua sigilla. Victoriarum aurearũ meminit Quintil. lib. 9. cap. 2. ubi de metaphoris loquitur, quæ res asperas emolliunt. Et qui uictorias aureas in usum belli conflari uolebat, ita declinauit,

nauit, Victors utendũ esse Vt enim.) Ab analogia.

Herculi quisquam decumam.) Herculi siquidem decimæ uel decumanæ fiebant per dies decem, ut ab eruditis ex Varrone citatur.

Pythagoras.) Laertius Apollodorum huius historiæ autorem citat, Hecatombẽ eum immolasse. nec addit, Musis, an alijs. In geometriam quiddam.) ὅτι τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ, ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις. Addit hoc epigramma,

ἤνυκε πυθαγόρης τὸ περικλέες εὕρατο γράμμα,
ἐπεὶ ἐφ' ὅτῳ ἑκατὴν ἤγαγε βουθυσίην.

Ne Apollini.) Hoc Laert. ex Arist. citat. de Deliorum rep. Aram Apollinis Genitoris, quæ est post Ceratinum, tantum adorare solitum, eo quòd frumenta & hordeum & placentas illi absq; usu ignis imponi ex more soleant, cæterùm iecinora nulla. De hac ara Marsus ipse ex Macrobio. Nec uerò interim credẽdum est, Pythagoram prorsus ab esu carnium abstinuisse. Gell. lib. 4. cap. 11. citat Plutarch. qui hoc Aristot. autoritate affirmarit: ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλήφης, καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς πυθαγορικοὺς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. Deinde indicat, ἀκαλύφην animal marinũ esse, quod Vrtica appelletur.

Quamuis menti.) De hoc alibi dictum est.

Diagoras cum Samothraciam.) Laertius in Diogene memorat, non tamen dißimulat, ab alijs Diagoræ tribui. Sic apud Laertium hæc leguntur, θαυμάζοντος τινὸς τὰ ἐν σαμοθάκῃ ἀναθήματα, ἔφη. πολλῷ ἂν ἔτι πλείω, εἰ καὶ οἱ μὴ σωθέντες ἀνετίθεσαν.

ἄθεος.) De hoc apud Lact. cap. 9. de Ira Dei dictũ est.

Si pater aut auus.) At lex diuina uindicat in tertiam & quartam generationem.

Tantalidarum.) Posteri, inquit, tantum scelerum accumu-

accumulant, ut habeant abunde quur plectantur: tantum abest, ut aliquem parentum scelera luere æquum sit. Edocet hoc euidentißimo exemplo Tantalidarum, Pelopis, Atrei, Thyestis, Niobes: quorum sceleribus describendis utriusq; linguæ Tragici sunt occupati.

Mortē Myrtili.) Mercurij hic filius fuit, ex Phaethusa, siue ut alijs placet, ex Myrto Amazone, quem alij à Pelope propter fraudis precium, alij propter stupri appellationem in mare, quod ob hoc Myrtoum appellatur, præcipitatum fuisse tradunt. Homeri Comment. Iliad. 6.

Vtrum poetæ.) ἀντιμεταβολὴ. per dubitationem.

Hipponactis iambus.) Vide Prouerb. Hipponacteum præconiū. Isacius Tzetzes quasdam Lycophronis uoces Hipponacteas appellat.

Archilochi.) Horat. Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Ab huius mordacitate plura sunt nata prouerbia: Archilochia edicta, Archilochi patria, Archilochi melos, Archilochum teris. de utroq; consulenda est historia poetica Gyraldi.

Aegisthi libid.) Sicut pleraq; præcedentia, ita hæc etiam quæstionis de fato sunt. Causas urgens, fata negat.

A' Lycurgo.) Hoc ipse adeò Xenophon, imò scriptores uniuersi, qui de rebus Laconicis liberalem mentionem fecerunt, incolumitatē Lycurgo tribuūt, nuspiā Apollinis numini. Quanq; nesciā an alicubi Apollo Spartæ fauisse legatur. Hercules ibi cultus, et Dioscuri præsides huius memorantur. Est hoc argumentum sumptum à publicæ persuasionis testimonio: sicut etiam sequens de Hippocrate. Nā licet (iuxta Sorani, Galeni & Celsi testimoniū) Apollo medicinā inuenisse, amplificasse Æsculapius credatur, perfecisse tamen eam, & consummatā reddidisse Hippocrates dicitur. Corinthum.) Sic eam idē Cicero pro lege Manilia, totius Græciæ lumē appellat; Florus, Græciæ decus.

ciæ decus. Thucydides, citante Chrysost. ἀφνεῖον χωρίον, id est, regionem diuitē. Pindarus ode Olymp. 13. in qua huius laudem continet, ἰσθμίου πρόθυρον ποτειδᾶνος, id est, Isthmici Neptuni uestibulum. Pausanias etiam huius belligerendi Critolaū, Achiuorum Imperatorem electum, ait autorem extitisse: siquidem Achiuos, multosq; extra Pelloponnesum ad defectionē sollicitauit. Huius expugnationem etiam Cic. noster in primo Off. improbat, ubi nos de his plura. De Carthagine, cum Sallustio silere melius puto, quàm parum pro dignitate dicere. Reliqua ex Marso satis nota.

Hæc cum essent.) Hic apertè Cicero ostendit, cui parti ipse assentiatur. Lege de hoc Augustinum lib. 5. Ciuit. capite nono.

COMMENTARIORVM XYSTI BEtuleij in lib. Ciceronis de Nat. Deorum III,

FINIS.

CHRONOLOGIA

Eorum quæ uel in ipſis Ciceronis de Natura deorum libris, uel etiam Commentarijs hiſce adtinguntur. Quæ propterea adiecimus, ne temporum ratio nobis inter annotandum importunius obſtreperet: neúe interim candidus Lector hanc operam, quam in alijs præſtitimus, in his deſideraret.

ANNO AB VRBE CONDITA,

113 Naſcitur Thales Mileſius, ut ex Apollodoro Laert.

163 Pythagoras pugil primũ Olympiada uicit.

142 Pythagoras Veneris curſum primus inuenit. Plin. lib. 2. cap. 8.

176 Pherecides Syrus, Pythagoræ præceptor, Seruio Tullo regnante. Cic. in 1. Tuſc. Quæſt. Euſebio Olym. 60.

183 Moritur Thales, ſecundum Apollodorum.

206 Anaximander agit annum ſexageſimum quartum, & paulo pòſt obijt diem. Floruit maximè ſub Polycrate. Laer. ex Apollodoro. moritur Thales Mileſ. ut ex Soſicrate Laert.

214 Pythagoras Polycrate Samum occupante Crotonem profectus, quod apud Herod. lib. 3. 60. Olymp. fuit. Conſentit Laert.

220 Pythagoras, autoribus Cic. & Gellio, in magna Græcia, regnante Tarquinio Superbo, docuit.

225 Anaximenes naſcitur. Laert. Planè non conueniunt, quæ Euſeb. diuerſis locis.

228 Pythagoras, Euſebio, clarus eſt.

245 Pythagoras in Italia fuit, quum Brutus patriam liberauit. Cic. in præf. 4. Tuſc. Quæſt. Liuius in Numa.

249 Heraclitus Scotinus floret ſub Dario Hyſtaſpis. Suid. Diogenes Apolloniates floruit Anaxagoræ temporib. Laert. Floruit autem Anaxagoras, ut idem ex Apollodoro refert, 70. Olymp. Obijt Olymp. 78.

255 Caſtor & Pollux ad lacum Regillũ pugnare uiſi ſunt. Alij reijciunt in annum 258.

256 Pythagoras Euſebio moritur, poſt hunc Alcmæon, alius ab eo qui Euſebio Olymp. 30. floruit.

269 Pythagoras floret, Laert. Diagoras floret, Euſebio.

272 Xerxis naufragium. Anaxagoras philoſophari incipit, Gellio, 20. ætatis anno, ſub Xerxis tranſitum. Laert. anno 4. Olymp. 74.

285 Obijt Anaxagoras, Laert. ex Apollodoro.

281 Democritus, Thraſillo claret.

293 Democritus floret Apollodoro in Chronicis. Laert.

309 Protagoræ libri exurũtur. Euſeb. & Laert.

317 Democritus, teſte Gellio, Anaxagora 40. annis iunior, Euſebio 86. Olymp. floruit, ſynchronus Hippocratis, Empedoclis, Hippiæ, Gorgiæ, Prodici, Zenonis, Parmenidis. Hunc, Apollodoro teſte, Laertius ponit Olymp. 80.

317 Empedocles & Parmenides phyſici, Euſebio florent. Parmenidem Laert. in Olymp. 297, ὃ περὶ ἀποστὼ reijcit, ſed inſigni errore. Interpres habet 99. Gellius decẽuirorũ tẽpore 103. ponit, q̃ tẽpore Marſilio Plato natus eſt.

323 Sophocles, Euripides, Hippocrates, Democritus, nobiles, celebresq; Gellio.

352 Democritus

352 Democritus moritur, Euſebio.

325 Floret maximè Xenophon. Laert. non diſſentit Euſebius.

358 Diogenes Cynicus floret. Euſeb. quo florente, morbo perijt Antiſthenes. Laert.

369 Naſcitur Ariſtoteles, teſte Apollodoro apud Laert.

383 Ariſtoteles confert ſe ad Platonẽ. hoc tempore floret etiam Heraclides Ponticus.

393 Moritur Xenophon. Laert.

394 Dionyſij patris tyrannis.

400 Floret Plato. Gell.

409 Speuſippus Platoni ſuccedit. Euſeb. Laert. in ſuperiori Olympiade ponit.

410 Ariſtoteles concedit ad Philippum. Laert. Alexandro 15. annum agente.

415 Xenocrates ſuccedit Speuſippo. Euſeb.

417 Iuno Soſpita Lanuuinis cũ Romanis facta.

418 Ariſtoteles Athenas concedit. Laert.

429 Theophraſtus Ariſtoteli in ſchola ſuccedit. Quanquam alij aliter.

431 Ariſtoteles Chalcide moritur. Laert. Illi ſuccedit Theophraſtus, de quo Gellius lib. 13. cap. 5. Hoc etiam tempore Demoſthenes moritur. Laert.

433 Theodorus ἄθεος floret. Euſeb.

435 Theophraſtus agnoſcitur. Euſeb.

465 Strato Lampſacenus ſcholæ Peripateticæ præfici cœpit. Laert.

470 Epicurus celebris eſt. Gell.

470 Zeno Cittieus celebris eſt. Gell.

471 Bellum Pyrrhi.

473 Fabricius legatus incorruptus, T. Corun-

canus, Cos.

475 Fabricius Cos. medicum captum ad Pyrrhum remittit.

478 Simonides Hieronis Siculi tempore uixit, quod ex Xenophonte patet.

478 Mar. Curij Dentati Cos. continẽtia, & triumphus.

489 Bellum Punicum primum.

490 Zeno moritur, Euseb. succedit Cleanthes: floret etiam Aristo Chius.

493 Perseus floret, Zenone iã sene, teste Laert. sed non conuenit planè cum Eusebio iam citato. Floret Perseus Zenonis auditor, magistro iam sene. Laert. Duellius Cos.

495 Atilius Calatin. Cos.

498 Tit. Coruncanus Pontifex. Epit. 18.

502 L. Cæcilij Metelli. Cos. res gestæ in Sicilia.

504 Pub. Claudius Rom. cõtra auspicia malè gerens, cladem rebus Romanis magnam attulit. Item Iunius collega eius classem perdidit. Gellius hæc in sequentem annũ protendit.

511 C. Luctatius Catulus cõtra Carthaginẽses pugnat.

537 Flaminius Cos. uitio creatus, ad Thrasymenem infeliciter pugnat.

538 Paulus Aemilius apud Cannas interijt.

539 Marcelli Cos. res gestæ.

540 Q. Fab. Max. Cos. IIII. aduersus Carthaginenses,

543 Scipiones in Hispania cæsi.

544 Hoc ferè tempore Fab. Max. filium consularem extulit.

545 Chry-

545 Chrysippus, teste Apollodoro, moritur. Laert. & Suid. sequitur Diogenes Babylonius.

546 Claud. Marcellus ab hoste circumuentus, cæsus. Scipionis Africani Maioris triumphus.

573 Cæcilius Statius Comicus floret, Eusebio.

577 Tib. Sempron. Gracchus Cos.

585 Castor & Pollux Aemilio Paulo in capiendo Perseo adfuerunt.

586 Pauli Aemilij de Persa triumphus.

592 Pub. Scipio Nasica, C. Martius Figulus, Cos. uitio creati, se abdicarunt.

599 Diogenes Stoicus, Carneades Academicus, Critolaus Peripateticus, legati ad senatum Rom. fuerunt.

620 Sub hæc tempora Scipio Serapion pontifex fuit.

621 P. Mutius Scæuola pontifex. Cos.

624 Scipionis obitus.

625 Sol geminatus apparuit: unde Scipio sol alter extinctus.

631 Scæuola pontifex pro domo sua

650 Diodorum, quem domi cæcum ad obitum Cic. habuit, puer audiuit.

659 Quint. Mutius Scæuola pontifex, Cos.

663 M. Liuius Drusus, domi suæ interfectus.

666 Pub. Rutilij Ruffi exilium.

667 Cometæ horribiles Octauio Cos. interitum prædicunt.

668 Scæuolæ pontificis interitus.

676 His temporibus Cicero Antiochum audit Athenis. Plutarch.

CHRONOLOGIA.

667 Salluſtius Amiterni naſcitur. Euſeb. Crinit.
677 Poſsidonium audit Cicero.
695 Iulius & Cæſar Coſſ.

FINIS.

BASILEAE, PER IOANNEM
Oporinum, Anno Salutis humanæ,
M D L. Menſe Sep
tembri.

XYSTI BE

TVLEII AVGVSTANI IN M. T. Ciceronis Paradoxa Commentarij, nunc primum in lucem editi.

Cum locuplete rerum & uerborum Indice.

BASILEAE.

ORNATISSIMO IVVENI, D. BERNARDO BRANDO, clariſsimi uiri D. Theodori, apud inclytam Baſileam Conſulis optimè meriti F. amico ſuo chariſs. Xyſtus Betuleius Auguſtanus S.

DIV iam & multũ, BERNARDE ornatiſſime, circũſpicio, num qua ſe mihi offerat occaſio, qua me gratum oſtenderem parentis tui, uiri clariſſimi, beneuolentiæ, quam non modò tum, cum in urbe ueſtra iuuentutem literas docens, te puerum tenellum literis & moribus piis, pro modulo meo formarem, ſed interea ſæpe euidentiſſimis, nec uulgaribus ſignificationibus erga me declarauit. Hanc inquam ut meritò & amplector, & magnifacio: ita facere non poſſum, quin te eo amore proſequar, quo chariſſimos complecti ſoleo. Chariſſimi autẽ ſunt, qui meam in docendo fidem bene grati agnoſcunt. In quibus tu, mi Bernarde, nequaquam poſtremas tenes. Mini

mè, inquam, mihi obscurum est, quàm in huius tempestatis procellis, pro incolumitate mea solliciti fueritis, si quod me naufragium eij ceret, de me colligẽdo cogitantes. Non defuerunt uobis suffragatores, uiri cùm in Rep. tum in Academia primarij, qui benigniter me inuitabant, se curaturos, ut honestum apud uos locum habere possem. Ingratus essem, si tantam iuuandi promptitudinem nõ maximi facerem. Cum itaq; istius beneuolentiæ promerendæ nulla se alia occasio mihi offerret, ne interim ego uobis ingratus uiderer, uisum est hoc qualecunq; testandæ gratitudinis ceu symbolum aliquod, tibi nuncupatum in lucem emittere. Spero id tibi nõ ingratum futurum, quòd ab eo proficiscitur, qui te ut impendiò amat, sic uicissim à te honorificè colitur. Vale optimè, cum clarissimo tuo parente. Augusta Rhetica, mense Augusto, Anno 1550.

XYSTI BETVLEII AVGVSTANI IN M. T. CICERONIS *Paradoxa*, *Præfatio*.

INTER Ciceronis monumenta hoc unum est, quod Græco inscriptũ sit titulo: usqueadeò fuit, & tantus linguæ suæ assertor & uindex. Non dubito, quin titulũ fuisset mutaturus, si de huius Operis editione cogitasset unquã. Videmus enim Bruto ita esse dicatum, ne in apertum proferatur. Quur autem in lucem edi non magnopere curarit, causam esse arbitror, quòd delectationis potius hæc, & tentandi ingenij gratia scripsisse, quàm rem seriam instituisse uidetur, cum Academicus ipse à Stoicorum dogmate nonnihil abhorruerit. Nam & ex professo non in schola modò, sed in foro quoq;, illa Stoicorum Paradoxa impugnauit. Murænæ siquidem accusator Cato Stoicus fuit, cuius causam cum Tullius tueretur, ista Paradoxa non minori aggressus est contentione, quàm cum de Finibus, Academicas partes defendens, aduersus Catonem insurgit. Taceo quod in Academicis Quæstionibus illa ipsa Mirabilia taxando perstringit. Perstrinximus alicubi Ciceronem ueluti amphidexion. Sed in hoc Opere ipsum τὰ παράδοξα non aliter quàm ἄδοξα tractasse arbitramur, suũ cuiq; iudicium relinquentes integrum. Nescio an idem mecum crediderint, qui hodie aduersus Ciceronem pari studio scripserunt Αντιπαράδοξα (Vitum Amerbachium

chium nuncupo, & M. Antonium Maioragium, & si qui sunt alij, nescio) qui meo sanè iudicio, ingenij uim in argumento non periculoso experiri uoluerunt. Qnantum uterq; effecerit, doctorum censurę relinquere, quàm pronunciare malo. Progymnasmata quædã artis oratoriæ ueteres Sophistę suis auditoribus oratorię cãdidatis pręscribere solebant, in quibus erant loci cõmunes & ἀντιρρολογίαι. Quo in genere uetulos etiam in ætatis iam flexu lusisse uidemus: & ludunt hodia multi satis feliciter, nec sine rei literariæ bono. Hactenus præfati.

XYSTI

XYSTI BETVLEII AVGVSTANI IN M. T. CICERONIS PARADOXA COMMENTARIUM.

PARADOXA.) Sicut Pythagorici symbola quædam habuerũt, atq; aurea præcepta: sic Stoici παράδοξα sua dogmata nominarunt, quæ Cicero nõ uno loco admirabilia interpretatur, sicut etiam Græci θαυμαστὰ, & ἀπροσδόκητα, eo quòd sint opinione & expectatione maiora. Componitur enim uox ἀ παρὰ τὴ δοκέω, quod futurũ non modò regulariter format δοκήσω, sed etiã ἀνωμαλῶς δόξω, inde in indefinito primo ἔδοξα, & subducto augmento relinquitur δόξα, id est, existimatio. Stoicos, opinor, Epicuræi sunt imitati, qui sua dogmata ἡγεμίας δόξας appellare sunt ausi: titulo, ut Plinius inquit, propter quem uadimonium deseri posßit.

Ad M. Brutum.) Ad quem etiam Ciceronis liber Epistolarum de bello ciuili extat: cuius nomine Cicero clarorum oratorum Catalogum inscripsit, in quo Brutum & Atticum secum loquentes fecit: cui dicauit libros de Finibus bonorum & malorum, atq; de Natura Deorum. Brutus uicißim ad Ciceronem scripsit librum de Virtute, cuius de Finibus mentionem ipse Cicero facit.

Animaduerti.) Exordium ab occasione & imitatione. Obserua exemplum Senatore dignum.

Auunculum tuum.) Captatio beneuolentiæ à persona. Fuit autem non auunculus modò, uerùm etiam socer. Nam quemadmodum Seruiliam Catonis Vticensis sororem

rem matrem habuit, ſic Portiam eiuſdem Catonis filiam habuit coniugem. Ne deſint mihi huius rei teſtes, citabo Plutarchũ, apud quẽ in uita Cæſaris, cum Cæſar Brutos propter gentilem huius Bruti, primum libertatis Romanæ uindicem, tanquam ſeditioſos, & ſuis tyrannicis conatibus reſiſtentes, ingeminatis uocibus ceu turbulentos increparet, tantum effecit, ut ſe huic quoq; Bruto, tanquam alteri libertatis uindici, & tyrannidis oſori, ciues certatim iungerent. Inde inquã Plutarchus huius propinquitatis occaſionem arripuit, his uerbis. γένος μὲν ἐκεῖθεν εἶναι δοκοῦντα πρὸς πατέρων, καὶ μητρὸς δὲ ἀπὸ σερβιλίων οἰκίας ἑτέρας ἐπιφανοῦς, γαμβρὸν δὲ καὶ ἀδελφαιὼν κάτωνος. Idem Plutarch. in Bruto: σερβιλίας δὲ τῆς βρούτου μητρὸς ἀδελφὸς ἦν ὁ κάτων φιλόσοφος, ὃν μάλιστα ῥωμαίων ἐζήλωσεν οὗτος, θεῖον ὄντα, καὶ πενθερὸν ὕστερον γενόμενον. Sed quia Genealogiæ ad hiſtorias exactè intelligendas plurimũ adferunt momenti, Catonis genus ex A. Gellij noctibus, Plutarchi uitis, atq; adeò ex Ciceronis paßim monumentis, ab ipſis uſq; Scipionib. deductum, lectori exhibebo.

GENEA-



Cum ni

Cum in senatu sententiam diceret.) Cuius præclarum extat exemplum apud Sallustium, Oratio contra Catilinarios, aduersus Cæsaris sentẽtiam habita. Neq; in Senatu modò, sed etiam in militaribus orationibus, in locos philosophicos excursiones facere solitus fuit. Cuius rei clarißimum argumentum est, quòd apud Dyrrachium orationem ad milites habuit de libertate, de uirtute, de gloria, de contemnenda morte, quæ in philosophia didicerat, pro temporis cõmoditate disseruit & oratione ad deũ conuersa, militum, qui pro patria iam pugnaturi erant, animos ita accendit, ut iam summo decernẽdi desiderio pugnam poscerent. Hæc Plutarch.

Eo magis.) Grauius, difficilius. Amplificatio à professione.

Quia ea Philosophia.) Academica. Nam Cicero non tantum se debere scholis rhetorum, quantum Academiæ spacijs, frequenter ipse testatus est, præsertim in Oratore ad Brutũ hunc scripto. Nec Quintil. dubitat, Platonem præcipuũ philosophorũ esse, ex quibus plurimum se traxisse eloquẽtiæ M. Tullius cõfitetur. Ita Brutus etiam, ut de eo Cicero testatur, cùm in philosophia, tum in optimo philosophiæ genere multum processerat. Optimũ genus philosophiæ Academiam ueterem nominat, id quod Plutarchi testimonio certum fiet. scribit enim de eo, quòd audiuerit Græcos philosophos ferè omnes, nec ullius ipsorum disciplinæ uel expers uel ignarus fuerit: Platonicos tamen enixè coluerit, nouam & mediam Academiã missas faciens, ueteri se addixerit, atq; ob id Antiochum Ascalonitam ingenti admiratione obseruarit.

Cato perfectus Stoicus.) Hoc latere neminem potest, qui Ciceronis de Finibus libros diligenter euoluerit. Inducit enim se cum Catone de summo bono disputãtem: ibi ipse Academicas, ille Stoicas partes pro uirili uterq;

tuetur. Probantur in uulgus.) In uulgus probari, est populare, plausibileq; esse. Nã sic alibi: Sed tamen hoc euenit, ut in uulgus insipientium opinio ualeat honestatis. Alij dicunt etiam, Ad uulgus.

In ea est hæresi.) Hæresin uetustiores Theologi, ut Epiphanius, Hieronymus & Augustinus, capitalẽ faciũt, σχίσμα ueniale: infame utrunq; Christianis uocabulũ, sed illud grauius. Hæreseos uocabulum alij sectam, alij factionem, alij disciplinam interpretãtur: de quo apud Lactantium, nisi memoria me fallit, alicubi dixi. Cic. de Oratore 3. periphrasi honesta, familias inter se dißidentes dixit.

Florem orationis.) Hinc floridum dicendi genus, de quo Cicero in Oratore: Est, inquit, quoddam etiam insigne & florens orationis, pictum & expolitum genus, in quo omnes uerborum, omnes sententiarum illigantur lepôres: sed spretum à subtilibus, repulsum à grauibus. Plutarchus hoc genus poetæ frequens affirmans, sic describit: τὸ ἀνθηρὸν εἶδος τῶν λόγων ἔστιν κάλλος ἔχον, καὶ χάριν ἐς τὸ τέρπειν καὶ ᾔδειν, ὥσπερ ἄνθος. Stoicos autem eloquentiæ nihil operæ impendisse, Quintilianus lib. 10. docet his uerbis: Minus indulsere eloquentiæ Stoici ueteres, sed cùm honesta suaserunt, tum in colligendo probandoq; quæ instituerant, plurimum ualuerunt: rebus tamen acuti, magisq;, id quod sanè non affectarunt, oratione magnifica. Item lib. 12. Stoici, sicut copiã nitoremq; eloquentiæ ferè præceptoribus (uide num Præceptis rectius legas) suis defuisse concedant necesse est, ita nullos aut probare acrius, aut concludere subtilius contendunt. Cato tamen præter Stoicorum morem eloquens, (teste Fabio) senator fuit. Eloquentiæ siquidem ea de causa operam dedit, ut philosophiæ præceptis, aliquid roboris neruorũq; in agendo consultandoq; adiungeret. Verba Plut. sunt: ἤσκει δὲ καὶ τὸν ὀργανικὸν εἰς πλήθη λόγον, ἀξιῶν ὥσπερ ἐν πόλει μεγάλῃ

μεγάλῃ τῇ πολιτικῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ μάχιμον εἶναί τι παρατρεφόμενον. Vide num εἰς πλήθη idem sit, quod suprà, in uulgus. Minutis interrogatiunculis.) Laertius de Chrysippi captionibus uerba faciens, interrogatiunculis usum scribit, τινὰς ἠρώτα λόγους.

Quasi punctis.) Sic terminos Syllogismorũ nominare uidetur uerius, quàm Gryphos, Scyrpos, seu κυρτοὺς et laqueos. Metaphora à Geometris ducta, qui pũcta σημεῖα nominant, partes uidelicet, ex quib. lineæ conficiuntur minutißimæ. Sic de Orat. 2. puncta argumentorũ occulere dixit: & in eodẽ, Stoicorũ spinas, siue (ut in Academicis quæst. nominat) dumeta notat, ipsos de suis acuminib. cõpungere dixit, quo loco Antonius præclarè de discrimine orationis popularis & dialectici dicẽdi generis disserit. Quod proposuit.) Propositionẽ. sic etiã uocat conclusionem, quæ in Syllogismo Rhet. propositio est.

Sed nihil.) Amplificatio à laude eloquentiæ: qua fretus, hæc Stoicorũ dogmata uulgò probabilia reddere conatur. Nullis oratorijs.) Quæ superius de Catonis eloquentia notauimus, faciunt, ut Camerarij censuræ, & lectioni Venetæ libẽtius astipuler, & Nullis expungam.

Quæ uix in gymnasijs.) His uerbis indicat, quædam Stoicorum dogmata esse, uel à cõmuni consensu non abhorrentia, uel omnino cõsona. deinde τὰ παράδοξα, quæ cum omnium opinione pugnant, & ad hoc ut in uulgus probentur, maiori eloquentiæ ui opus habent.

In locos cõmunes.) Mosellanus quoq; in Progymnasmatis affirmat, tot esse locorum communium exempla, quot sunt in hoc libello capita. Non arbitror opus, ut Loci communis definitiones huc ex Aphthonio, Hermogene, seu Theone proferam.

Paradoxa appellãtur.) Quint. li. 4. ca. de exordio: Genera (inquit) causarum plurimi quinq; fecerunt, honestum,

ſtum, humile, dubium uel anceps, admirabile, obſcurum: ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Sunt quibus rectè uideatur adyci turpe, quod alij humili, alij admirabili ſubijciunt. Admirabile autem uocant, quod eſt præter opinionem hominum conſtitutum. In ancipiti maximè beneuolum iudicem, in obſcuro docilem, in humili attentum parare debemus. Nam honeſtum quidem ad cõciliationem ſatis per ſe ualet. In admirabili & turpi remedijs opus eſt. Et ob id Exordiũ diuidit in principium & inſinuationem. Qui locus totus deſumptus uidetur ex Ciceronis Rhetoricis, ubi de exordio agit. Neq; abs re eſt quod hæc annotaui. Nam erit fortaſsis qui dicat, hic θέσεις tractari, & locos communes, ſeu quæſtiones generales, non cauſas. Atqui his reſpondebo eiuſdem Quint. uerbis, quibus docet parum referre, an quis in genere in uitia inuehatur, quod τῶν ἀντιλογίας eſt proprium, an certam aliquam perſonam perſtringat. Nam quid intereſt, inquit, Cato Martiam honeſtène tradiderit Hortenſio, an conueniat' ne res talis bono uiro? de perſonis iudicatur, ſed de rebus contenditur. Nam ſicut Rhetorum præceptum eſt, ſæpe hypotheſim ad theſeis transferendas eſſe: ſic in theſibus ſæpe perſonæ, ut in his etiam Paradoxis nuncupatim uel laudãtur, ut Regulus: uel uituperantur, ut Craſſus.

Socratica.) Ad hæc reſpondet Maioragius. Cicero tamen in 3. de Orat. docet, philoſophos olim omnes Socraticos ſe dici uoluiſſe, licet Socrates literam reliquiſſet nullam, Platonem tamen uarios ipſius ſermones immortalitati ſcriptis ſuis tradidiſſe. Hincq; diſſidium illud extitiſſe, quaſi linguæ & cordis: atq; hinc philoſophorum inter ſe diſſidentium familias fuiſſe proſeminatas.

Accipies igitur.) Epilogus continet dicationis occaſiones.

His iam contractioribus noctibus.) Æſtiuis uidelicet.

uidelicet. Hoc modo commendantur lucernæ Demoſthenis, Cleanthis, Ariſtophanis Grammatici, Epicteti. Hinc præclaræ illæ Auli Gellij noctes Atticæ, ſtudioſam iuuentutem ad nocturnas lucubrationes inuitare meritò debẽt.

θέσεις.) Quint. lib. 10. cap. 5. In hoc optimè faciẽt infinitæ quæſtiones, quas uocari θέσεις diximus, quib. Cicero iam princeps in Rep. exerceri ſolebat. Sed quid opus eſt alienis teſtibus? Ipſe hoc ad Atticum ſcribens lib. 9. non teſtatur modò, ſed etiã exemplo, & eo Græco, cõprobat. Sic inquam ad Atticũ ſcribit: Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, ſumpſi mihi tanquam theſeis, quæ & politicæ ſunt, & temporum horum, ut & abducam animum à querelis, & in eo ipſo, de quo agitur, exercear. deinde ſubijcit exemplũ de Tyrannide. Cum his itaq; progymnaſmatis hæc quoq; Paradoxa nominanda ſunt.

Minerua Phidiç.) Prouerbiale quiddã redolet. Ariſtot. de Mundo, de Phidiæ Minerua, interprete Budæo, ſic ſcribit: Fama eſt etiam Phidiam illum ſtatuariũ, cum Mineruam illam, quæ eſt in Arce, coagmentarent, in medio eius ſcuto faciẽ ſuã expreſsiſſe, oculosq; fallenti artificio ita deuinxiſſe ſimulacro, eximereinde ut ipſam ſi quis cuperet, minimè poſſet aliter quidẽ certe, quam ut ipſum ſolueret ſimulacrum, opusq; eiuſmodi compactile confunderet. huius meminit etiã Cic. in. 1. Tuſcul. Quæſt. Hanc Mineruam ὑγείαν Plut. in Pericle cognominat. Celebrantur à Plinio & Pauſania etiam aliæ Mineruæ, quas Phidias fecit: præ cæteris uerò, quæ in Parthenone templo poſita fuit. Thucydides lib. 2. ſcribit aurum exoctum, quo Dea fuit circumdata, quadraginta pondo talentorum habuiſſe, & bis centena millia. & 608. millia, & 800. coronatorum.

IN PARADOXON PRIMVM.

ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν.

Quod honestum sit, id solum bonum esse.

Mirari rudis lector posset, quur'nam Cicero in hoc opusculo singulis capitibus Græcos præfigat titulos, tantus nimirum linguæ Romanæ uindex. Respondeo, non capitum hic esse inscriptiones, seu titulos, sed declamationum themata, ex sacrosanctis Stoicorum adytis deprompta. Huius autem hæreseos, (ut cæterarum quoque) conditores Græci potißimum fuerunt, quorum dogmata, Paradoxa præsertim, ueluti leges tabulis æneis insculptæ, solennia, & uerbis conceptis scripta, certitudine quadam firmata, ad posteros transmitterentur. Certiora uerò sunt, quibus intelligendis interpretum opera non indigemus: qui ut sæpe mirabiliter uariant, ita plurimas in disputando amphibologias & logomachias pariunt: sicut in hoc ipso τοῦ καλοῦ uocabulo, quod tam ex Platone, quàm alijs, plerique pulchrum interpretantur, Cicero noster, & hi quibus Ciceroniana lectio familiarior est, semper honestum: apud quos pulchri uox: hac saltem significatione haud facile inuenitur. τὸ δὲ καλὸν, ἀπὸ τοῦ καλεῖν Proclo deducitur, eo quòd sua pulchritudine hominũ contuentiũ mentes permulcet, atq; in sui admirationem excitat, & ad sui amorem inuitat. Quamobrem, opinor, hoc Stoicis etiam ἐπικοσμοῦν appellatur, quòd hominẽ ueris ornamentis exornat solum. Cic. in Rhetoricis honestum nominat, quod aut totum, aut ex parte propter se expetitur. Stoicis uerò τὸ καλὸν λέγεται μοναχῶς μὲν, τὸ ἐπαινετοὺς παρεχόμενον τοὺς ἔχοντας ἀγαθὸν

γαθὸν ἐπαίνου ἄξον. Huius formæ sunt quatuor illi fontes, unde Cicero noster omnia officiorum genera deducit, prudentia nimirum, iusticia, fortitudo, & temperantia: quas Stoici his nominibus recensent, numero nonnihil immutato, δίκαιον, ἀνδρεῖον, κόσμιον, ἐπιστημονικὸν. Quibus opponunt contraria, τό τε ἄδικον, καὶ τὸ δειλὸν, καὶ ἄκοσμον, καὶ ἄφρον. Cicero noster alibi hoc paradoxon ad Zenonem autorem refert, Laertius ad Hecatonẽ & Chrysippum. Adscribam Laertij uerba, negotium fusius declarantia: λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι, καθά φησιν ἑκάτων ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ἀγαθῶν, καὶ χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ καλοῦ. εἶναι δὲ τοῦτο ἀρετὴν, καὶ τὸ μετέχον ἀρετῆς, ᾧ ἔστιν ἴσον, τὸ πᾶν ἀγαθὸν, καλὸν εἶναι. καὶ τὸ ἰσοδυναμοῦν τῷ καλῷ, τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τούτῳ. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἀγαθὸν, καλόν ἐστι. ἔστι δὲ καλὸν, ἀγαθὸν ἄρα ἐστί.

Vereor ne cui uestrûm ex Stoicorum hominum disputationib. &c.) Superius ex Cic. & Fabio didicimus, Admirabilium exordia remedijs opus habere, atque ob id diuisum esse, in principium & insinuationem. Vtitur igitur insinuatione: Suspicionem itaq; uitaturus, per cuniculos in causam surrepit. Inuitat auditoris beneuolentiam autoritate sua, & breuitatis pollicitatione.

Nunquam mehercle ego neq; pecunias istorum, &c.) Non proponit suã sententiam, sed eleuat aduersariorum res fortuitas, præter meritum bona nominantium.

Ista.) Cum contemptu. ἔστι δὲ ἡ τῶν φησάντων διαβολὴ, ἅμα δὲ ἡ καὶ τοῦ πράγματος ἔκθεσις. Interea siquidem, dum Peripateticis & Epicureis litem intendit, suspectam eorum causam reddere satagit. Commodissima istam ad rem occasio est, auaritia. Perstringit autem tacitè Crassum,

ſum, in cuius ſordes inferius inuehitur, nomine minimè diſſimulato.

Expetendis.) *In rebus expetendis ducere, eſt,* ἐν αἰρετοῖς ὑπολαβεῖν. *Res expetendæ diuiduntur à Rhetoribus in honeſtum, Stoicis ſolum per ſe expetendum: & utile, id eſt, corporis & fortunæ bona, propter aliud. Sed Peripatetici etiã corporis bona propter ſe expetenda cenſent, ut eſt in 5. de Finibus libro.*

Et ea tamen deſiderare maximè.) *Id quod nobis Tantali fabula adumbrat, & ob hoc Auaritia confertur hydropiſi. Horatius:*

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit uenis, & aquoſus albo
Corpore languor.

Ex Diogenis opinor hoc natum eſt doctrina. οὕτω γὰρ τοὺς φυλαργύρους τοῖς ὑδροπικοῖς ὁμοίωσε. ἐπέκεινα μὲν γὰρ πλήρεις ὕδατος, ἀργυρίου ἐπιθυμοῦν πλέονες, τοσοῦτοι δὲ ὕδατος ἀμφορεῖς δεῖ πρὸς ἴαμα.

Libidine.) *Etiam hoc* παράδοξον *quodammodo eſt: libidinem ſiquidem ſimul & unà in eodem eſſe ſubiecto. fit tamen hoc diuerſis reſpectibus, quemadmodum dicimus aliquem inter metum ſpemq; conſiſtere.*

Pecuniæ membra.) *Formas numiſmatum, uel potius rerum corporalium poſſeſſiones. Pecuniæ ſiquidem uocabulum apud Iureconſultos latius patet, ut quod à pecore bonis autoribus deducitur. Hic regnat ὑ παπάνωσις.*

Solo uerbo bona.) *Bonorum nomen pro facultatibus ita uſitatum eſt, ut in Iure Ciuili uix quicquam inuenias tritius. id comprobant tituli de bonorum poſſeſſione: & uſq; adeò tu quoq; Cicero, cùm alibi ſæpe, tum uerò maximè, quando perſonã Iureconſulti ſuſtines. Vnde illud quæſo in Topicis exemplum: Mulier, cui uir bonorum poſſeſſionem legauit, &c? Vſurpant hoc nomen Sacræ quoq; literæ. Sic enim Diues apud Lucam dicit:* ψυχὴ, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κεῖμενα εἰς ἔτη πολλά. *niſi pro decoro perſonæ hoc dictum putaueris. Eſt tamẽ rurſus apud eundem:* μνήσθητι, ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου, *Sed quid miſceo ſacra prophanis? Alcinous teſtatur, ipſum Platonẽ hæc bona nominaſſe, ſed Bona mortalia. Inualuit itaq; in rebus mortalibus Peripateticorum loquendi ratio, ex uulgi nimirum errore: quem poſtquam ſemel obtinuit, philoſophi deinceps emendare nequicquam fuerunt conati, tot uidelicet opinionibus inter ſe diſſentiẽtes, nec ſibi ipſis per omnia conſtantes. Suggillat autem perſonatus Stoicus Peripeticorum diuiſionem, qui bona in tria genera diuidunt: ut alia bona ſint animi, alia corporis, alia fortunæ: quæ diuiſio apud Peripateticorum principem extat libro Ethicorum primo.*

ἀγαθὰ τριχῶς νενιμημένα, λεγόμενα
- ἐκτὸς, οἷον οἱ φίλοι, καὶ ἡ τῆς πατρίδος εὐδαιμονία, καὶ ὁ πλοῦτος.
- περὶ
  - ψυχὴν, τὰ λυσιτελέστατα, καὶ μάλιστα ἀγαθά. οἷον ἡ μὲν δικαιοσύνη, καὶ ἡ φρόνησις, καὶ ἡ εὐδοξία, καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ τὰ τοιαῦτα.
  - σῶμα, οἷον τὸ μὴ κάλλος, καὶ ἡ εὐεξία, καὶ ἡ ὑγεία, καὶ ἡ ἰσχύς.

Et Ariſtoteles quidem hãc diæreſin ad Platonem autorem, ſi Laertio credimus, refert. Alia bonorum diuiſio eſt apud Stoicos. Appingam & ipſam ex melioris notæ autoribus, Cicerone nimirum, A. Gellio, & Diog. Laertio: miſſam interea faciens eam quæ à Stoicis ex diametro Peripateticis opponitur, qua diuidunt τὰ ἀγαθὰ εἰς τὰ κεῖσε ψυχὴν, καὶ εἰς τὰ ἐντὸς, καὶ εἰς τὰ οὐδὲτερα ψυχὴν, οὐδὲ ἐντὸς: *ſed generaliorem, qua res uniuerſæ in bona, mala, & indifferentia diuiduntur.*



Hanc curiosam nominũ excogitationẽ ac litẽ Carneades, honorarius (ut eum Cic. nominat) arbiter, cõponere inter Peripateticos & Stoicos conatus, nominib. quàm re magis inter ipsos discordiam esse dixit: quam cõtentionem in hoc Paradoxo noster Tullius instaurat.

Potest'ne bonum.) A' Contrarijs.

In abundantia bonorum.) A' coniugatis, per traductionem. Et obsint.) A' differentibus, argumẽtatio

tatio ex media Stoicorũ disciplina deprompta. Quãquam interim hæc ratio, quã ut ueram tantopere prædicat, parũ sibi constat. Nam si pecuniæ ἀδιάφορα sunt, et perinde (ut Terentianis utar uerbis) ut illius animus qui ea possidet: animo probi utiq; erunt εὐχρηστύμαστα, quæ ipse Commoda interpretatur. Nam δυσχρηστύμαστα in uiro sapiente locum non habent, & multo magis βλάμματα sunt: sed manent semper rectè utentibus ὠφελύμαστα.

Nec non sæpe.) Probat exemplo Biantis, opes in bonis habendas non esse: sed eo tamen nequicquam probat, eas nocere probis.

Sapientem illum Biantem.) Apud Plutarchum, Laertium, Stobæum, uaria leguntur Biantis Apophthegmata, & responsa: sed hoc apud solum Valerium Maximum inuenio: cuius uerba, quia negotio huic plurimum lucis adferunt, non grauabor adscribere. Bias, cum patriam eius Prienen hostes inuasissent, omnibus, quos modò sæuitia belli incolumes abire passa fuerat, preciosarum rerum pondere onustis fugientibus: interrogatus, Quid ita nihil ex bonis suis secum ferret? Ego, inquit, uerò bona mea mecum porto. Pectore enim illa gestabat, non humeris: non oculis uisenda, sed æstimanda animo: quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt: & ut manentibus præstò sunt, ita fugientes non deserũt. Cæterùm quod ad historiam adtinet, constat ex Laertio, Prienen, πριήνην, Ioniæ urbem, Thebarũ coloniam fuisse. constat ex Strabone, hanc ab Ægypto Nelei filio, conditam esse, & postea à Philota Thebano coloniam eò ductam, atq; ab eo etiam Cadmen fuisse dictam. Constat ex eodem, hanc, cum prius maritima fuerit, alluuione limi, cõtinenti iunctã esse, ad stadia CCL. Constat ex eodem, quod Prienenses ab Helice originem traxerint. Constat ex Herodoto, Ardyn Gygis V. Lydorum

rum regis filium, πειλώτας (sic enim nominat) expugnasse. Fuit is Tulli Hostilij synchronos, Olympiade 29. Constat rursus ex Laertio, eandē ab Aliatte Ardyis filio VIII. Lydorū rege bellis, cum hic Bias floreret, esse afflictam, quæ facta sunt Tarquiniorum temporib. Constat ex Thucydide, eam bello Euboico etiam esse afflictam.

Ludibria fortunę.) Sic Budæus de Contemptu rerum fortuitarum, opes, fortunæ ludificationes nominat, eleganti sanè prosopopœia.

Quid est igitur.) Expositio boni, à coniugatis. Sūt qui putant, Bonum & honestum αὐτιστρέφουσα omnino esse. Seneca tamē Epist. 118. hoc differre dicit, quod honestum per se bonum sit, bonum uerò ex honesto fluere, & quod bonum est, malum esse potuisse: quod uerò honestum est, nisi bonum esse non potuisse. & probat exemplis: Res adiaphoras, si rectè & honestè fiant, bonas esse. quibus uerbis hunc locum pulchrè explicat, quid sit rectè & honestè fieri.

Quod rectū, honestū, & cū uirtute est.) Quid hæc inter se differant, tum fortassis clarius fiet, si in cōspectum ea proferemus, quæ Rhteores de Rebus expetendis in genere deliberatiuo tradiderunt. Autor Rhetorices ad Herennium, Honestum diuidit in Rectum & Laudabile. Rectū definit id esse, quod cū uirtute et officio fit: & hoc diuidit in quatuor fontes officiorum. Cæterùm, quando hic Laudabilis nulla fit mentio, in medio suspensum relinquemus.

Rectè fit.) Inde recte facta Stoici κατορθώματα nominant, quæ omnibus numeris sunt absoluta, & crescendi ascensionem nullam habent. Vt Cic. in 3. de Finib. docet, in Officialib. libris perfectum uocat officium. Aristoteles autem in 5. Moralium δικαιοπράγημα sinuosiore significatione nominat, recte illud iusteq; factum, quàm est

est δικαίωμα, quod correctionem τοῦ ἀδικήματος & facit.

Obscuriora.) παραδάγματα γὰ σαφηνείας ποιεῖται τὴν τέχνην. Hermog.

Vita atq; factis.) Posset hic quis Ciceronem notare compositionis. Inueniuntur enim huiusmodi reprehensores Lactantij. Deinde obseruato, hac autoritate, hocq; exemplo probari posse, nomen uitæ, singularis duntaxat numeri esse. alioqui Cicero potuisset pari ratione dicere, uitis atq; factis.

Verbis subtilius.) More Stoicorum.

Præclarè fundatam.) legibus atq; institutis. Hæc enim fundamenta Reip. bene constitutæ sunt.

Romulus ascendit.) Tusc. Quæst. primo, huiusmodi exemplis probat immortalitatem animorum. Citatur hic Ennij uersus: Romulus in cœlo cum dijs agit æuū. Nascitur hoc ex opinione, quæ Iulij Proculi iusiurandum sequuta fuit: nempe, quòd cum orta subita tempestate non comparuisset, ad deos transisse creditus est. Obseruent pueri inductionem crebris interrogationibus uiuam & spirantem. Assurgit enim ad declamatoriam sublimitatem, præter Stoicorum disputandi rationem.

Numa Pompilius.) Frugalitas Numæ Pompilij, qua tam domi quàm in sacris usus fuit. celebratur etiam à Plutarcho, & Plinio: sicut Romuli publicè priuatimq; Dionysius, atq; apud Gell. Piso posteritati commendarūt. Non opus esse duco, historiarum concordantias colligere, partim quia notissimæ sunt, partim quia in superioribus libris sæpe istarum mentio facta sit. Cæterùm in libro Cic. de Legibus secundo, lex est, quæ opes à sacris remouere iubet. Sicut etiam Plato in 12. de Leg. luxum simulacrorum improbat. & miratur Persius, in sacro quid faciat aurum? Nam olim, ut est apud Ouid. in Fastis, in Iouis dextra fictile fulmen erat. De hoc nobis dictum est

apud

apud Lactantium, libro secundo, capite quarto.

Capedines.) Frugale hoc uasis genus, à Numa sacris adhibitum fuisse, alius Ciceronis locus ex 3. de Nat. deorum declarat. Verba sunt: Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus, iure pontificio, & more maiorum, capedunculis, quas Numa nobis reliquit, &c.

Quàm delicatas.) Apud Plutarchũ Antonio aureæ pateræ probri loco obiiciũtur. Cæterũ Camerarius et Victorius, uetustas sequuti lectiones, Filicatas legunt. Lazarus Bayfius in Tit. de Auro & argento legato, quam tractationem de Vasculis inscripsit, Deliacas hoc loco legit. & huic lectioni astipulor: & ut eius lectionem facilius sequar, faciunt ea, quæ paulo pòst de Deliaca supellectile scribit.

Eiusdem consilij socios.) Sp. Lucretium, P. Valerium Tricipitinum, Collatinum, & alios. Hæc tria priora exempla extant apud Liu. libro secundo primæ Dec. Dionys. libro quinto Antiquit. Plutarchum in uita Valerij Publicolæ, Valerium Maximũ de Bruto libro quinto, capite De pietate erga patriã. De Scæuola, lib. tertio, capite de Patientia. De Horatio Coclite, libro tertio, capite de Fortitudine.

Decium.) De Decijs Liuius lib. 8. ab V. Cond. Valerius Maximus lib. 5. cap. 6.

C. Fabricij.) De hoc Plutarchus in Pyrrho, Valerius libro quarto, capite de Paupertate, Gellius lib. 1. cap. quarto, Plinius lib. 33. cap. 12.

Curij.) Valerius ibidem. Plinius libro decimo octauo, capite 3. & lib. 19. cap. 5. Columella lib. 1. in præfat. & cap. 3. Plutarchus in Apophth.

Duo propug.) Vergilius in 6. — Scipiades duo
fulmina belli. Silius Italicus,
Belligeri mauortia pectora fratres.

Intelligit

Intelligit enim Cn. & Pub. qui postquam res egregias

GENEALOGIA SCIPIONVM



Nam

intelligit enim Cn. & Pub. qui postquam res egregias in Hispania gesserunt, incautiores tandem cum exercitibus interierunt, anno 8. quàm in Hispaniam iuerant. Anno ab V. C. 543. Historia scripta est apud Liuium Decade tertia, quinq; prioribus libris.

Quid Africanus.) Scipiones Affricanos nemo ignorat. Sed hic locus requirere uidetur, ut hic Scipionũ, sicut supra Catonum genealogiam appingam: quãquam antiquiores quosdam ex rebus quidem gestis præclaros, nõ facile connectere licebit. Apud Liuium libro nono ab Vrb. Cond. Pub. Cor. Scipio Aruina Cos. & dictator celebratur, anno 448. Item lib. 10. L. Cor. Scipio Cos. item L. Scipio prorætor ab hostibus circumuentus. Item Cn. Cor. Scipio Asina Cos. per fraudem captus. Item L. Scipio Cos. qui feliciter in Sardinia pugnauit. Item C. Cor. Scipio. Quis ex istis, eorum qui in Hispanijs interierunt, pater fuerit, non satis constat. Aqui ex hac pictura perspicuum fit, quomodo Cato Censorius in utrumq; Scipionem fuerit interiectus.

SEQVITVR GENEALOGIA Scipionum.

Nam domest.) *Nulla enim Resp. bonis exemplis ditior fuit. Liu. in præfat. pri. decadis.*

Nisi quod laudabile esset.) *Cic. in Officijs: Honestum quòd uerè dicimus, etiamsi à nullo laudetur, laudabile est natura.*

Corinthijs operibus.) *Æs Corinthium Verg. Geor. 2. Ephyræa æra appellat. Nam Ephyre, inquit Seruius, Corinthus est. Hoc æs ex S.C. deleta à L. Mummio (de quo in Officijs dictum est) Corintho, factum & conflatum est. Nam æris notam præciosiorem, ipsa opulentissimæ urbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulacris, æris, auri, argentiq; uenæ in commune fluxere. Æs Corinthium, Deliacum, & Ægineticum, cùm ex multis scriptoribus, tum maximè ex Plinio nota sunt, lib. 34. cap. 2. Legendus omnino tibi Lazarus in libro de Vasculis est.*

Quę modò huc, modò illuc.) *τὰ ἀδιάφορα.*

Atq; hęc quidem.) *Respondet sibi ipsi. Non uideo quur non antiqua lectio salua esse possit, quæ legit: Atq; hi quidem.* **Illud tamen.)** *Sequentia contra Epicuræos maximè sunt dicta.* **Quę quidē nomine uox pecudū.)** *De hoc nobis alicubi apud Lactātiū dictū est.*

Siue mater natura.) *Quam tamen ceu nouercam multi insimulant, de quo etiā nobis tam apud Lact. quàm alibi dictum est: præsertim de Opificio Dei.*

Quicquam ne bonum.) *Ab effectu.*

Quid autem.) *Minor amplificata.*

Atqui si.) *Complexio.*

IN PARADOXON II.

ὅτι αὐταρκὴς, ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

ὅτι αὐταρκὴς.) *Sufficientem uulgo interpretantur: καὶ τὴν αὐτάρκειν, Sufficientiam, quam tamen uocem latina puritas*

puritas respuit. Hæc in Platonicis definitionibus sic finitur: αὐτάρκεια ἕξις, καθ' ἣν οἱ ἔχοντες αὐτοὶ αὐτῶν ἄρχουσιν. *Est quidem hæc Zenonis, Chrysippi & Hecatonis sententia. Laertius:* μόνον τὸ καλὸν εἰδότες ἀγαθὸν, αὐτάρκη τε εἶναι αὐτὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, καθά φησι ζήνων, καὶ χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀρετῶν, καὶ ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀγαθῶν. *Id probare conantur argumentis ex partibus ad totum ductis:* εἰ γάρ, φησιν, αὐτάρκης ἐστὶν ἡ μεγαλοψυχία πρὸς τὸ πάντων ὑπεράνω ποιεῖν, ἔστι δὲ μέρος ἀρετῆς αὐτάρκης, ἔστι καὶ ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, καταφρονοῦσα καὶ τῶν δοκούντων ὀχληρῶν. *Nec tamen omnium Stoicorū est hæc sententia. Panætius enim & Posidonius dissentiunt. Sic apud Laertiū sequitur:* ὁ μέντοι παναίτιος, καὶ ποσειδώνιος, οὐκ αὐτάρκη λέγουσι τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ χρείαν εἶναι φασὶ καὶ ὑγείας καὶ ἰσχύος. *Nec Stoici tantum ita sentiunt: nam Academicis quoq; hoc placuit. Cic. siquidem ipse in 5. Tusculanarum, hoc* ἀξίωμα *contra Atticū defendit: & Bruto, cui Cicero hæc dicauit, placuit in eo libro, quem de uirtutib. ad Ciceronē scripsit. Cic. lib. 6. Epist. Bene sentire, inquit, & rectè facere, satis est ad bene beateq; uiuendū. Plato porrò multas in hunc sensum habet sententias, sed Catholica Christianorum doctrina omnino dissentit, hominem suis præsidijs exuens,* τήν τε αὐτάρκειαν *in solum patrem cœlestem ponens. Sic Paulus Corinthijs scribit cap. 9. posterioris Epistolæ:* δυνατὸς δὲ ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἐν παντὶ πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καθὼς γέγραπται. ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι. *Probat autem aliam* αὐτάρκειαν, *qua homo sua sorte cōtentus est. sic enim ad Timotheum scribit idem Paulus sub finem Epistolæ prioris,* ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας. *Et ad Philippenses 4.* ἐγώ, φησι, ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμὶ, αὐτάρκης εἶναι. *Hactenus* περὶ τῆς αὐταρκείας.

Nec uero.) Ex abrupto in causam irrumpit, exordio prorsus dißimulato: perinde atq; nixus uel argumenti plausibilitate, uel uirtutis maiestate potius, ὑποδείξει proponit. Παράδοξα θετικὰ esse, suprà didicimus. Sed hæc hypothesi magis similia uideri possent, nisi ex sequentibus adpareret hypodeigma esse à negantibus.

Magnitudo animi.) Morisotus, εὐψυχία. Laert. μεγαλοψυχία. Theologus in simili exemplo, μεγαλόνους. Adscribam exemplum huc minimè inconueniens: ἐπαινῶ δὲ τ̄ ἀπὸ τῆς σωᾶς τὸ νεανικόν τε καὶ μεγαλόνουν, οἳ μηδὲν κωλύειν φασὶ πρὸς εὐδαιμονίαν τὰ ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι τ̄ σπουδαῖον μακάριον, κἂν ὁ φαλάριδος ταῦρος ἔχει καιόμενον. ex epistola quadam ad Eudoxium. Cæterùm ea quæ ad Reguli historiam adtinent, annotauimus Off. 1. ubi hoc exemplo probat & ostendit, hostibus fidem seruandam esse: quæ pars iusticiæ est ex iure gentium nata.

Cum corpus eius carperetur.) Placet mihi Morisoti lectio, ὅταν ἐκείνου σῶμα αἰχμαλωτίζηται. & huic rei confirmandæ seruiet Paradoxum quintum, ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι. Quod congruit cum doctrina Christiana, quæ ut corporis seruitutem non aufert, ita Paulus etiã in ipsis uinculis liber fuit. Sed de hoc, suo loco.

C. uerò Marium.) Non facile dictu est, utrum Marius ærumnis plurib. an reb. egregiè fortiterq; gestis præclarior fuerit. Superat tamen uirtus tantum, ut ex his felicior, q̃ ex illis ærumnosior dici poßit: usq; adeò ærumna felicitatem ex uirtutibus natam non extinguit, imò ne obliterat quidẽ. Miser uideri poterat, cum Syllæ arma uictricia fugeret: at felicissima maiestas, quæ Cymbrum à nece deterruit. Felicitas in ærumnis apparuit, cum ædibus ipsius direptioni propositis, sacrosancta ipsius maiestas uulgi furorem deterruit. Quid quòd gemina laurus senectutem eius ex ærumnis ereptam, multo maiori cum gloria co-

ria coronauit, quàm fuerit antè, calamitate intestina pressus. Plutarch. hæc celebrat, atq; Valerius. Confessus tamen ipse Marius fuit, se miserum esse, ut Cic. post reditum coram Quiritibus testatus est. Est insignis locus apud eundem Cic. in orat. pro Pisone, ubi utraq; hæc exempla citantur. sed annotauit prior Syluius. Obserua obiter elegantißimam anastrophen.

Nescis insane.) Hac apostrophe inuehitur in Antonium, in quem hæc oratiuncula uidetur instituta. Ergo finita quæstio est.

Cui autem.) αὐτίθετον.

Eum tu hominem.) Hinc colligo, Paradoxa post Philippicas fuisse scripta, propter quas Antonius Ciceroni necem minatus est, & tandem etiam occasionem nactus intulit.

Mortis.) Vt Reguli. Exilij.) Vt Marij.

In tam ingrata ciuitate,) Priuatã publicamq; ingratitudinem Cicero sensit. Nam & Cn. Popilius Lenas, quem defenderat, Antonio interficiẽdi patroni officium, nec re, nec uerbo ab eo læsus, obtulit ultro: & de patriæ ingratitudine conqueritur sæpe in orationibus, & testatur abundè Plutarchus.

Mortem'ne mihi minitaris.) Distributio per antapodoton, uel subiectionem, satis acerba.

Mors terribilis.) Turpis mors forti uiro non potest accidere, neq; immatura consulari, neq; misera sapienti. Cicero Catil. 4.

Exilium autem terrib.) Quid enim exul? Ipsum nomen per se calamitatis est, non turpitudinis. Cic. pro Domo sua. ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατὴ, ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος. Democitus.

Orbem terrarum.) Prosonomasia.

Cui nec satis est.) Allusio rursus ad αὐτάρκειαν,

ſed eam quæ definitur τελειότης λογίσεως ἀγαθῶν.

Te conſcientiæ ſtimulant.) ὁμολόγητον.

Vt furiæ.) Nolite enim putare, quemadmodũ in fabulis ſæpenumero uidetis, eos qui aliquid impiè ſceleratèq; commiſerint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus: ſua quenq; fraus, & ſuus terror maximè uexat, ſuũ quemq; ſcelus agitat, amẽtiaq; afficit, ſuæ malæ cogitationes amentiaq; animum terrent. Hæc ſunt impijs aßiduæ furiæ, quæ diu noctuq; in peius rapiunt. Cic. pro Sex. Roſcio. Similis locus eſt de Legibus primo, & in oratione in Piſonem. Vide prouerb. Conſcientia mille teſtium.

Iniuriæ.) Agnominatio.

Quamobrem.) Epilogus.

IN PARADOXVM TERTIVM.

ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα.

Ἁμαρτήματα Græcis, ſicut Latinis peccata, errores ſunt, non ſcelera & flagitia, quæ ex nefario pectore proficiſcuntur, ſed quæ committuntur ex incogitantia, & temeritate aliqua, negligentius & incautius. Quod propterea moneo, ut pueri doceantur, hoc nomine aliud ferè gentilicijs, quàm ſacris literis ſignificari. Nam τὰ ἁμαρτήματα, καὶ αἱ ἁμαρτίαι in diuinis ſcripturis ſignificant delicta aduerſus præceptum diuinũ admiſſa: ſed quæ aduerſus Deũ, apud humanos ſcriptores piacula, πιάκλημα, πλημμέλημα, πλημμελήματα, ἐγκλήματα, ὀφλήματα diciũtur. Bud. Quãquã utrinq; (ut ex his exemplis patet) omne ſcelus peccatũ eſt, ſed non omne peccatum ſcelus. Nam nauem impingere ut ſcelus non eſt, ita peccatum eſt maximum. Super hoc nomine

nomine Roterodamus nõnihil in Nuce Ouidiana annotauit. Ariſtotcles in Moralibus libro quinto, capite octauo inter infortunium ſeu caſum, & peccatum, hanc ponit differentiam: ut cum non inconſultò quidẽ aliquid fiat, ſed non de induſtria, peccatũ nominari: uerũ ſi prorſus inconſultò fiat, infortunium & caſum dici. Sed audiamus ipſum Ariſtotelem: ὅταν μὲν οὖν παραλόγως ἡ βλάβη γένηται, ἀτύχημα. ὅταν δὲ μὴ παραλόγως, ἀνεν δὲ κακίας, ἁμάρτημα. ἁμαρτάνει μὲν γὰ, ὅταν ἐν ἑαυτῷ ἡ ἀρχὴ τῆς αἰτίας. ἀτυχεῖ δὲ, ὅταν ἐξωθεν.

Parua inquit.) Quis inquit? Peripateticus fortè aliquis, aut eõmuni ſententia imbutus, Stoicæ factionis aduerſarius. Laertius hoc παράδοξον Chryſippo, Perſæo, & Zenoni tribuit. Verba Laertij ſubijciam: ἀρέσκει τε αὐτοῖς ἴσα ἡγεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα, καθά φησι χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἠθικῶν ζητημάτων, καὶ περσαῖος, καὶ ζήνων. εἰ γὰρ ἀληθὴς ἀληθοῦς μᾶλλον οὐκ ἔστι, οὐδὲ ψευδὴς ψεύδους, οὕτως οὐδὲ ἀπάτη ἀπάτης, οὐδὲ ἁμάρτημα ἁμαρτήματος. καὶ γὰ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων λιανώδους, καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ ἀσὶν ἐν λιανώδει. οὕτω καὶ πλέον καὶ ἔλαττον ἁμαρτάνων, ἐπίσης οὐκ ἀσὶν ἐν ᾧ λιατορθοῦν. ὑγακλάδης μέντοι ὁ ταρσεύς, ἀντιπάτρου τοῦ ταρσέως γνώριμος, καὶ ἀθληδόλως, ἄνισα φασὶ τὰ ἁμαρτήματα Apud Cic. de Finib. tertio diſputatur hæc quæſt. fuſius. Iouinianus in hoc Stoicorũ fuit errore, ut Auguſtinus teſtatur, ad Hieronymũ, περὶ τοῦ, Fauſtus eſt omnium reus. ubi hoc dogma improbat, improbat item contra Mendacium ad Conſentium. Irrumpit rurſus in cauſam ſine exordio.

Nec enim.) Tamen, uel interim, malim.

Sed uitijs.) Huc reſpexerunt iudices, qui in puerum, qui paſſerculorum oculos confixerat, animaduerterunt. Sed ſummum ius, ſumma iniuria.

Auri nauem.) Vtitur, ad probabilitatẽ, ſimilitudine.

In gubernatoris inscitia.) Hoc soluet illud in Finibus, In gubernãdo nihil interesse, in officio uerò plurimũ. Gubernauit Hassus, gubernauit Saxo: eodem euentu impegit uterq;. in altero non desideratur officium, in altero plurimum. Ergo disparia sunt peccata. Causa, etiamsi finalis, & impulsio, magis quàm euẽtus rei spectanda est.

Peccare transilire lineam.) Lineam dicit τὴν μεσότητα, quam Horatius modum appellat, & finem, id est, terminum:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Nos hoc argumentum melius intelligemus, si certamẽ ad scopum collimantium ante oculos statuerimus. Qui scopum uel leuiter adtigit, tenet: qui uerò uel tantillum à scopo aberrauit, tam excidit, quàm qui longissimè.

Quod si uirtutes.) Sed in Officijs docuimus, uirtutes unius esse generis, & eas inter se similes esse, uitia uerò nequaquam. Quare hoc argumentum à contrarijs ductum, parum ualet.

Nec recto rectius.) Nam quod Geometræ uel mediocriter flexũ est, rectum dici non meretur.

Nec bono melius.) Hoc cõstabit Stoicis, Catortho ma statuentibus. Nam in medijs officijs, ut nec uirtutum, ita nec peccatorum æqualitas esse poterit. Sed illa τοῦ καθόρθωμα & perfectio, nusquam gentium adhuc inuenta est.

An uirum bonum.) Argumentũ ab analogia. Dicit tãtundẽ peccati, esse, si neges depositum centũ coronatorum, quàm centenorum millium. Cæterùm an uir bonus impunitate proposita peccaturus sit, disputat copiosè Cic. in Officijs.

Vna uirtus consentiens.) ὁμολογουμένην διάθεσιν Stoici finiunt. Cicero quoq; de Legib. primo, uirtutem definit naturam in se perfectam, & ad summũ perductam. Stoici

Stoici planè sic colligunt: Virtus est summum bonum. Ad summum nihil accedere potest: Ergo ad uirtutem nihil accedere potest. Lege ad hanc rem congruentia apud Senecam epistola prima libri noni. A' philosopphis.) Eludit hanc obiectionem ioculariter, per instantiam.

Socrates.) Consule Maioragium. Est alioquin, ut Plin. inquit, benignum & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris. **Sapientem.)** Oraculo etiam Apollinis sic iudicatum, ut alibi dictum est.

An quid homines doctiss.) Quasi uerò sol Stoici uel philosophi, uel docti fuerint.

Quæ uis.) Dialogismus.

Nihil 'ne.) Obiectio, ab absurdo. Cic. ipse hoc Paradoxon Catoni contra Murenã dicẽti, nõ sine scõmate obiecit, omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quàm eum qui patrem suffocauerit.

Nuda.) remota à circumstantijs.

Saguntini.) Historia notior est, quàm quæ hoc loco narratione opus habeat. Scribit hanc Liuius, 1. Dec. 3. Polybius lib. 3. Val. lib. 6. cap. 6. Silius Italicus lib. 2. Cicero in Philippicis. Natum est inde Prouerb. Saguntina fames. Quanquam Polybius nullam istius incendij mentionem facit, & Liuius uix attingit.

Scelus.) Obserua disertam inter scelus & nefas differentiam. Sed apud Iureconsultos nefariũ amplius quiddam est, quàm illicitum.

Histrio.) Appositissima similitudo. Cic. Off. 1. Nec uerò concedendum est histrionibus, & oratoribus, ut his sint hæc apta, nobis uerò dissoluta. Sed hunc locum melius intelliges, si Erasmum legeris in dialogo de Pronũciatione, eo loco, ubi de antiqua dramatum agẽdorum apud antiquos ratione scribit.

Moderatior.) Quid si modulatior legas?

Diligitis.) Alludit huc Cic. quod poetæ carminis pedes digitis metiri soleant. Vnde & Horat. in Arte, Legitimumq; sonum digitis callemus & arte.

IN PARADOXON QVARTVM.

ὅτι πάντες μωροὶ μαίνονται.

Apud Diogenem Laertium hoc παράδοξον uerbis nonnihil immutatis effertur, πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι. Additur ratio: οὐ γὰρ φρονίμους εἶναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἴσην τῇ ἀφροσύνῃ μανίαν πράττειν. ἄφρονες sunt hic, illic μωροὶ. idē ferè differunt, quod Latinis insipiētes & fatui. quæ differentia perexigua est. Effertur etiam aliter ab ipso Cic. in 3. Tusc. Q. ad Socratem autorem hoc Paradoxon, ut cætera quoq;, referente. Verba Cic. sunt: Ex quo intelligendum est, eos qui hæc rebus nomina posuerunt, sensisse hoc idem, quod à Socrate acceptum diligenter Stoici retinerunt, omnes insipientes esse non sanos. Deinde exponit, quæ sit illa sanitas, neq; id melius aut facilius potest, quàm ut sanitatis steresin (morbum uidelicet) exponat. Qui enim, inquit, animus est in aliquo morbo (morbos autem perturbatos motus philosophi appellant) non magis est sanus, quàm id corpus quod in morbo est. Ita fit, ut sanitas sit animi, sapientia: insipientia autem, quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademq; dementia. Itaque Cicero fit sibi ipse interpres, quæ commodißima enarrandi ratio est. Porrò, si Maioragius rem seriam ageret, mirarer istius hominis temeritatem, quod auderet inficiari

inficiari hæc esse Socratica, cū Socrates in altero Alcibiade manifestis uerbis Alcibiadem in suam sententiam trahere conetur, ut credat, τὸ μαίνεσθαι ὑπεναντίον εἶναι τῷ σοφρονεῖν. unde Ciceronem bonam istius Tusculanæ disputationis partem sumpsisse, Platonē cum Cicerone conferentibus obscurum esse non potest. Sed hæc interim de Cicerone me tenet admiratio, quòd ἑλληνικώτατος, neget sibi constare, unde Græci τὴν μανίαν appellitent, cum hunc totum Platonis locum in suam tertiam Tusculanam transtulisse uideatur, ubi τὴν σωφροσύνην τῇ μανίᾳ ex opposito, Socratico more ponit.

Omnes stultos insanire.) Hæc inscriptio quidem præ se fert θέσιν Stoicā: sed oratio est Hypothesis, inuectiua aduersus Clodium: quem per syncrisin secum conferens, stultitiæ insimulat, & ob id insaniæ quoq;: se uerò animo præsenti semper, & ob id etiam sapientem. Nam hæc paßim toti aspergit causæ, sed uerbis latentibus. Versatur autem oratio maiori ex parte in statu finitiuo. Excutitur enim hic, quis ciuis, quid ciuitas: illic, quis exul, quid exilium. Deinde τὸ κρινόμενον utrinq; amplificat. Argumentum autem totius orationis, est tale:

Ægritudo est non stultitia modò, sed etiam insania:
Atqui odium Clodij, & res furoribus impellentibus gestæ, sunt ægritudo:
Ergo Clodius non stultus modò, sed etiam insanus.

Ego uerò.) Irrumpit etiam in hanc causam sine exordio, propositione satis aspera & uehementi.

Non improbum ut.) Sic pro Domo sua, Clodium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurißimū nominat. Cæterùm Clodio, ab initio in turbis Catilinarijs cum Cicerone magna cōsuetudo fuit. odium inde natum, quod testimoniū contra eum dixerat, cum muliebri ueste in no-

in nocturnis sacris fuisset in ædibus Cæsaris deprehensus. Historiã diligenter congesserunt, qui orationem Milonianam commentarijs illustrarunt: non ex Plutarcho modò, sed ex ipsius Ciceronis monumẽtis: ut ex ipsa Miloniana, item ex illa quam in Pisonem, quam pro Sestio, item quas ante & post exilium ad equites & Quirites, et maximè illa quam pro Domo ad pontifices habuit: item ex quibusdam epistolis ad Q. fratrem, & ad Atticum scriptis.

Addicam.) Furiosi siquidem & mente capti addicebantur agnatis & gentilibus, lege XII. tab.

Quæ est enim ciuitas.) A definitione. Ciuitas est eorum qui legibus obtemperant. Cic. Off. 2. & de Som. Scip. Ciuitates dicuntur, concilia & cœtus hominum iure sociati. πολιτεία, ἡ κοινωνία πλήθους ἔννομος. Plato de Legib. 6. πᾶσα δήπου πόλις, ἄπολις ἂν γίγνοιτο, ἐν ᾗ δικαστήρια μὴ καθεστῶτα εἴη κατὰ τρόπον. Atq; rursus idem Plato alibi: πολιτεία ἀναστροφὴ ἀνθρώπων ἐστι, καλὴ μὲν ἀγαθῶν, μὴ καλὴ δὲ κακῶν, καὶ ὁ πυθαγόρας τῶν πόλεων ἐκείνην εἶπεν ἀρίστην, τὴν ἄνδρας ἀγαθοὺς ἔχουσαν.

Cum leges in ea.) Lex enim Helia, Fusiaq;, post centesimum annum euersa est, propugnacula muriq; tranquillitatis atq; ocij. Cic. in Pison.

Iudicia iacebant.) Nam uetus illa magistra pudoris & modestiæ, seueritas Cẽsoria sublata est, Pisone Gabinioq; Coss. C C C C. postquam cœperat annis. Cicero in eundem Pisonem.

Prędonum ille concursus.) Audiamus & hic Ciceronẽ in Pisonem perorantem: Delectus seruorum habebatur ab eo, qui nihil sibi unquam nec facere, nec pati turpe esse duxit. Arma in templo Castoris, ô proditor templorum omnium, uidente te constituebantur, ab eo latrone, cui templum illud fuit, te Cos. arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum Catilinæ militum, castellum forensis

sis latrocinij, bustum legum omnium ac religionum. Neq; enim melior interpres Ciceronis, quàm ipse sui ipsius.

Et reliquię coniurationis.) Ait enim Cicero, eo tempore quo pulsus in exiliũ fuit, nec Remp. fuisse ullam, nec Consulem. Siquidem consul dicitur, eo quòd reip. saluti consulere debeat. Sed hoc nec Pisonem fecisse, nec Gabinium. Cicero suum consulatũ cum Pisonis consulatu longa comparatione confert. Inter Clodium & Catilinam nullam differentiam fuisse, Clodium autem perniciosissimum ciuem, ipsos Coss. iuuisse, in ea oratione ostendit his uerbis: Quid, inquit, interfuit inter Catilinam, & eum cui tu Senatus autoritatem, salutẽ ciuitatis, totam Remp. prouinciæ præmio uendidisti? Quæ enim L. Catilinam cœnantem Cos. prohibui, ea P. Clodium facientem Coss. adiuuerunt. Voluit ille Senatum interficere, uos sustulistis: leges incendere, uos abrogastis: interire patriam, uos adiuuistis, &c.

Cum esset in Rep. Cos.) Te fuisse Romæ consulem, dicere audebis. Quid? tu in lictoribus, in toga, in prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio te Cos. esse uoluisti: huius tu Clodiani canis in signibus consulatum declarari putas? Animo Cos. esse oportet, consilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto deniq; munere consulatus, omni officio. Ego Cos. esse putem, qui Senatum esse in Rep. non putauit? & sine eo consilio Cos. numerem, sine quo Romæ ne reges quidem esse potuerunt? etc. cætera, quæ in eadẽ oratione, in hanc sententiam grauiter simul copioseq; scripta sequuntur.

Cum esset in Rep. Cos.) Consul dicit in singulari, per enallagen numeri. Nam in ea oratione, quam post reditum suum in senatu habuit Cicero, utriq; consuli, Lentulo nimirum & Metello, atq; cum his Pompeio quoq; Senatus principi, sui reuocationem clarissimo præconio fert

fert acceptã: in qua oratione plurima sunt, quæ huc adduci poterant, ni breuitatis studium me retraheret. Satius fuerit studiosum adolescentẽ illas orationes euoluere. nam sic præter alios complures fructus, uel historia ipsa, totumq; negotium animis illorum penitius insculpetur. Atq; ex his quoq; testimonijs conuincitur, ut legamus, Cum esset, non, Vt esset in Rep. Cos. &c.

Quæ uincula sunt.) Pro Cecinna, ius ciuile uincula uocat, non modò iudiciorum, sed etiam uitæ societatisq; communis.

Repetita memoria.) Renouata, quæ obliterata & antiquata fuerat.

Iactam & immissam.) Mediolanensis editio habet, latam. Illatam, fortè legi posset. Est hoc Stoicum, qui credunt, nihil sapienti nocere, ne fortunam quidem posse.

Nefariam iniuriam.) Damnum datum apud iure consultos iniuriæ species est. Culpa Latinis: Græcis, teste Iustiniano, ἐγκλημα.

Parietes.) Domum & uillas Ciceronis combusserat Clodius, quæ Senatus iussu ære publico instaurata fuerunt. Quas domus Clodius demolitus sit, narrat Attico Cicero, lib. epist. 4. epist. quæ incipit, Auere te scio.

Nihil enim meum est.) Est enim hoc Stoicum, ut suprà in Biantis exemplo intelleximus. Nam secundũ Epictetũ, quædam in nobis sunt, quædam non sunt in nobis. In nobis esse dicit, quæ nostra sunt opera, ὑπόληψιν, ὁρμὴν, ὄρεξιν ἐγκλισιν. non in nobis esse, quæ non sunt nostra opera, τὸ σῶμα, πλοῦτον, δόξας, ἀρχάς. de quibus opinor in Officijs. **Mentem.)** Quam se accepisse à dijs immortalibus dicit, Catil. 3.

Exteris nationibus.) De quo Plut. & ipse Cicero abundè in oratione post reditum in Senatu habita. & eas ciuitates, quæ ipsum fouerant, senatus ornauit laudib.

Nisi

Nisi idem hostis.) A contrarijs. Hostis larga significatione hoc loco non eum significat, cui uel bellum publicè indictũ, uel qui bellum Reip. indixerit, quem ueteres perduellionem uocabãt: sed eum, qui tranquillitatẽ Reip. contra ius & fas, contraq; leges conturbat, qua significatione hoc uocabulo Cicero sæpe utitur.

Templa tenuisti.) Castoris & Pollucis, ut paulo superius ex oratione in Pisonem annotauimus.

Aedes sacras.) Templum nimirũ Nympharum. Lege multa huc pertinẽtia, in oratione pro Pub. Sestio, quæ instituta breuitas memorare non permittit.

Cur hostis Spartacus.) Aduersus quem tu rem ad Vesuuiũ montem parũ feliciter gessisti, delusus nimirũ ab obsesso, & in fugã actus. Spartacus, inquã, de stipẽdiario Thrace, ut Flori uerbis utar, miles, de milite desertor, deinde latro, deinde in honore uiriũ gladiator. Nã neq; illud bellum iure gentium gestum est, in quo nulli feciales, nulli patres patrati extitere. De bello Spartaco nemo plenius, quàm Plut. in Crasso. Crassus enim hoc bellum confecit. Obserua argumentum ab exemplo pari.

Nescis exilium.) Cicero pro suo arbitrio Exilij nomine utitur, abutiturq; Triplicem huius nominis significationem apud Romanum hunc oratorem inuenio. Quoties ad ipsum adtinet hoc uocabulum, innocentiam quandam præsefert. Ita suprà in Paradoxo 2. aduersus Ant. dixit, Exilium ijs esse terribile, quib. quasi circumscriptus est habitandi locus: non ijs qui omnem orbem, unam urbem esse ducũt. Quo loco Cicero (ut hoc obiter moneam) ad differentiam Exiliorum respexisse uideri posset. nam Martianus Iureconsultus in l. 5. ff. de interdict. & releg. exilium triplex esse dicit: aut cum est certorum locorum interdictio: aut lata fuga, quale Ciceronis exilium, excepta culpa, fuit: aut insulæ uinculum, id est, relegatio in insulam.

sulam. In illo Ciceronis loco res ipsa non nomine quidem, sed ignominia et miseria exuitur. In hoc uerò loco res & nomine priuatur, & ignominia. Nam iter nominat, sicut in 5. Tuscul. peregrinationem, μειώσει seu extenuatione pulchrè uerecunda, ubi multa multorum philosophorum sua sponte solum uertentium exempla numerat. Verùm pro Domo sua, Exulis nomen per se calamitatis quidem esse dicit, turpitudinis non item. E diuerso pro Aulo Cecinna, Exilium non supplicium, sed profugium portumq; supplicij nominat. Hic & nomen remanet, nec ignominia caret exilium, in quod causæ suæ diffidentes se conijciunt: nec miseria prorsus abest, ubi inter duo mala, quod minus incommodum est, eligitur. Cæterùm de uolũtario exilio, lege Budæum in Annotationibus posterioribus, super eo loco, quem paulo superius ex Martiano adduximus. Etiam si solum non mutatur.) *uertitur: quod Græcis est μεταναστεύειν, μετοικίζεσθαι. Priori uerbo demigrandi uerbum Morisotus reddidit. Vide etiam de hoc Budæum, loco iam paulò superius citato. Matthæus Babylonicum exilium μετοικεσίαν appellauit, quod mitius est quàm αἰχμαλωσία.*

Non appellatur inimicus.) *Subiectionis elegantißimæ simul & potentißimæ paradigma, siue schema dicas, siue amplificandi rationem.*

Aedes Nympharum.) *Hoc facinus inter reliqua Clodij scelera numeratur à Cicerone pro Domo sua.*

Communes leges.) *generales leges, quibus præiudicant leges singulares. Clodius nescio quot senatusconsultis confossus fuit, ut alicubi Cicero testatur. iam etiam lege singulari, exilio multatur, & quidem ab amico*

Bonæ Deæ.) *Quam Græci γυναικείαν nominant. Phryges domestici, Midæ regis matrem fuisse dicunt; Romani nympham δρυάδα, Fauni coniugẽ: Græci aliquam*

aliquã ex Liberi matribus, τὴν ἄῤῥηταν, id est, quam nominare nefas sit. Huius sacra ita à Romanis mulieribus agebantur, in alicuius uel prætoris uel consulis domo, absente tamen marito. Ea itaq; cum apud Pompeiam Cæsaris coniugem agerentur, Clodius ueste muliebri deprehensus in istis sacris in domo Cæsaris fuit, quæ res plenè scribitur à Plut. in Cæsare, & Cic. Quòd Bonæ deæ puluinaribus stuprum intulerit, exprobratur illi etiam à Cic. in oratione de Aruspicum responsis, & in Pisonem. Ad Atticum lib. 1. Ep. 7. cum aliquot ordine sequentibus, ubi etiam Cornificij mentio fit.

In Ponto.) *Subscribo Morisoto. Interim obserua argumentũ à relatiuis ductũ: nempe ab actionib. uolũtatis.*

IN PARADOXVM V.

ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι,
πάντες δὲ μῶροι δοῦλοι.

APud Laertiũ hoc Paradoxon sic legitur, μόνον τε ἐλεύθερον, τοὺς δὲ φαύλους δούλους. Manca hæc lectio est, in Græca Frobenij editione. Interpretis lectio est integra, ut legendum sit, μόνον τε σόφον ἐλεύθερον, &c. Cato sese Vticæ interempturus, de hoc Paradoxo fortiter disseruit. Verba Plutarchi adscribam: καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον, ὁ πότος ἔσχε μοῦσαν πολλὴν, καὶ χάριν, ἄλλων ἐπ' ἄλλοις λόγων φιλοσόφων κυκλούντων, ἄχρις οὗ περιῆλθεν ἡ ζήτησις, εἰς ταῦτα δὴ τὰ παράδοξα καλούμενα τῶν στωικῶν, τὸ, μόνον εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἐλεύθερον, δούλους δὲ τοὺς φαύλους ἅπαντας. ἐνταῦθα δὲ, ὡς εἰκὸς, ἀντιβάντος τοῦ περιπατητικοῦ, σφοδρῶς ἐμπεσὼν ὑπὲρ κάτων, καὶ τόνον προσθεὶς, καὶ τραχύτητα φωνῆς, ἀπέτεινε πωῤῥωτάτῳ τὸν λόγον, ἀγῶνι θαυμαστῷ χρησάμενος, ὥστε μηδένα λαθεῖν, ὅτι τῷ βίῳ πέρας ἔγνωκεν ἐπιθεὶς ἀπαλλάττεσθαι τῶν παρόντων, &c. Egregia, Epicteti opinor, sententia citatur,

tur ἐλευθερία καὶ δουλεία, τὸ μὲν ἀρετῆς ὄνομα, τὸ δὲ κακίας. Hoc Paradoxon propius ad Christianam profeßionem accedit, quàm superiora. Sic enim scribit August. de Ciuit. Dei, lib. 4. cap. 3. Proinde bonus etiamsi seruiat, liber est: malus autem etiam si regnet, seruus est. Nec unius hominis, sed quod est grauius, tot dominorum, quot uitiorum. Laudetur uerò.) Hoc Paradoxon prima fronte magis theticon, quàm hypotheticon esse adparet. Magna circunstantiarum raritas est. Relucet tamẽ quædam inde hypothesis. perinde ac si in Antonium (nam sic plerisq; placere uideo) hæc sint ducta. maximè si huius actionis propositionem hanc ponas: Antonius gubernacula Reip. Romanæ sibi sumpsit, tantum abfuit ab imperio, ut non modò non imperator, sed ne liber quidem, imò seruus insuper turpißimus fuerit. Nisi hæc de Sylla, uel Tarquinio magis intelligere uoles. Nam de utroq; uestigia apud eundem Ciceronem sunt sub finem libri de Finibus tertij. Vt uerò inuestigatio istius rei certior fiat, subijciam ipsius Ciceronis uerba: Quàm grauis uerò, quàm magnifica, quàm constans conficitur persona Sapientis: qui cum ratio docuerit, quod honestum esset, id esse solum bonum, semper sit necesse est beatus, uereq; omnia ista nomina poßideat, quæ irrideri ab imperitis solent. Rectius enim appellabitur rex, quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit: rectius magister populi, (is enim est dictator) quàm Sylla, qui trium pestiferorum uitiorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Rectius diues, quàm Crassus, qui nisi eguisset, nunquam Euphratẽ nulla belli causa transire uoluisset. Rectè eius omnia dicentur, qui scit uti solus omnibus. Rectè etiam pulcher appellabitur: animi enim lineamenta sunt pulchriora, quàm corporis. Rectè solus liber, nec dominationi cuiusquam parens, neq; obediẽs cupiditati. Rectè inuictus, cuius etiã si corpus con-

cõstringatur, animo tamẽ uincula inijci nulla poßint, nec expectet ullũ tempus ætatis, ut tũ deniq; iudicetur, beatúsne fuerit, quum extremũ uitæ diem morte cõfecerit, quod ille unus ex septem sapientibus non sapienter Crœsum monuit. Nam si beatus unquam fuisset, beatam uitam usq; ad illum à Cyro extructum rogum protulisset. Quod si ita est, ut neq; quisquam nisi bonus uir, & omnes boni beati sint, quid philosophia magis colendum? aut quid est uirtute diuinius? Hæc uerba eo libentius adscripsi, quòd non modò huius Paradoxi uestigia indicant, sed sunt etiam antecedentium Paradoxorum, & sequentis quasi anacephalæosis. Constat autem hæc quoq; disputatio, maxima ex parte argumentis à finitione ductis: Quid nimirum seruitus, quid libertas sit uera. de quibus, suis quibusq; locis uidebimus. Video tamen quosdam in ea esse opinione, ut intelligantur hic imperatores boni, qualis uel Scipio, uel Pompeius fuerunt. Syluius Antonium intelligendum censet, si quis intelligendus sit: quanquam locum communem esse mauult. Nec desunt argumenta, quæ monent, hæc in Antonium dicta esse: quæ suis uidebimus locis. Ego interim hunc locũ per conceßionem expono. Inueniatur aliquis uel Antonij uel Syllæ laudator, sicut Busiridis Isocrates, &c.

Improbissimis dominis.) Sicut in Senectute libidinem uenerean, agrestem dominum appellauit.

Quorum autoritate.) Conciliat in transitu sibi adtentionem, ab asserentium & auditorum existimatione. Verùm generale philosophorum nomen plausibilius est, quàm particulare Stoicorũ, qua uafricie etiam in superiori Paradoxo usus est.

Dictum est.) Redit ad propositionem.

Quid est igitur libertas.) A' definitione τοῦ κατηγορουμένου prioris. Eodem modo Stoici apud Laertium

 definiunt,

definiunt, τὴν ἐλευθερίαν εἶναι ἐξουσίαν αὐτοπραγίας. Sic in definitionibus Platonicis ἡγεμονία βίου definitur, καὶ αὐτοκράτεια ἐπὶ παντὶ, item ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ. Ergo hæc quoq; Socratica cõtra Maioragiũ uideri possunt.

Vt uult.) Vt uult, inquit, non ut libido suadet, sed ut ratio dictitat. Nam hac significatione Stoici hoc uerbo utuntur. Autorem habeo ipsum Ciceronem, qui in 4. Tusculana sic scribit: Quamobrem si simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonum uideatur, ad id adipiscendũ impellit ipsa natura: id cum constanter prudenterq; fit, eiusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant. nos appellamus uoluntatẽ. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt: Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. quæ autem aduersus rationem incitata est uehementius, ea libido est, uel cupiditas effrenata. Vnde noster Cicero superius libidines refrenandas esse monuit.

Non propter metum.) Rectè itaq; ille ait,

Oderunt peccare boni uirtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

De hoc disputat etiam Cicero in primo de Legibus.

Nisi libenter.) Non muneribus corruptus, non gratia uictus, aut odio. Hoc enim conqueritur apud Eurip. Hecuba· φεῦ, οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅς τις ἔστ' ἐλεύθερος. ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τυχῆς, ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεος, ἢ νόμων γραφαὶ εἴργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.

Suis cuiq; fingitur.) Erasmus in Prouerbio, Sui cuiq; mores fingunt fortunam, hunc locum sit emendandum censet: Cui quidẽ etiam, quia uim habet maximam, fortuna ipsa cedit, & sicut sapiens poeta dixit, suis cuiq; moribus fingitur. Sentit enim, inquit, fortunã fingi cuiq; suis moribus. Syluius Sallustium citat, ad C. Cæsarem de Rep. ordinanda, à quo Appij (Cæci opinor illius antiqui) dictum citatur, Fabrum esse quenq; fortunæ. Quod tamen Volaterranus alicubi citans, Accio tribuit. Constat certè ex quarta

ex quarta Tusculan. Quæst. Appij Cæci carmen Panætium laudasse, in quadam ad Q. Tuberonem epistola, idq; Ciceroni Pythagoricum uideri.

Igitur omnes improbi serui.) Iam per ἀντίθεσιν, alteram partem huius Paradoxi adoritur.

Non enim ita dicunt.) scilicet Stoici. Est hæc quasi contestatio litis. Vrget, imò excludit definitionẽ uocis, quæ est apud iureconsultos, siue à seruiendo seruos dictos uoles, siue quòd ab Imperatore, à quo in bello capti fuerunt, seruati sint.

Vt mancipia.) Aliter, inquit, serui dicuntur, q̃ mancipia, quæ solam ciuilem significationem, serui præterea moralem quandam habent. Mancipia siquidem, teste Florentino, dicta, quòd manu ab hostibus capiuntur. lib. 4. ff. de statu hom. De quo lege præterea Boetium in Topicis Ciceronis. Seruitutis autem plures, uel Laertio teste, significationes sunt. Nam postquam definiuit τὴν ἐλευθερίαν, ἐξουσίαν εἶναι τῆς αὐτοπραγῆς, illi opponit τὴν δουλείαν, quam definit στέρησιν τῆς αὐτοπραγείας. Deinde subijcit aliam, quam definit δουλείαν τὴν ἐν ὑποτάξει. Hinc addit tertiam, τὴν ἐν κτήσει τε καὶ ὑποτάξει: cui opponitur ἡ δεσποτεία, quæ & ipsa praua est. Hæc eò promptius apposuimus, quia Latina interpretatio corrupta hoc loco est. Sunt autem hæc quoque subobscura. Satis clara fuerit differentia, si dicamus, corporis seruitutem nihil derogare liberati animi. Cæterum quando animus seruitutem seruit, uel libidinis illecebris, uel auaritiæ, uel crapulæ, uel in uniuersum uoluptati, nulla maior aut grauior seruitus excogitari potest. Epicteti, opinor, doctrina hæc est, ὅτι κακὸς δεσμὸς σώματος μὲν τύχη, ψυχῆς δὲ κακία. ὁ μὲν γὰρ τὸ σῶμα λελυμένος, τὴν δὲ ψυχὴν δεδεμένος, δοῦλος. ὁ δ' αὖ τὸ σῶμα δεδεμένος, τὴν δὲ ψυχὴν λελυμένος, ἐλεύθερος. Clariora sunt Laertianis, quæ de triplici seruitute Io.

Stobæus ex Brysonis cuiusdã Oeconomico refert: οὕτω δὴ πᾶσιν ἡμῖν ἄγρα τριχῶς. ὁ μὲν γάρ τις δοῦλος κατὰ νόμον γίγνεται. ὁ δὲ, κατὰ τὸν τρόπον τὰς ψυχὰς, ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων παθημάτων τὰς ψυχὰς. ὁ δὲ τοιοῦτος, οὐχ ἁπλῶς δοῦλος, οὐδ' ὁ τὰ φύσει δοῦλος, καὶ ἐν καταχρήσει δοῦλος. καὶ μᾶλλον μοχθηρὸς ἄνθρωπος, ἢ δοῦλος κατὰ φύσιν. κατὰ φύσιν δὲ δοῦλος, ὁ δυνάμενος αὐτάρκως διὰ τοῦ σώματος ὑπηρεσίας παρέχεσθαι τοῖς δεσπόταις. Atqui iureconsulti hanc seruitutem contra naturam esse etiam dicunt, de quo paulo pòst. Nunc antequam hinc digrediamur, corolarij uice addemus etiam hoc Paradoxon, nõ alienũ à doctrina catholica. neq; enim hæc loquendi forma cum Paulina eloquentia pugnat, apud quem occurrunt nobis paßim mancipia uentris, serui peccati, addicti Mammonæ: & uicissim, libertas Spiritus, & huius generis alia plurima. Nemo sanus calumniabitur, nos miscere sacra prophanis: cum idem sit finis, docere pietatem, & honestatem.

Nexu, aut aliquo iure ciuili.) Seruitus etiam corporis contra naturam est, sicut libertas est naturalis facultas, ut idem Florentinus loco suprà citato definit. Sed ibidem docet, Seruitutem iuris gentium esse constitutionem, cum hic iuris ciuilis esse uideatur. Conciliabimus hos locos autoritate, ratione fulcita: nempe Martiani, in lege sequente, ubi ait, Seruos non tantũ iure gentiũ in nostrum dominiũ redigi, sed etiam iure ciuili: ut si quis maior XX. annis ad preciũ participandum se uenire passus est. Plures paßim species numerantur, quibus seruitus ex iure ciuili euenit. Cuius exemplum hoc insigne est, de nexu. Nam qui lege XII. tabularum ob æs alienum creditoribus in temporariam seruitutem addicebantur, addicti & nexi uocati olim fuerũt. De quo lege Bud. in titulo de in diem addictione. Neq; interim negamus, Seruitutem iure diuino irrogatam: nec aliud esse corporis seruitutem, quàm seruitutis

uitutis animi pœnam, quod Ferrarius in Inst. titulo de iure personarum, multis & euidẽtibus demonstrat exemplis.

Cui mulier imperat.) Tam turpiter enim Antonius Cleopatræ seruiuit, quàm Hercules Omphalæ, Vxorij huiusmodi dicũtur Latinis, Græcis γυναικρατούμενοι. Et quanquam Cicero Antonij cæcum in Cleopatram amorem uidere non potuit, præbuit tamen antè specimen in Fuluia coniuge, quæ Clodio prius nupta fuerat: quæ, ut erat imperiosa, ita eum instituit, ut Cleopatræ iugum facilius ferre potuerit. Audiamus Plutarchũ: ἀπαλλαγεὶς γὰρ ἐκείνου τοῦ βίου, γάμῳ προσέσχε, φουλβίαν ἀγάμενος, τὴν κλωδίῳ τῷ δημαγωγῷ συνοικήσασαν, οὐ ταλασίαν, οὐδὲ οἰκουρίαν φρονοῦν γύναιον, οὐδ' ἀνδρὸς ἰδιώτου κρατεῖν ἀξιοῦν, ἀλλὰ ἄρχοντος ἄρχειν, καὶ στρατηγοῦντος στρατηγεῖν βουλόμενον. ὥστε κλεοπάτραν διδασκαλίᾳ φουλβίας, τῆς αὐτωνίου γυναικρασίας ὀφειλεῖν, πάνυ χειροήθη, καὶ πεπαιδαγωγημένον ἀπαρχῆς ἀκροᾶσθαι γυναικῶν παραλαβοῦσαν αὐτὸν. γυναικρασία καὶ γυναικρατία hoc differunt: quòd hæc necessarium est mulierum in uiros imperium, sicut Melas & Strabo de Mæoticis scribunt, qui ab Amazonibus uicti, illis ad procreandam sobolem parêre coacti: item Plinius, de Pandæis: illa uerò, uoluntaria & ex intemperantia nata mulierositas. περὶ τῆς γυναικρατίας lege Budæum in prioribus Annotationibus ex Aristotelis Politicis prælarè disserentem.

Atriensis.) Atriensium summa erat autoritas, quòd domini negotia procurarent, res uenales distraherent, debita exigerent, & in alios seruos non parum iuris usurparent, quod ex Plauti Asinaria cognosci potest. Arbitror & alimenta cæteris seruis diuidere solitos, & inde ab atrio nomen sumpsisse, constat enim, in atrio sportulas, cibariaq; distribuisse, Hæc Alciat. in l. 203. ff. de Verbor. signif. Nos enim dicimus Hofmaister: nisi quod nostri libe-

ræ conditionis sunt. Aequè serui.) *Nam Martianus quoq; iureconsultus dicit, seruorum unam conditionē esse, liberorum multas. Vide hic Petri Victorij Castigationes.*

Corinthia opera.) *De his paulo superius dictū est.*

Et sumus.) *Occupatio. Sed imperium Parthicum abdicare iussus, hostis decretus, ciuitate eiectus.*

Magna bella gessi.) *Alia occupatio. Bellum Catilinarium & Parthicum, unde aliquid laudis reportasti: cætera parum laudis tibi attulerunt.*

Echionis.) *Vide quæ Syluus hic, & Matthæus Phrysemius annotauerunt. Sed qui hunc locum ex Plinio emendarunt, debebant pari opera emendasse etiam alium in Claris oratoribus, ubi Eetion, in emendatioribus etiam hodie Ætion legitur, pro Echione.*

Mitto eum.) *παράλειψις, seu præteritio.*

Igitur sunt illa festiua.) *Eodē modo Zuuinglius Fabro respondit, huiusmodi ineptias in ecclesia probanti.*

Oblectamenta puerorum.) *Quare Satyricus puppas uocat.* L. Mumius.) *In secundo de Offic. lib. Cic. L. Mumium laudat, quòd monumentis Corinthiacis Italiam, q̄ domum suam, ornare maluit. Quo loco nos quædā annotauimus. Commendat eiusdam continētiam, in Verrem actionib. 3. & 6. Cæterùm quæ de bello Achaico annotanda fuerant, annotauimus Off. 1. De Corinthi monumentis neminem rectius, quàm Pausaniam, leges.*

Matellionē Corinth.) *Species pro genere, pro uasis Corinthijs, uel in uniuersum pro ære Corinthio, quæ Strabo χαλκώματα ἠορινθιουργῆ, Morisotus ἀμίδα reddidit, qua uoce usus Plut. est pro matula, in Apoph. Laconicis, cum de puero scribit, qui matulā domino porrigere detrectauit. et Aristoph. in Vespis, ubi cōmētator οὐρητρίδα, καὶ οὐρητρὸν ἀγγεῖον exponit. & in Arachnis οὐροδόχον ἀγγεῖον, Iulius Pollux lib. 10. cap. 9. de uasis excrementarijs, uiris*

uiris quidē λάσανον, id est, matulā cōmodam ait, καὶ ἀμίδα, quā Scaphiū interpretantur. ἀμίδα uerò Sophocli ἐνουρήθραν uocari, Æschilo οὐρηνήν, mulierib. σκάφιον. Inde σκωραμὸς, ἐν ᾧ ἀποπατοῦσι. τῆς ἀμίδος nomine, Eupolis, teste Athenæo, primus usus est. Mitto quæ alij de Matellione annotarunt. Lazarus Bayfius in tractatu de Auro et argento legato, hunc locū his uerbis exponit: Matellionem Corinth. dixit Tullius, ære Corinthio factum. Quod æs ex S. C. deleta à L. Mummio Corintho factū & cōflatū est. Nam æris notā preciosiorē ipsa opulentißimæ urbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulacris, æris, auri, argentiq; uenæ in cōmune fluxere. Signa quoq; fictorū nobiliū Corinthia appellabant antiqui. Hactenus ille. Cum ipse totū Corinth.) *Ad hanc frugalitatem pulchrè quadrant, quæ de hac re scribit Velleius Paterculus: Mumius, inquit, tam rudis fuit, ut capta Corintho, cū maximorū artificum perfectas manib. tabulas ac statuas in Italiā portandas locaret, iuberet prædici conducentib. si uas perdidissent, nouas eos reddituros. Non tamen puto dubitas Vinici, quin magis pro Rep. fuerit, manere adhuc rudē Corinthiorū intellectū, q̄ in tantū ea intelligi: & quin hac prudentia, illa imprudentia decori pub. fuerit conuenientior.* M. Curius.) *De hoc suprà in primo Paradoxo.* Præter ipsos.) *Præter animos eorū, more Platonico.* Barbatulos mullulos.) *Quidam Lucullum & Hortensium, & alios putant intelligendos, quos Piscinarios ad Atticum lib. 1. Cic. uocat: quorum uiuaria piscium celebrantur à Plinio, lib. 9. cap. 54. atq; cap. sequente scribit idem Plin. de Hortensio oratore, quòd murænam adeò dilexerit, ut exanimatā flesse credatur. Hoc Macrob. lib. 3. Sat. cap. 15. Crasso, Crassi eloquentis filio, tribuit. Lege ad hæc Budæum lib. 2. de Asse. Certe Antonius ipse ridiculus piscator describitur à*

Plut.

Plut. sed οὐδὲν πρὸς ἔπος. Barbatos mullos principibus Romanis exprobrat Cicero ad Atticum 2. Epist. pri. Nostri autem Principes digito se cœlũ putent adtingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Morisotus τριγλίδας ὑποπωγώνας uertit, sic formans diminutiuũ ἀπὸ τῆς τρίγλης. τρίγλα nanq; Aristoteli uocatur. Hunc Athenæus ex Platone Comico Dianæ uirgini sacrum esse dicit: qui & ueneris impetum sedare, cuius rei idem Athenæus Terpsiclem autorem citat lib. 7. Nos, sic etiam Itali Barbum, & Barbonem, à Barba, Barmen appellamus.

Et Murenarum.) μυραῖνα etiam Græcis, Teutonicũ nomen nondum inuenimus: quia piscis marinus, & exoticus. Hisce quæ ex Plinio annotantur, nihil addimus: expectamus enim Gesneri de Animalibus historiam, nisi uelim eundẽ Athenæum testẽ adducere, qui Theophrasti autoritate dicit, quòd muræna possit multo tempore extra aquam uiuere.

Peculij.) Morisotus δουλοκερδίαν ficto uocabulo reddidit. Theophilus in Instit. lib. 2. tit. 9. Castrense peculium, καστρένσια πεκούλια nominat, & Plut. in Publicolæ uita, leges eius aliquot referens, mulctas pecuniarias fuisse ait pecudes, ante uidelicet nummorũ usum, indeq; patrimonia peculia esse dicta. διὸ καὶ τὰς οὐσίας, ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων, πεκούλια καλοῦσι, καὶ τ̃ νομισμάτων τοῖς παλαιτάτοις βοῦν ἐπεχάραττον, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν. Hæc testimonia propterea cito, quòd antiqui Græci nomen aliud, quàm Latinum, ignorasse uidentur, cum re ipsa caruisse uideantur. Non hic anxius quæro, utrum paterfamiliàs peculiũ, an seruus bona habere possit: quod Vlpiano placuisse uidemus in l. paterfa. ff. de uerb. sig. cum certò constet, nihil differre à thesauro, quod nomẽ putant deductum quasi τὸ εἰς αὔριον. Nec repugnat deriuatio. nam peculium significat paruam pecuniam: id quod Alciat. cõtra Vallam defendit

fendit in loco iam suprà citato, & li. 4. de Verb. sig. Potuisset itaq; χρημάτιον, ἢ ἀργυρίδιον finxisse, nisi magis ad seruorum peculium respexisset.

Hæreditatis spes.) Contra hæredipetas grauiter disputat Cic. lib. Off. 3.

Ad uoluntatem.) Sicut ad gratiam loqui, prouerbiale est, χρηστολογεῖν, χαριγλωττεῖν. sic etiam Plut. de ipso Cethego, quo de iam sequitur: καὶ γὰρ ὁ κρατ̃ τότε τῆς πολιτείας, τῷ πρὸς χάριν ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν, κέθηγος ἔχθραν τινὰ πρὸς λούκουλλον εἶχε. Ita Diogenes, τὸν πρὸς χάριν λόγον ἔφη μελιτίνην ἀγχόνην εἶναι.

Cupiditas quæ uidetur.) Nam hæc apud Salust. quoq; confinis est uirtuti.

Cethego.) Nam Lucullus Cos. non modò illi, sed etiam eius amatrici Præciæ, ut Ciliciæ prouincia potiretur, turpiter adulatus est. autore Plut. Cæterùm de ijs quæ ad improbos istius mores pertinent, uidendus est Sallustius, Cicero, Porcius Latro.

Eripite.) Antonius apud Cic. de Orat. primo, hanc inclamationem Crasso tribuit, qua ad populum usus est.

Quomodo imperator.) Imperatorem quidem hic nominat Antonium. Sed respicit interim ad nomẽ Regis, quod in hoc Paradoxo continetur: οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σοφοὺς, ἀλλὰ καὶ βασιλέας, τῆς βασιλείας οὔσης ἀρχῆς ἀνυπευθύνου, ἥ τις περὶ μόνους ἂν σοφοὺς σταίη, καθά φησι χρύσιππος ἐν τῷ περὶ τοῦ κυρίως κεχρῆσθαι ζήνωνα τοῖς ὀνόμασιν. Hactenus Laertius. Sed ipse Cicero hæc miris modis exagitat aduersus Catonem in oratione pro Muræna. Sunt quædam huc pertinentia apud Senecam cap. 8. de Clementia. Citatur etia in hunc modum ab Antonio Monacho, nescio an ex Philone: μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερός τε καὶ ἄρχων, κἂν μυρίους τοῦ σώματος ἔχῃ δεσπότας.

IN

IN PARADOXON VI.

ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

IN hoc Paradoxo enarrando ero breuior, quia uideo nihil mihi ab ijs qui antè tractarũt, esse relictũ. Nam si locorum & historiarũ collationem desideras, Syluium inuenies syluosum: si emendationem lectionis, Morisotus est oculatißimus: si artẽ, Latomus pro more τεχνικότερος est. Hoc παράδοξον linguis hominum parum est paradoxon, mentibus uerò παραδοξότατον. Socraticum esse, Syluius satis luculenter probat. Habent hoc Stoici cum Cynicis commune. Laert. in uita Menedemi, Diogenis dictum refert, ὃς ἔφασκε θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι μηδενὸς δεῖσθαι, τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων ὀλίγων χρήζειν. Citatur Musonij dictum: τῶν μὲν ἡρωίσου καὶ κύρου θησαυρῶν πενίαν ἐσχάτην καταψηφιούμεθα, ἕνα δὲ καὶ μόνον πιστεύομεν εἶναι πλούσιον καὶ σοφὸν, τὸν δυνάμενον κτήσασθαι τὸ ἀνενδεὲς πανταχοῦ. Cõsentit philosophia Christi. Est aũt huius quoq; Paradoxi (ut superiorũ) quæstio, An sit. & argumẽta potißimũ ab attributo petũtur ex loco definitionis et signorũ. Conuertit & hic thesin in hypothesin, ut fiat res, proposito exẽplo, illustrior: in quod sine exordio, pro more, irrumpit, satisq; stomachabundus, non (ut quibusdã uidetur) decori personæ oblitus, qui tanta indignatiõe cõmouetur: sed decori maximè obseruans, cũ Cynicorũ sit nõ dicere, sed latrare. Notatur aũt, ut omnes interpretes cõsentiũt, Crassus, cuius diuitiæ prouerbiali hyperbolæ locum fecerunt, ut si quem prædiuitem dicere uolumus, dicamus Crasso ditiorem.

Ego 'ne me audiuisse.) Scio quid alij hic dicant: sed Cicero uidetur hoc loco Crassi diuitijs suam opponere eruditionem, quam ipsius opulentia preciosiorem iudicat. Solus 'ne.) Licet, Plinio teste, post Syllam Quiritum ditißimus fuit: recenset tamen ibidem Plin. longum

Quiritium

Quiritium diuitũ catologum. numerat exterorum etiam Textor, in sua Textrina. Non inuehitur Cicero in diuitiarum possessionem, sed in earundem inanem ostẽtationem. Verùm hoc interim mirum uideri potest, quomodo τὴν ἀναισχυντίαν καὶ τὴν μικρολογίαν, id est, impudentiam & tenuitatem importunam Crasso adtribuat, cui tribuit τὴν περιεργείαν, id est ostentationem, cum tantum non hæc inter se ex diametro pugnent. Aut quomodo potest magnificentia cum sordibus conuenire? Potest optimè, quod corruptißimi huius mundi mores ostendunt. Ostendunt potentum et mercatorũ nostrorum mores, qui minutißima quæq; sectantur (ne quid grauius dicam) ut poßint in mundo splendere: in res inanes plus satis prodigi, in res honestas quouis Euclione tenaciores.

Quid si pauper etiam.) Hos μεγαλοπτώχους opinor nominat. Quem enim intellig.) Iam urget definitionẽ, sed Stoicam. Cic. ad Trebatiũ lib. 7. differẽtiam ponit inter ciuiliter diuitem, et inter Stoicè diuitem, his uerbis: Balbus mihi confirmauit, te diuitẽ futurum. id utrum Romano more locutus sit, bene nũmatum te futurũ: an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cœlo & terra frui possunt. Fraudas.) συναθροισμός.

Aerarium.) Vide quæ Syluius ex Plin. annotarit.

Testamenta.) De hoc in Officijs diximus.

Etenim ex eo.) αἰτιολογία. Atqui ostendam Maioragio, paradoxum hoc planè Socraticum esse. In 4. de dictis & factis Socratis apud Xenophontem, insignis locus est, ubi cum Euthydemo disputat in hunc modũ: Cum uerò ciuitati præsse, in qua populus dominatur, cupis, certò scis, quid 'nam populi dominium sit. Omnino sanè, inquit. Scire 'ne igitur posse tibi uidetur, quid populi dominium sit, qui populum ignoret? Minimè, inquit Euthydemus. Soc. Ecquid arbitraris populum esse? Illos ciuium,

inquit,

inquit, qui pauperes sunt. Scis ergo, ait, qui nam pauperes sunt? Cur non: inquit. Num etiam diuites, ait, cognoscis? Non minus quàm pauperes, inquit. Et quos pauperes, ait, quosue diuites appellas? Illos, qui non habent, quæcunq; eis ad illa sufficiant, in quibus contribuendum sit, pauperes: qui uero plusquàm sufficiat, habeant, diuites. Cogitasti ne unquam, ait, ô Euthydeme, quosdam cum ualde pauca habeant, non solum satis habere, sed etiam supra abundare? quibusdam uerò nec ualde multa sufficere? Valde mehercle, inquit. Rectè nanq; ad memoriam mihi reduxisti. Quosdam nanque tyrannos scio, qui propter indigentiam, tanquã egeni, iniuriã inferre alijs cogãtur, &c. quæ apud Bessarionem sequuntur. Sed propter φιλέλλωας ipsius Xenophontis uerba huc ponemus: ἐπεὶ δὲ πόλεως δημοκρατουμένης παρασκευάζη προστάτην, δῆλον ὅτι δημοκρατίαν γε οἶσθα τί ἐστιν· πάντως δήπου, ἔφη. δοκεῖ οὖν σοι δυνατὸν εἶναι, δημοκρατίαν ἀδίκου, μὴ ἀδότα δῆμον; μά Δί' οὐκ ἔμοιγε. ἦ καὶ τί νομίζεις δῆμον εἶναι; τοὺς πένητας τῶν πολιτῶν ἔγωγε. ἦ τοὺς πένητας ἆρα οἶσθα; πῶς γὰρ οὔ. ἆρ' οὖν ἢ τοὺς πλουσίους οἶσθα; οὐδήν δὲ ἧττον, ἦ δ' ὅς, τοὺς πένητας. ποίους δὲ πένητας, καὶ ποίους πλουσίους καλεῖς; τοὺς μὲν οἶμαι μὴ ἱκανὰ ἔχοντας εἰς ἃ δεῖ τελεῖν, πένητας· τοὺς δὲ πλείω τῶν ἱκανῶν, πλουσίους. καταμεμάθηκας οὖν, ὅτι ἐνίοις μὲν πάνυ ὀλίγα ἔχουσιν, οὐ μόνον ἀρκεῖ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ περιποιοῦνται ἀπ' αὐτῶν· ἐνίοις δὲ πάνυ πολλὰ οὐχ ἱκανά ἐστι; καὶ νὴ Δί', ἔφη ὁ Εὐθύδημος· ἐγὼ γάρ μοι αὐτὰ μεμνήσκεις. οἶδα γὰρ καὶ τυράννους τινὰς, οἳ δι' ἔνδειαν, ὥσπερ οἱ ἄποροί τατοι, ἀναγκάζονται ἀδικεῖν. Vt uerò uideamus quàm cum Christiana doctrina hoc παράδοξον coniunctum sit, adscribam etiam Eusebij sententiam: πλέσιον χρὴ νομίζειν τὸν ἐγκρατῆ ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα· τὸν δὲ ἀεὶ ἐπιλυμαίνοντα προσπήσασθαι, μὴ πλουτῶν μηδέποτε τοῦ τοιούτου λαμβάνεσθαι, καὶ ὁ μὲν πλουτίοις μᾶλλον, πένητα καλῶ, καὶ ἴσον.

Filiam

Filiam quis habet.) Plato de LL. 5. prohibet, ne liberorum causa colligamus pecuniarum thesauros, sed pudoris. Verum nolo in hoc amœno quidem, sed tamen parergo loco, diutius commorari.

Danai.) Per antonomasian, πολυΐνην alicuius. Neq; enim fabulæ locus hic est, quæ à Boccatio narratur lib. 2. cap. 22. cum tribus sequentibus. Qui licet illarum nomina, præter trium, ignorari scribit, nominat tamen ipsius Higinus Fab. 170. unà cum suis maritis, ex patruo Ægypto, seu Ægistho patruelib. quos singulos singulæ occiderunt. Dicuntur Belides, à Belo auo: Danaides, à patre. Vide ad hæc quæ Germanicus Cæsar apud Aratum in Argo nauì annotarit, & Commentator Homericus Iliad. a. Meminit & Pindarus ode Pyth. 8. Nemeorum 10.

Quantum enim cuiq;.) Seneca lib. Epistolarum 1. Epist. 4. Magnæ diuitiæ, sunt lege naturæ compositæ paupertas. Lex autẽ illa naturæ, scis quos nobis terminos statuit: Non esurire, non sitire, non algere, ut famem sitimq; depellas. Non est necesse superbis, &c.

Multi ex te.) Fortissimum argumentum est, à confessis non extortis, siue ab antè dictis. & si testimonia ualent, sua cuiusq; maximè ualent.

Neminem esse diuitem.) Plutarchus, ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἴδιον, τὸ μηδένα νομίζειν, μηδὲ φάσκειν εἶναι πλούσιον, ὃς οὐ δύναται τρέφειν ἀπὸ τῆς οὐσίας στρατόπεδον. ὁ γὰρ πόλεμον οὐ τεταγμένα σιτεῖται, κατὰ τὸν ἀρχίδαμον, ὥσθ' ὁ πρὸς πόλεμον πλοῦτος ἀόριστος, καὶ πολὺ τῆς μερίδος γνώμης ἀπερτυμένος. ἐκεῖνος γὰρ ἐπεὶ κατ' ἄνδρα νέμειν ἐκέλευε πλέθρα γῆς, ἔγνω πλέον ἐπισπωμένους· μηδὲς, ἔφη, γένοιτο ῥᾳδίως, ὀλίγλω ὑγούμενον τὴν τρέφειν ἀρκοῦσαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ ξένους ἦν φιλότιμος ὁ ἀγάθων.

Sex legiones.) Apud Plinium lib. 33. cap. 10. unam tantum legionem, non totum exercitum posuit, sed nos in

1. Offic. ubi eiusdem dicti mentio fit, nonnihil diximus.

Qui possessiones uacuas.) Quibus artibus Crassus diues factus sit, Plutarchus in eius uita diligenter memorat paßim, inter quas, præcipuas quasdam ponit: nempe, ædes incendio absumptas emit quàm potuit minimo, scribas & uarios artifices quàm plurimos ad quæstum aluit: emit bona proscriptorum publicata precio minimè magno: &, ut alibi idem Plut. tradit, à uirgine quadam Vestali blanditijs extorsit, ut sibi prædiolum uenderet.

Vocem, silentium.) Oratores siquidem pluris tacent, quàm dicant: sicut Demosthenes, cum argentanginam pateretur.

Meam autem.) σύγκρισις.

Fabricio.) De his iam sæpius dictum.

Hæreditatem L. Pauli.) De adoptione Scipionis alicubi à nobis dictum est. nunc Plutarchum de Æmilij Pauli, deq; liberalitate in fratrem audiamus· τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ μόλις ἑπτὰ καὶ τριάκοντα μυριάδων γενέσθαι λέγουσιν, ἧς αὐτὸς μὲν ἀμφοτέρους τοὺς υἱοὺς ἀπέλιπε κληρονόμους. ὁ δὲ νεώτερος σκιπίων τῷ ἀδελφῷ πᾶσαν ἔχειν συνεχώρησεν, αὐτὸς εἰς οἶκον εὐπορώτερον τὸν ἀφρικανοῦ δεδομένος. In Officijs etiam, de Scipionis erga sorores liberalitate dictum est.

Plurimi sit.) Quid si legas, Plurimi fit.

O Dij immortales.) Epiphonema, per exclamationem.

Capit ille.) Redit ad syncrisin.

Sexcenta.) Sequor Vallam & Morisotum. Cæterùm de Craßi redditibus, consule Budæum in 2. de Asse. Sexcenta sestertia, id est, quindecim millia Coronatorum: Centena, id est, duo millia & quingenti. Bud.

M. Manilio.) Putant eum esse, qui & Oratoriæ & Iurisprudentiæ titulo claruit; cuius uita extat apud Bernardi-

Bernardum Rutilium in catalogo clarorum Oratorum. An uero hic ille sit, quia incertæ sunt coniecturæ, affirmare temerè nolo. Nostro certè tempore non facile reperitur pauper orator, aut iureconsultus: quia non est alijs profeßionibus uberior quæstus. Præclara paupertatis exempla extant apud Val. lib. 4. cap. 4.

Lucinios.) Subscribo Morisoto.

Non esse emacem.) κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου.

Mala emptio, inquit Plinius, semper exprobrat stultitiam.

XYSTI BETVLEII AVGVSTANI Commentariorum in M. T. Ciceronis Paradoxa,

FINIS.

3312

